# SYLVESTRI ALDOBRANDINI,
## FLORENTINI IVRECONS.

## In primum Inſtitutionum Iuſtiniani librum Commentarius:

*In quo, præter accuratam libri interpretationem, quamplurimi iuris articuli, qui in foro ſæpe in controuerſiam veniunt, à pleriſq; non ſatis diligenter tractati, verè pariter & ſubtiliter explicantur.*

Deinde quædam tum Ciuilis, tum Pontificij iuris loca, quæ lumen deſiderabant, ita illuſtrata ſunt, vt ab omnibus poſthac perſpici planeq; intelligi poſsint.

*Quàm multa verò, quæ prius mendoſè legebantur, in priſtinam veramq; lectionem fuerint reſtituta, is facilè, nec ſine maximo eruditionis fructu cognoſcet, qui in hoc Commentario aſsiduè, atque attentè verſabitur.*

Index præterea omnium, quę hoc opere continentur, ſumma collectus diligentia additus eſt.

*Nunc poſtremò accuratius recognitus, atque emendatus.*



Venetijs, apud Iuntas. M D L X X X I.

# Index titulorum huius voluminis.

# AD ILLVSTRISS. ET EXCELLENTISS. GVIDVBALDVM VRBINI DVCEM II.

## Syluestri Aldobrandini Florentini Iurisconsulti in Commentarium primi libri Institutionum Iustiniani.

### PROOEMIVM.

SAEPENVMERO audiui Princeps optimè bonos,& graues uiros, cùm huius seculi miseriam atq; infelicitatem contẽplarentur, grauissimis uerbis conqueri, ac deplorare solitos esse,sibi hanc à Diis immortalibus necessitatẽ esse constitutam ut his tristissimis,ac difficillimis Italiæ temporib. nascerentur,quib. uersatã hanc & fallacẽ cęteris nocendi rationẽ,fraudem,improbitatẽ,turpitudinẽ & perfidiam cæterasq; infinitas uitiorum pestes usqueadeo in uitam hominũ inuasisse cognoscimus, ut nõ amplius sua quisq; uirtute ad ampliorẽ locũ peruenire cõtendat,sed per alterius magis incõmodum & calamitatẽ,nullusq; penè dies prętereat,in quo nõ maximam inuidię tempestatem, malorumq; omniũ, ac terrorum iliadem nobis impendere videamus. Impurus præterea, ac dijs hominibusque inuisos homines persæpe summis atque amplissimis honoribus, quasi vitiorum præmiis, decoratos esse quis non uidet? illisque uerã illam laudem, quæ uni uirtuti debetur, delatam? cùm interim probos, ac benè moratos viros, exempla augustissima innocentiæ,natos ad dignitatem, ad laudem, ad gloriam, ad imperia, optimarum artium studiis eruditos,maximarum rerum usu atque exercitatione præditos,& excultos,in summa omnium obliuione afflictos, ac iacentes uersari conspiciamus: optimos, moderatos, ac sanctissimos parentum nostrorum mores,prisca maiorum instituta, omnia in præceps rapi uideamus. Si enim, ut hinc ordiar, CHRISTI seruatoris nostri cultum religionemque inspexeris, quid in ea purum, quid castum inuenies? Siquidem plerique omnes hodie narijs, ac diuersis in omnem partem disputationibus,discrepantibusque sententijs perturbati à veritatis uia deflexerunt, quam nos olim vnigenitus Dei filius docuerat. Ab hoc infelicitatis genere ne illud quidem plurimùm distare conqueruntur ijdem, quod in orbis terrarum gubernatione fieri quotidie videmus. Incredibilis enim illa magnitudo amoris, qua principes olim uiri diligere, amare, & amplecti consueuerãt eos, qui in eorum potestate erant, refrixit, atque huc ferè omnes spectant, atque animum intendunt, ut populi,uel quos armis subiecerunt, uel quos à maioribus suis, quasi per manus, in suam fidem traditos acceperunt, superbam potius dominationem seruorum more perpetiantur, quàm filiorum instar non solum pareant obtemperentque magistratibus,sed eos etiam colant & diligant. Taceo infinitas nocendi artes, innumeras fallacias,atque insidias,quibus ad populorum explicationem sæpenumero utuntur. Sed cuius poterit existere tanta dicendi uis atque copia, ut quotidianas uexationes infelicium populorum, quibus acerbissimum quotidie funus uiuis uidentibusque ducitur, pro dignitate non dicam explicare oratione, ac deplorare, sed mente aut cogitatione complecti ualeat? dum antiquorum ascriptitiorum more:tenui ax recepto uictu uestituque necessario, dominis laborum suorum omnium fructum restituunt. Rusticorum & agricolarum uita, quæ quidem honestissima & suauissima esse solet, quàm infelix & ærumnosa, quamque totam in summam calamitatem deiecta sit nemo non uidet. Hi nec frigorum uim, nec calorum molestias pertimescentes, totius anni grauissimis temporibus magnis laboribus fracti, quid aliud tandem agunt, dum terram arant,dum sulcos altius imprimunt,dum ager ab eis & nouatus & iteratus est, quò uberiores fructus edere possit, dum arbores putant & uineas, quàm quòd eorum principibus serunt, impendunt & laborant, quibus pro tantorum laborum premiis atque mercedem non solùm ne minima quidem expectatio alicuius in senectute quietis & tranquillitatis, sed nec etiam melioris seruitutis spes ostenditur. Age uerò quis ignorat mercatores ipsos, quorum uita fluctibus maris & sęuissimis tempestatibus frequentissimè periclitatur, nisi reditus in patriam spe atque otij expectatione, quod maximè est optabile, erigerentur, non se suaque omnia tot vitæ periculis,tot incertis casibus exposituros esse, qui tamen postquam scopulos prętervecti, monstra maris, periculosa omnia, denique fortunam ipsam superarunt, cernunt suorum omnium laborum fructum, ac compendium prædam esse publicanorum. Sed illud semper dolentius, ac grauius deplorare eos audiui, quòd ab hinc annis amplius quinquaginta in his nostris Italiæ regionibus bella semper acerba, ac teterrima uersata sunt, pacisque dulcissimum & pulcherrimum nomen, quasi ab eis in ultimas terrarum oras longè à nobis ablegatum est: ꝗ si ullibi arma deposita uidimus, id non tam conditionibus pacis, quàm pactionibus seruitutis accidisse compertum est. Quot enim memoria nostra ciuitates direptæ, inflammatæ, ac solo etiam æquatæ sunt? in quibus occisi miserè homines, fœminis verò nefaria illata sunt stupra, ædium sacrarum publicorumque operum depopulatio facta, nec ab innocentissimis uirginibus Deo dicatis temperatum. Quot ueteres & illustres familiæ, in quibus quamplurimi ornatissimi uiri & pace & bello clari floruerunt, quorum laudes, qui eius stirpis erant cupissimè persequebantur, sibique subiectos populos summa cum æquabilitate regere consueuerant, penitus hodie extinctæ sunt magnorum principum ambitione atque auaritia? Quot beatæ beneque constitutę resp. legitima imperia, &

a 2 principatus

principatus non in Italia ſolùm, ſed in cæteris chriſtiani orbis regionibus funditus euerſi ſunt, qui in potentiorum principum dominum conceſſerunt? ut optima ratione, iuſtiſsimis præterea de cauſis credendum ſit conqueri eos, qui in hoc temporum motu, rerúmque omnium conuerſione & aſperitate deos hominesque conteſtantes, quantum voce poſſunt contendunt & clamant: O felices auos maioreſque noſtros qui legibus iuſtis, ac legitimis dominis obtemperantes laboribus ueſtris fruebamini: uobis diuitiæ ad uſus uitæ neceſſarios, & ad honeſtas perfruendas uoluptates ſuæ erant: vobis filios, quos procreaueratis, educare & ornare, & ad dignitates & magiſtratus promouere permiſſum fuit: uobis uxores ex animi ueſtri ſententia habere, illarumque pudicitiam ſeruare ab improborum hominum uiolentia conceſſum, filias deſpondere, nurus ſuſcipere, ut lubebat: uobis uitam ſanctiſsimè honeſtiſsimèque agere, vobis dignitate ueſtra ſplendoreque frui, uobis honeſtatem & decus conſeruare poteſtas fuit. Sed ò nos miſeros & infelices, quibus inter tot tantosque animi angores & ſolicitudines, inter tot diurnos nocturnoſque metus, quibus quotidie conflictamur, portum tutum aut tranquillum nuſquam intueri licet, in quem ex tam longa, ac moleſta nauigatione perfugere poſsimus; ſed in ſomno tantum & morte omnium miſeriarum laborumque perfugium, omnem reliquam ſpem repoſitam habemus. Hæc atque huiuſcemodi alia complura ſæpenumero plurimos ſumma prudentia homines, multa etiam doctrina, ratiocinati audiui ſic inter ſe loqui. Ego uerò popularem hanc, ac publicam penè opinionem ſequendam nunquam duxi. Si enim animo repetamus quidnam præcipuum ſit homini à natura tributum, cuius ue maximè muneris colendi efficiendique cauſa nati, & in lucem proditi ſimus, nullo propè negotio cognoſcemus opificem illum ædificatoremque mundi Deum, ſydera certis infixa ſedibus, igneſque illos ſempiternos, qui ſuos orbes mirabili celeritate conficiunt. Solem ducem & moderatorem temporum, Lunam, quæ Solis lumine illuſtrari exiſtimatur, cætera quoque animantia ad ipſius mundi ornatum ſumma prouidentia ac potentia creauiſſe: hominem autem diuinum hoe animal plenum rationis & conſilii ad eum ipſum potiſsimum finem lucem edidiſſe, ut mundum ipſum contemplaretur: & iccirco eum ex humo factum & excitatum celſum atq; erectum conſtituit, ut cœlum quaſi ſui priſtini domicilii conſpectum oculis & animo intueri, & Dei ipſius cognitionem capere poſſet, deinde vt, cum aliorum hominum cauſa generatum ſe eſſe sciret, operam daret, ut aliis etiam hominibus ſiue artibus id ſiue ſtudiis efficere ualeret, prodeſſe poſſet. Quæ ſi ita eſſe comprehenderimus, facilè percipiemus ætate hac noſtra maiorem nobis campum eſſe datum, in quo ingenium conſiliumq; noſtrum, quo nihil homini præſtabilius datum eſt, excurrere cognoſcique poſſit. Maiores enim noſtri priſciq; illi ſanctiſsimi & ornatiſsimi uiri, dum tranquillam & placidam illam uitam ſecuti ſunt, dumque omnes animorum offenſiones effugere concupiuerunt, quid aliud tandem egerunt, quam quod ii qui graui letiferoque ueterno ægrotantes urgentur, quos nulla Medicorum opera excitare ualet, ita ut cum uita moriendi quoque ſenſum amittant. Si enim eorum ſtudia acutè inſpexeris, in quibus ingenioſorum alioqui uirorum totas ætates uidemus eſſe contritas, facilè cognoſces, quàm inaniter omne otium tempusque conſumpſerint: plerunque enim eueniebat ut quò diligentius ueritatem in occulto latentem inquirerent, eò longius ab eius forma abeſſent. Etenim uos mihi optimæ teſtes eritis Theologia, Philoſophia, Medicina, Mathematicorum ſcholæ, & hæc noſtra legum ſcientia, quam maiores noſtri in denſam propemodum atque aſperam diſputationum ac contentionum ſyluam permixtam, atque confuſam ita deduxerant, ut difficilius eſſet ſtudioſis huiuſce facultatis ingreſſum quam exitum inuenire. Sed ætate hac noſtra, qua ſcientiæ omnes ex abditiſsimis tenebris in lucem clariſsimam euocatæ ſunt, in quibus ſumma cum iucunditate uerſari poſſumus, uidemus homines adoleſcentes, ac penè potius pueros in literarum ſtudiis aliquandiu exercitatos intelligentius de his differere, quam olim facerent qui multos annos in eis multamque operam fruſtra conſumpſerant. Conſyderemus quæſo non ſolum Grammaticos illorum temporum, ſed eos, qui Latinæ linguæ aut Græcæ ſcientiam atque eruditionem profitebantur, an incorruptam illam Latini ſermonis integritatem aſſecuti fuerint. Conſideremus rurſus ſcripta Iacobi Sadoletti, Petri Bembi, Benedicti Accolti, Maphei, Pauli Manutii, totq; aliorum clariſsimorum & lectiſſimorum uirorum, qui in Germania Galliaque ſumma cum laude uerſantur. Age uerò quem Gulielmo Budæo ex iis, qui olim maximè omniũ Græcis literis ſtuduerint comparabimus? quem in hiſtoria Paulo Iouio? Quòd ſi ab humanioribus hiſce ſtudiis ad artes doctrinaque animum cognitionemque deflectamus, cernere licebit quanam in obſcuritate uerborum & laqueis fallaciarum hæc, quæ differendi ratio Dialecticorumq; ſcientia appellatur, uerſaretur. Qui enim docere ſummo eorum labore uerum inuenire conabantur, cuius inquiſitio & inueſtigatio maximè hominis eſt propria, nonne quò magis ueritatem exquirebant, eò longius ab ea diſcedebant? & abditiſsimis tenebris ita eam maximi illorum temporum ſophiſtæ obruebant, ut uix unquam emergeret. Nunc uerò ſolis Ariſtotele, & Porphyrio ducibus ope Græcorum interpretum facillimè veritas explicatur, quæ leuiſsimorum hominum diſputationum laqueis irretita tenebatur, nulloq; prope negotio uniuerſa illa Dialecticorum priſcorum tela retexitur. Quòd ſi matrem illam ac procreatricem laudandarum omnium artium Philoſophiam inſpexeris; quid aliud quicquam reperies, quam opinionum uanitatem ac leuitatem? Etenim quis olim ipſius Ariſtotelis aut Platonis ſcripta legebat, & non potius recentiorum quorundam Philoſophorum commentitia dogmata ſequebatur? Ita omnia, quæ ad huius ſcientiæ cognitionem pertinebant, in obſcuritate & dubitatione omnium neglecta iacebant, ut in eo maximam illius ætatis præclariſsimi Philoſophi laudem ponerent, ſi ſcirent inſtituere argumenta aduerſus quæcunque, quæ in diſceptationem quæſtionemque uocarentur: acie autem mentis naturæ abdita quæque perſcrutari, ipſiusque uim uidere & cognoſcere non curabant, in quo tantum abeſt, ut ueritatem ipſam aſſequerentur, ut cum iis, qui ipſam

ſecuti

ſecuti eſſent, graues atque acerbas coutentiones exercerent. At his profectò uoſtris temporibus ſcriptum ipſum Ariſtotelis in manibus eſt, & quia multa tum obſcura tam ambigua ſuut, explanationes adhibentur interpretum præſertim Grçcorum, qui Ariſtotelis ætatis propinquiores ſyuceriorem ac puriorem eius doctriuam ab antiquis Ariſtotelis ſectatoribus acceperunt: ita fit vt breui tempore iuuenes ad ſummum huius ſcientiæ verticem perueniant, ad quem antiquiores illi uou modò nou accedere, ſed nec aſpicere aut aſpirare potueruut. Quid Theologiam commemorem, quæ periculo ſalutis atque animarum noſtrarum tota iam iu ſcbolaſticarum quæſtionum contentiouem ac diſputationem coucelſerat? Quid ſi ipſam medendi artem coutemplatus fueris, quæ cęno iu doctiſsimorum interpretum demerſa, tandiu periculo vitæ hominum orbis terrarum tyrannidem occupauit? Etenim Nicolaus Leonicenus & Ioan. Manardus quaſi deorum munere de cœlo delapſi inclyta totius Italiæ ciuitate Ferraria ita Mediocrum omniũ aures vellicaruut, vt ex grauiſsimo & lætali ſomno excitati tandem expergiſcerentur & reſipiſcerent, inter quos pręcipuè oruatiſsimi & lectiſsimi viri Soncinus Bentius, Ioan. Baptiſta Moutanus, plurimiq́ue tam in Italia, quàm in cæteris locis clariſsimi & doctiſsimi viri uon mediocrem huic arti ſplendorem attulerunt. Græcorum enim authorum ſcriptis laudibusq́; ſuſcitatis, lectisq́; diligenter ſapientiſsimi & exercitatiſsimi Hippocratis libris, doctiſsimiq́; ac prudentiſsimi Galeni, Actij, Pauli Aegiuetæ, cærorumq́ue ornatiſsimorum uirorum ab ipſo quaſi medendi principio artem hanc ita inſtitueruut, ut maximi quotidie progreſsiouibus vſa maiorem ſemper gloriam lumenq́; accipiat. Sed inter alias omnes facultates, quæ ſumma in obſcuritate ac confuſioue rerum uerborumque iacebant, hanc uoſtram Iuris ciuilis ſcientiam uſque eò calumuiis & fraudibus expoſitam, laceratam, conſciſſamque conſpiciebamus, ut iu celeberrimis totius orbis gymnaſijs nihil aliud ſummi huius diſciplinæ Doctores uiterentur, quam ut ueritatem ipſam omniaque iura diuina & humana docendo peruerterent. Quippe in eo maximam laudis gloriam ponere conſueuerantque optimè de hac ipſa facultate ſe meritos eſſe putabant, ſi teneros adhuc & rudes adoleſcentium animos, quos ſacroſancta hac legum ſcientia inſtituendos acceperaut, malitioſa atque inani doctrina quaſi uencuis quibuſdam iuficerent, & à veritatis & iuſtitiæ ſcientia ad coutentionis ſtudium reuocarent, ita ut is omuium doctior exiſtimaretur: qui infinitis propouendum receptas priſcorum ſenteutias dolis, atq; fallaciis eleuare, pronunciataque omnia ueriſsimas ipſarum ſententias fugere, æquitatemque omnem reiicere facilius cæteris poſſet. Qua in re parum illud ingenioſi alioqui homines proſpexerunt, quòd dum eas rationes, quas ipſi ad acuenda iuuenum ingenia commenti ſunt, in manus hominum atque in locem poſtea emittunt, receptæ à poſteris, ac ſi ex animo ſententiæ eſſent, in exercendis iudicijs maximam ueritati labem aſperguut. Experrecta tamen eſt aliquando mortalium animis inſita notio, & poſteaquam cognouerunt homiues fieri non poſſe, ut huius ſiue artis ſiue ſcientiæ principia cognoſcerentur, niſi bonarum literarum ope atque auxilio, & quòd ueritas ipſa nou ex opinionum multitudine, ſed ex ueris illis ratiouibus, quibus fundata ſunt ac optimè conſtituta reſpouſa illa Iuriſconſultorum, quæ nobis Iuſtiuiani Imperatoris imprudcutia reliquit quaſi baſim & fundameutum buius ſcientiæ, colligenda, & coguoſcenda eſt, ingreſſum nobis buiuſce facultatis procul quaſi indicare cęperunt Budęus, & Zaſius: eos multi poſtea ſecuti ſuut, quos iuter Andreas Alciatus certiori methodo, atque doctrina quaſi falce quadam ſpiuoſiſsimam hanc & aſperam ſyluam purgauit & aperuit: quem nou longe inſecutus eſt uunquam ſatis laudatus Andreas Tiraquellus, & clariſsimus nou ſolum Iuris ciuilis ſcientia, ſed omnium optimarum artium ſtudiis, dignaque homine nobili doctrina Lælius Taurellus, Cladius Cantiuncula, Autonius Auguſtinus, compluresque alii ſcicuter & peritè inſequuntur. At ego qui uideram nullum adhuc inuentum eſſe, qui ea, qua oportuerat facilitate principia & quaſi cunabula huius ſcientiæ explicaſſet, decreui temporibus ijs, quę mihi uacua ſupereſſent ab his grauiſsimis horum magiſtratuum curis, quos gerere, & adminiſtrare diuturnum hoc exilium bonorumq; omuium publicatio me coegit, iu quæ ego propterea iucidi, quòd libertatis Florientiæ deſiderium officio erga familiam Mediceam tunc prætulerim; decreui (inquam) primo Iuſtiuiani Iuſtitutionum loca quamplurima exponcre, iu quibus adoleſcentes, uel propter uerborum obſcuritatem, aut conſuetudinum antiquarum ignorationem, uel propter aliorum & præſertim Accurſij uanam ac peruerſam explicatiouem hærere poſſent. Admiſcui autem primis illis Annotatiouibus uonnihil lenocinii, tum uerborum, tum & earum rerum, quæ ad politiorem quandam eruditiouem facere niderentur, ut iuuenes, qui iucunda illa Latinorum & Græcorum ſcripta mox reliquerant. dulcedine quadam ac iucunditate detinerentur, quo minus iu ipſo ſtatim ingreſſu aſperum hoc & iniucundum inter, uel propter difficultatem faſtidirent, uel propter inamœnitatem aſpernarentur. Deiude cùm proximè cognouiſſem iu interiorem huius ſcientiæ partem penetrandum ac peruadendum eſſe, eoſdem Inſtitutionum libros interpretatus ſum, ut adoleſcentes nullo ſuo labore ducem babeant, quem ſequautur, quique eos porrecta manu in æquiorem ac latiſsimum Iuris ciuilis ſcientiæ campum deducat, in quem poſthabitis noſtrorum temporum quęrelis incumbant, & ſeſe totos iu hac una uera nou ſimulata Philoſophia colloeent atq; abdant. Quid enim noſtra hac ætate accidere uidemus, quod non etiam anteactis ſeculis eueniſſe audiamus, aut legamus? Nam ſuperioribus illis annis tametſi bella tauta tamq; frequeutia non extiterint, calamitoſiora tamen iccirco fuerunt, quòd in teſtina & ciuilia & diuturuiora fuerunt, & in quibus omnia miſera eſſe iamdiu maximo totius Italiæ luctu ſentimus & dolemus. Nam ſi patriam meam iuſpexeris, ſi decem plus minus anuorum ſpatium demas, paulò feliciorem boc, uel illo tempore eius ſtatum ac couditionem fuiſſe coguoſces, cùm occultis ciuium odiis tacitiſque diſsidijs aſsiduè contineuterque uexata & euerſa ſit: quæ tandem conſuetum illum exitum pepererunt, ut & ciuitatis propè interitum, & uictoris dominatum, & regnum uidea-

mus. Cum itaque DEI OPTI. MAX. prouidentia & nutu rerum humanarum conditio administretur, illæq; idem Deus summa illa sua bonitate rebus humanis consulat, nec solum de uniuersis, sed etiam de singulis vniuersoque hominum genere optimè mereatur, vsque illa cœlestis imprimis potestates, regna, & imperia curare soleat, quòd ea latius pateant & ad plures pertineant, illud semper christiano homine dignum existimaui, si uita hæc nostra singulari quadam integritate & innocentia traduceretur, animusque ipse liber ab omni cupiditatum dominatione, expers ambitionis & auaritiæ seruaretur: corporum autem nostrorum imperium ijs legitimè permitteretur, quibus in dies ciuitatum, & prouinciarum administratio & gubernatio commissa est, scimus enim nullam nisi à Deo potestatem in homines proficisci. Ego postquam, vt commune illud reip. Florentinæ bonum consequerer, neruos omnes uiresque intendi, laboris tamen huius euentus secus obtigit atque optaueram, idque Dei ipsius uoluntate, nihil aliud mihi reliquum esse iudicaui, quàm ut quietè & patienter illius potentiam ferrem, qui Deo atque hominibus uocantibus ad imperium nostræ ciuitatis euectus est. Sapienter enim & consideratè Factum iudicaui ab inimicitiarum cogitatione quiescere, dijsque immortalibus ducibus hanc pacatiorem mentem uoluntatemque induere. Quando enim incommoda huius ætatis (ut aliquando eo, unde orat est, mea regrediatur oratio) cum cæteris studiorum & literarum ornamentis compenso, maximam bonorum summam excurrere conspicio, plusque habere ponderis, quàm uniuersam malorum molem, quam prudentia & innocentia tecti superare facilè possumus, studijsque potissimum bonarum artium, in quæ tanquam in abditissimum & tutissimum omnium angustiarum nostrarum portum confugere & uos recipere debemus. Non enim quò minus id ipsum tutò consequi possimus, imperia ab omnium illorum incommodorum metu uacua nobis deesse possunt, præstoque erunt in Italia etiam principes æquissimi, qui uitam, fortunas, honestatem ac dignitatem cuiusque non tueantur solum, sed augeant, & in primis tu GVIDVBALDE Dux optimè & sapientissime, sub cuius ditione ne nomina quidem portoriorum aut vectigalium subiectæ tibi gentes intelligunt, nisi forsan uicinorum populorum conditio ad earum aures perduxerit: qui in iure dicundo, neque gratia inflecteris, neque potentia frangeris, neque commodo aliquo commoueris: iu cuius potestatem tanquam in tutissimam reliquæ meæ uitę stationem & exilii perfugium me tradideram, quando tuo imprimis suasu & consilio mihi placere uoluisti conditionem illam, quam sponte PAVLVS.III. Pont. omnium max. detulerat, cum me absentem ac nihil minus tunc cogitantem in amplissimum Aduocatorum consistorialium collegium delegit. Cum itaque hunc interpretationum mearum primum librum in uulgus edere decreuissem, illum nomini tuo inscribendum & dicandum esse existimaui, ut esset amoris, & officii erga te mei perpetuum pignus & testimonium. Lęto igitur uultu libentique animo quicquid hoc est muneris suscipias, nihil enim est quo possim pro pietate erga me tua quicquam aliud rependere, quàm palam fateri, quàm grandem tibi gratiam debeam. Vale. Romæ. VII. Calendas Septembri. M. D. XLVIII.

# INDEX EORVM, QVAE HOC IN PRIMVM INSTITVTIONVM IVSTINIANI LIBRVM COMMENTARIO CONTINENTVR.



a 4 post

Argu-

B



Bella,

citatio

Conditiones

Fidu-

b 3 Idem,

Ius

mutus

pauper

princeps

Q



Quasi

S

Vigilare

FINIS.

## AVTHOR AD LECTOREM.

*Quæ te interim animaduertere volumus ne pigeat legere.*

*Verba legum xij.tab. quæ frequenter citantur, ea Cic. sunt lib. de Legibus, quòd ita passim accipiantur, siquidem Decemuiri de Prætoribus loqui non potuerunt.*

*Dum de Cæsaribus loquimur, & si futuri imperij successores hoc nomine designantur, non accipias id nos existimasse, imperium successione magis quàm S.P.Q.R. ac militum electione dari solitum fuisse.*

*Monuit me doctissimus & ornatissimus vir Antonius Augustinus Romanæ Rotæ Auditor, iuga numero multitudinis pro imperio, & potestate apud Lucanum libro primo inueniri, cùm inquit, Sub iuga iam Seres, iam barbarus isset Araxes. quod ego profectò non memineram.*

*Idem censet L. Fusiam Caniniam à duobus rogatam esse, Fusio & Caninio, quòd ambo nomina sint familiæ Romanæ, sicuti AElia Sentia, Papia Poppæa.*

*Inuenies præterea aliquoties sub nomine Florentini libri Pandectarum citatum librum Noricum, quòd is magis ad Florentini fidem accedat.*

# SYLVESTRI ALDOBRANDINI
## IVRECONSVLTI FLORENTINI, VRBINI DVCIS CONSILIARII,

### *In primum Institutionum Iustiniani librum Commentarius.*

CVM hos Institutionum libros iccirco Iustinianus scripserit, vt adolescentes iuris ciuilis scientiæ iactis perfacilè fundamentis ad maiores res animo cōprehendendas citius peruenire possent, maxima sum eorum admiratione affectus, qui dum hos ipsos libros exposuerūt, difficilibus & perobscuris disceptationibus tenebras huic sciētiæ penè sempiternas offuderunt, & multorū adolescentium studia retardarunt, qui desperatione debilitati experiri id noluerunt, quod se assequi posse diffidebant. Quamobrem nos, qui Imperatoris pręcepta sanctissimè obseruare cupimus, eadē ratione vtemur in hisce libris interpretandis, quam operis author ijs, qui huius studij amore adducti, illi ipsi operam dare cuperent, maximam vtilitatem allaturam, existimauit. Primò igitur quolibet paragrapho in suas partes diuiso, eiusq; sententia q̃ breuiter fieri possit adscripta, speciē quandam constituemus, & ad eas rationes explicandas deueniemus, quę homini adolescenti aliquam possent afferre dubitationē. Accedet eò ratio, quæ ad huiusmodi sanctionem introducendam legislatorem impulerit: siqua deinceps erunt in paragraphi verbis obscura, ea persequemur: pręsertim cùm in ipsa ui verborum, aut in moribus maiorum, nequaquàm satis adhuc explicatis, difficultas ipsa consistet. Postea aūt quę adolescentibus in eo paragrapho annotāda erūt, ea nos q̃ diligentissimè excutiemus. Postremò quę in Accursij cōmentarijs inerūt accuratissimè declarabimus, ijs tantùm contenti disceptationibus, quas ipse Iuris interpres attigerit, quas quidē nos enodando magis, q̃ disputādo explicabimus: pręterq̃ vbi & rē ipsam necessariò id exigere cognoscemus, & ad exacuēda ingenia vestra operę preciū esse existimabimus. Etenim Deū opt. max. nobis cōcessurum speramus, vt ad id tempus spiritum ducere possimus, quo & ingenij nr̃i vires patefaciamus, & quā veritatis ipsius amātes fuerimus, vobis ac posteris ostēdamus. Nunc autem ijs, qui ad huius scientię finem hoc Institutionum aditu peruenire q̃ maximè desiderant, primam ipsarum præceptionem non probandam solùm, verùm etiam obseruandā censeo: videlicet, eos non nisi facili via ad hanc iuris ciuilis scientiam consequendam posse peruenire: ne ipsa. s. difficultas, quę in isto studiorū principio occurreret, aut eos deterreret, aut aditum adeò difficilem redderet, vt iustitiæ ipsius, quæ princeps est omnium virtutum, sacerdotes euadere minimè possent.

RVB. PROOEMII.

1 *Nomen domini in principio cuiusq; opis innocandū ē.*
2 *Innocatio diuini nominis non est de substantia, ita q̃ uitiet, si omittatur, nisi sit de consuetudine.*
3 *Instrumentum, in quo deficiunt solennitates de consuetudine requisitæ, non ualet.*
4 *Cōsuetudo probatur per exhibitionem plurium instrumentorum.*
5 *Dignitates proprias potest quilibet scribere, neq; per hoc ambitiosus existimari debet.*
6 *Nomen scribentis præponi debet nomini eius, ad quē scribitur.*
7 *Rescriptum, in quo nomen scribentis sit postpositum nomini eius, ad quem scribitur, præsumitur subreptitium & falsum.*
8 *Rescriptū præsumitur falsum, si in eo sint scripta aliqua contrà stylum.*
9 *Stylus habetur pro forma.*
10 *Iudex, cui directum est rescriptum contrà stylum, debet supersedere.*
11 *Imperator primus Christianus fuit Constantinus.*
12 *Constantinus magnus quo tempore regnauerit.*
13 *Iustinianus Imperator quo anno imperium assumpsit.*
14 *Leges futuris negocijs prospiciunt.*
15 *Generalis sermo non includit personam loquentis.*
16 *Princeps non ligatur legibus,*
17 *Formula iuramenti præstandi à quolibet Imperatore in susceptione imperij: Et quòd tale est iuramentum fidelitatis.* 19.
18 *Accursius glossator quo tempore uixerit.*
20 *Restaurus Castaldus doctissimus appellatur.*
21 *Imperator esse non potest qui non sit Christianus.*
22 *Innocatio diuini nominis fiebat ēt olim ante Christū,*
23 *Cæsares unde dicti sint Imperatores.*
24 *Cæsares olim dicebātur Imperatorum filij, quibus principe mortuo debebatur imperium.*
25 *Profiteri quid significet.*
26 *Flauius unde dictus Iustinianus.*
27 *Flauus color qui.*
28 *Iustinianus fuit nepos Iustini ex sorore, non filius.*
29 *Pater est nomen religionis & reuerentiæ.*
30 *Cognomen quod dicatur.*
31 *Pij Imperatores dicti ab Antonino Pio.*
32 *Antoninus Boionius fuit appellatus pius à Senatu.*
33 *Fęlices qui dicantur.*
34 *Inclytus quis dicatur.*
35 *Triumphus unde diceretur.*
36 *Triumphi modus. & ordo, & euius decreto fieret.*
37 *Augustus unde dicatur.*
38 *Tale quid dici potest, licet non sit semper tale.*
39 *Leges aptantur ad ea, quæ communiter accidunt.*
40 *Vigilare .i. sibi prospicere.*

CApio igr̃ rubricam prooemij quā aliqui diuidūt: Sed quia diuisio hoc in loco penitus est inutilis, ideò pro declaratione dicatis, q̃ Iustinianus (vt primū & Christianū pricipē decet) sciens, q̃ fundamentū aliud nemo ponere pōt pter id, q̃ positū est, quod est Chri-

ftus Iesus (ut scripsit Paulus apostolus ad Corinth.i.c.
iij. ex cuius etiam præcepto omnia quęcunq; facimus,
in nomine domini nostri Iesu Christi facere debem⁹,
gratias Deo agentes, vt idē dixit ad Colossen. cap.iij.)
ante omnia nomen domini inuocauit, cùm omne da-
tum optimum, & omne donum perfectum desursum
sit descendens à patre luminum. Et hoc acto volens
epistolam suam dedicatoriam ponere (vt moris est) po
nit suam inscriptionem, præposito nomine & cogno-
minibus suis: necnon eorum, ad quos scribit.s. Cupi-
dæ legum iuuentuti. Ex qua rubrica plura quamuis im-
pertinentia notantur. Nos ea tātùm prosequemur, quæ
ex hoc lōco verè eliciuntur.
1 Noto ergò, primò † ꝙ nomen dñi inuocandū est. Sed
hoc intellige (vt dictum est) vt eo iacto fundamento
ex seruatoris nostri pietate ac gratia facilius superædifi
cemus: nō ꝙ si aliter factum sit, actus ille pereat. Com-
munis enim sententia Doct. est in rubrica. ff. de oper.
2 no.nun. ꝙ † omissio inuocationis nominis domini actū
non vitiet: tum quia hoc non præcipitur, sed ea quæ
adducuntur, potius de consilio loquuntur: tum etiam
quia si diceretur hoc pręceptum esse, ut leuis solenni-
tas omissa non vitiat, vt declarant ibi Alex. Ias. Clau-
dins, Hormāno. & Roy. post alios pręterquàm si talis
inuocatio esset de consuetudine, ſm Ioan. de Imo. in d.
rubri. ff. de ope.no.nunc. & est tex. cum glo. in §. Si qua
verò. in Auth. Vt prępona.no.imper. glo. in l. Generali
C. de tabula. lib. x. ibi, (si hoc sit de cōsuetudine) Quod
3 ea ratione confirmari potest, quia † instrumentum, in
quo deficiunt solennitates de consuetudine requisitæ,
non valet quæcunq; illæ sint. Bal. in rub de pace Con-
stan. in c. Imperialem. §. Ducatus. de prohib. feu alien.
per Feder. Roccus Cur. in rub. de consue. nu. 142. Sed
circa hoc animaduertendum puto, quia semper dici
poterit hoc esse de consuetudine, ex eo ꝙ alias dici
4 solet cōsuetudinem † probari exhibitis duobus, aut plu
ribus instrumentis continentibus certam solēnitatem,
per doc. Ange. in l. Vetustissimam. C. de iure domi. im-
petrao. Socci. in consi. 94. colum. iiij. uersi. Circa secun-
dum. l. j. Decius pręceptor meus in consil. xj. colum. vj.
post med. versi. Ad hoc fundamentū. in consi. 163. colu.
vj. post med. uersi. Et cū talis consuetudo. Cur. iunior in
consil. 106. col. ii. Aymo. consi. 134. colum. iii. nume. 9.
5 Secundò nota ꝙ dignitates † propriæ à seipso scribi
possunt absq; nota ambitionis, & tituli sui à quolibet
regulariter scribuntur. Qui ergo Doctor est, potest se
Doctorem scribere: & qui Comes, Comitē. Sed aduer
tendum est circa hoc ad duo: Primum, ꝙ allegatur ad
hoc tex. in l. Hac consultissima. in prin. C. qui testa. fa.
poss. qui tex. non facit in proposito. primò quia ibi no-
minatio non fit à persona habente illam dignitatem,
sed ab alio (dicitur enim ibi, ꝙ cæcus testator debet no
minare hæredes per nomina, dignitates, & indicia) hic
aūt nos q̄rimus, an quis possit suas proprias dignitates
scribere: secundò ꝙ ibi dicitur causa, quare hoc fieri
debet. s. ne sola nominum appellatio aliquā pariat am-
biguitatem. Vnde tex. ille nō facit in proposito, quod
aduertit Christ. hic, sed mala ratione, quia ibi non di-
citur aliquid magis de sua, q̄ maiorum virtute, sed ꝙ
hæredū nomina circumscribēda sunt, & ita designāda
cū dignitatū, necnō aliarū cōditionū personę hæredis
enumeratione, vt non relinquatur ambiguitas, de quo
senserit testator. Item attēdē, ꝙ in alio æquiuocat Chri
sto. s. dum dicit, ꝙ hoc notab. non sumitur ex hac rubri
ca, quia immo optimè sumitur, vt apparet ex eius uer-
bis, in quibus Iustinianus ipse loquitur, & ponit suos
titulos & dignitates. Nam dicit Christo. ꝙ hęc intitu-
latio non fuit facta per Iusti. sed per compilatores, qui
alterius dignitates expresserunt: quod est falsissimum,
cùm ipsemet Iustinianus scribat, & loquat vt nemini
dubium esse confido, qui epistolam hanc Iustiniani le-
gat, & consideret: quinimo ipse paulo post de compila
toribus loquitur, in §. Cumq; hoc.
6 Tertiò not. ꝙ stylus † scribēdi est, vt pręponat nomen
scribentis nomini eius, ad quē scribit (dicit. n. Iustinia-
nus, cupidę legū iuuētuti, sicut. M. T. Cic. Curioni, uel
7 Attico.) quod † est vtile ꝓ rescriptis. Nam si reperiretur
rescriptum principis in quo hic stylus non esset serua-
tus, præsumeretur contra tale rescriptum, & esset con-
iectura quædam falsitatis, vt dixit Specul. in titu. de re-
scrip. pręsenta. §. iiij. incipi. Ratione formæ, in prin. In
contrariū tñ facit tex. in c. Dilectissimis. xii. q. i. ubi, Cle-
mens Pontifex nomen suum postpont. Sed sustinetur
quod dicit Specu. ex communi doctrina, quæ habet, ꝙ
8 scripta † contra stylum faciūt præsumi rescriptū falsum,
quam latè prosequitur Feli. in c. Ex parte el primo. de
rescrip. colum. vij. versic. Stylus curię. Deci. in consil. x.
9 colum. viii. in fi. nu. 16. Habetur enim stylus † pro for-
ma. Bal. in l. fi. C. quæ sit long. consuetu. & dicit Deci.
10 ubi s. ideo pertinet † ad eum, cui tale rescriptum dirigi
tur, supsedere, vt declarat Abb. in d. c. Ex parte. & in c.
Ex parte. el primo. de offi. deleg. in fi. cum simi.
Alia not. quę per Docto. hic colliguntur, non benè
ex hac rubrica eliciuntur, ideo quę alia erunt attingen
da, videbimus in glo. Nam quo modo notari potest ex
hoc tex. ꝙ Imperator nō dicatur, nisi post triplicem co
ronā? cùm de hoc nulla fiat in hoc loco mētio, immo
nec fieri potuerit, cùm hoc tempore à Pōtificibus non
esset adhuc institutum coronari, existente adhuc impe-
rio penes Græcos Imperatores, ut est ... ꝙ
... & ꝙ anhelantes ad hanc scientiā debeat esse, &
iuuenes, & cupidi. non ꝓbatur: sed benè ꝙ hoc, quod
scriptum est, & sic uolumen Institutionū dicat, & diri-
gitur iuuenibus optantibus profiteri hanc scientiam,
eò ꝙ plerūq; iuuenes incipimus studere, & dare ope-
ram his artibus. Quæ etiam de genitiuo notantur, sa-
tis impertinenter eliciuntur: ideò non prosequor.
In glo. prima. Elicit glo. ex inuocatione nominis Ie-
su Chri, ꝙ Iustinianus inuocans Christianus fuerit: ex
quo infert, ꝙ alias nō posset imperare hodie, nisi Chri-
stianus esset. i. exercere ipsam imperij iurisdictionem
quod probat ex generali regula, ꝙ quilibet administra-
re volens tenetur iurare se communicatorem ecclesię
catholicæ ponit postea quędam iura cōcor. in quibus
Imperator ante omnia nomē domini inuocat: tandem
ponit effectum ipsius inuocationis.
Dicit ergo glo, in pri. ꝙ Iustinianus fuit Christianus:
11 hoc clarè ex historijs patet. Primus enim † Impator ba
12 ptizatus fuit Cōstantinus magnus, qui † vixit tēpore san
13 cti Syluestri anno à Christi natali. 339. Iustinianus † aūt
imperium assumpsit anno dñi. 525. secūdùm quosdam
tempore Ioannis Papæ, vt patet ex tex. epistolæ, Inter
claras. C. de summa Trini. & fi. cath. ubi & tempus sui
imperij dignoscit, nec nō ꝙ fuit optimus Christianus.
Deprehēdit ēt ex plurimis eius cōstitutionibus i titu-
lo, de sacrosanc. eccle. in titu. de epis. & cler. & i Auth.
Secundò dicit glo. ꝙ alias non posset imperare, nisi
esset Christianus, propter iuramentum pręstandum, in
quo debet quilibet administrator iurare se esse cōmu-
nicatorem ecclesię catholicæ, per tex. in Authen. ius iu
ran. quod pręsta. in prin. ibi, & (cōicator ecclesiæ) coll.
2. Sed circa hoc duo consideranda sunt, quia malè ille
tex. allegat per glo. ad probandū, ꝙ nisi ita iuret Impe-
rator, non possit administrare, & ꝙ Iustinianus non po
tuisset imperii iurisdictionem administrare, nisi fuisset
Christianus propter iuramentū illius cōstitutionis. Nā
cū illa constitutio fuerit Iustiniani, nō potuit ligare ip-
sum Iustinianū in susceptione imperii, quo tēpore lex
illa

14 illa nondũ cõdita erat.†Leges enim futuris,nõ p̃teritis
negociis prospiciũt.l.Leges & constitutiones. C.de le-
gi.Item quia lex illa non loquitur in Imperatore : qui-
nimmo nec loqui potest,cũ dicat formula illa iuramen
ti iurandũ esse Iustiniano, & sic Imperator. cũ ergo in-
ter prestantem & recipientẽ debeat esse distinctio,non
est dicendum,ꝙ Imperator teneatur subire illud iura-
15 mentũ. Preterea in generali locutione†nunq̃ intelligit
uenire p̃sona loquẽtis & disponentis.l.Inquisitio. C.de
solutio.facit tex.j.qui.mo.testa.infir.§.fin.l.Princeps.ff.
16 de legi.in quibus locis dr̃ principem†ipsum non ligari
legibus.Ideo dicas,ꝙ illa Anth.non facit in proposito:
benè hodie probatur hoc ex iuramento p̃stando ab ip-
so Imperatore,de quo habet̃ in cle.j.§.Ego . de iureiu-
17 rã.ubi ponitur † formula iuramenti prestãdi ab Impera
„ tore.uidelicet,Ego.N.Romanorũ Rex annuente domi
„ no futurus Imperator promitto,spõdeo, & polliceor,
„ atq; iuro corã Deo,& beato Petro,me de cetero prote
„ ctorẽ,procuratorẽ,& defensorem fore summi Pontifi-
„ cis,& huius sanctæ Roma.ecclesie in omnibus necessi-
„ tatibus,& utilitatibus suis,custodiẽdo,& conseruando
„ possessiones,honores,& iura eius,quantum diuino ful
„ tus adiutorio fuero,secũdũm scire & posse meũ , recta
„ & pura fide:sic me Deus adiuuet, p hec sancta euange-
lia.Sed illa constitutio fuit facta à Clemente.v.in conci
lio Vienñ.qui Clemens ad summum Pontificatũ uenit
anno dñi.1305.cuius cõstitutionis tenorem scire non
potuit Accursius glossator,qui uixit sub annis domini.
18 1220.ut colligitur†ex glo.in Auth.ut præponat̃ no.Im
perator.in ver.Indictionis.coll.5.quod iuramentũ fide-
19 litatis est,quis Bal.in tit. de prohib. alie. feu. per Fede.
in fi.dicat imperatorẽ excipi ab oi fidelitatis iuramen-
to,vt declarat Bal.in l.fi.C.de legi. & tradit Card. in d.
20 cle.j.latè doctissimus Restaurus† Castaldus in Tracta.d̃
Imperatore.q.36.Verum est Imperatorem esse non pos
21 se,qui†non sit Christianus, vt per Petrum de Monte in
sua Monarchia in ii. q. prope fin. latè tradit idem Re-
staurus.in d.Tracta.q.75.

In ea.glo.ibi(sic & alias incipit)adde tex.in Authen.
22 quomo.opor.epis.in prin.coll.1.Et inuocatione diuini
numinis vsos fuisse etiam priscos satis testatur Plinius
„ in Panegyrico,dũ ita incipit:Benè ac sapiẽter P.C.ma-
„ iores instituerunt,vt rerum agendarum, ita dicendi ini
„ tium à precationibus caperet̃,ꝙ nihil ritè, nihil proui
„ denter hoĩes sine deorũ immortalium ope,consilio,ho
„ nore auspicarentur.Quod & apud Liuiũ sæpius in prin
cipio concionum legitur:Quod felix faustũq; sit Sena-
„ tui populoq; Romano.& alibi,Deos immortales mili-
„ tes vestros publicos meosq; proficiscens adoraui , ue-
„ niamq; supplex poposci.

23 In glo. in ver. Cesar. Ponit glo.deriuationem†huius
nominis Imperatoris,vultq; deriuatum esse à Ces. Au-
gusto imperante tempore natiuitatis Christi:quod pro
bat authoritate Luce Euangeliste cap. 2. Exijt (inquit)
edictum à Cesare Augusto, vt describeretur vniuersus
orbis.Exponit autem glo.hec euangelij verba illud im-
portare,vt.s.cuiusq; bona estimarentur.Sed ante oĩa ad
uertẽdum est,denominationem illã verè sumptã fuisse
à Iulio Cesare , qui primus rempu. Ro.inuasit,non ab
Octauiano Augusto , sub quo natus est Christus , vt ẽt
testantur hic Bal.Io.Fab.& Christo . Et dum fortissimi
viri nomen sibi asciscere voluerunt , scelestissimæ eius
tyrannidis perpetuum testimonium reseruarũt:de quo
simil'r differit Restaurus Castaldus in d. Tracta. de Im-
pera.q 42. In quo aduertendum est etiam , ꝙ præponi-
tur hic Imperator Cæsar nomini proprio contrà morẽ
aliarũ inscriptionum & idem legitur in epistolis, quæ
sunt ante Pandectas Florentinas,in quibus præponitur
dictio Cesar:Nec locus corrigendus est, vt quidam exi
stimarũt,quia Imp̃ator cessit(authore Trãquillo) ĩ vim
prænominis,& olim etiam Cæsar præponebatur.

24 Item unum hoc annotari volo,ꝙ olim†Cesares dice
bantur Imperatorum filij primogeniti , qui hodie prin
cipes appellari cõsueuerunt,qui.s. patre mortuo regnũ
adepturi sunt & imperium : ita testatur Spartianus in
Aelio seuero , & ex Ammiano Marcellino se didicisse
testatur etiam Alcia. Hinc intelligere licet inscriptio-
nes aliquas in C. dũ dicitur Impe. Diocli. & Maxi. AA.
& Cæs.idest, Augusti & Cesar, vterq;.s.fuit Augustus ,
sed Maximianus tm̃ Cesar.intelligitur etiam ex hoc re
scriptũ Constantini in l.Et si excepta. C. de malefi. ibi ,
in comitatu meo uel Cesaris fuerit & iscriptio.l. Pactũ
quod dotali.C.de pac.& l.fi.C.de præd.mi.

Dum verò glo.exponit illud Lucæ,ut describeretur
uniuersus orbis.i.ut quilibet estimaret bona sua , benè
dicit:nam census factus est,quod patet ex subsequenti
bus uerbis,dũ dicit,ꝙ ibant omnes,ut profiterẽtur sin-
25 guli in suam ciuitatem.Est enim profiteri†numerũ ali-
quarum rerum denũciare & assignare. Cic. in Verrem ,
„ Edixerat , ut aratores iugera sationum suarum profite-
„ rentur.Et alibi ad Tironẽ,Tu uerò confice professionẽ,
„ si potes,& si hæc pecunia ex eo genere est, ut professio
ne non egeat:tametsi in uulgatis codicibus & quidem
corruptè legitur,confice possessionem.

26 In gl.Flauius.Gl.antiqua Accursij †nõ dicit,ut hodie
„ extat,sed Flauus : quia talis erat coloris, nam rubeus,
quãuis aliter emendata hodie sit in nouis exemplari-
„ bus.s.Vel quia erat de familia Flauiorũ , uel quia deui-
cit Flauios.Puto tñ optimè emendatam,ꝙ uideam eun
dem Accur.in rubrica procœ.ff.disiũctiuè & utroq; mo
do legere:quę omnes expositiones falsæ sunt. Nam ꝙ
dicat̃ Flauus, quia esset talis coloris , prætereã ꝙ in in-
scriptionibus colorẽ hominis designandũ esse testatur
27 glo.quod†absurdissimum est,nõ posse Flauius dici, sed
flauus:hic color etiam non rubeus est(ut dicit glo.)sed
rubro,uiridi,& albo concretus,aliquantò clarior q̃ ful
uus,ut est color auri, & in capillis usurpauit Ouidius
libro.2.Fastorum.

Forma placet,niueusq; color, flauiq; capilli. Et Vir-
gi.lib.1.Georg.

Neq; illum.

Flaua Ceres alto nequicq̃ spectat olympo . Maturis
enim frugibus flauus ille color apparet, ut alibi Virg.

Molli paulatim flauescet campus arista.Et Martialis
libro primo.

Flauaq; de rubro promere mella cado.

Dum postea dicit ipsum esse de familia Flauiorum,
ego libenter hanc sententiã sequerer, si aliquem habe-
ret authorẽ.Fuerũt eni eius familię Vespasianus, Titus,
& Domitianus Imperatores:)sed cũ non desint qui ob
scurissimo loco natũ uelint Iustinianum, ita ut in ipsa
eius adolescentia sues etiam custodierit, & cùm fuerit
Thrax,Flauia autẽ gens nobilis ex agro Rheatino, om
nesq, fateantur fuisse ex sorore nepotem Iustini Impe-
ratoris ab eo adoptatũ,& cõsortem imperij factũ, neq;
vnq̃ legerim ipsum ex Flauiorum familia fuisse,non au
deo id affirmare . Fuit enim familia illa nobilis & am-
plissima Romę , sic dicta (ut nonnulli existimarunt ) à
criniũ cãdore:quinimmo(authore Trãquillo) ea fami
lia extĩcta est in Domitiano.Quare errat Ferrarius hic,
qui ex illa Flauiorũ familia vult fuisse Iustinianũ , cùm
illa quingentis fere annis antè esset extincta. Ego liben
tius senserim nomen illud à Constantino sumpsisse. Fa
milia.n. Iustiniani Anitiorum fuit,ut uidebis hic in no
stris Annotationibus.

At dum ultimo loco glo.hic,& in rubrica proę.ff.di
cit,Vel sic dictus,quia Flauios deficit,est merum som-
nium,eò ꝙ nusq̃ legerim populos aliquos Flauios ap-

pellari,nec à Plinio,nec à Straboo e,aut alijs.Dicẽdum
est igit̃ nomen esse, seu magis prænomen sine certa de-
rinatione sumptũ,vt.M.Caius,Decius, Quintus,& hu-
ius modi,nisi sit oomeo familię ( vt dictum est ) ꝙ si est
familię,certè non est familię illius nobilis Flauiorum,
sed Iustini , sumptum sicuti Cęsar, & Augustus(vt pu-
to)à Constantino,vt dixi.

Io glo. in ver. Iustinianus. Glo. vult ponere deriua-
tionẽ huius nomiois,& dicit ita appellatum , quia fuit
filius Iustini,uel à Iustitia,quam semper coluit:& post
expositiooem opponit,& soluit.

Dicit ergo gl.ꝙ dictus est Iustioianus,eò ꝙ fuerit fi-
lius Iustini.In primis mirandum est , ꝙ Accur. qui ali-
bi io rub.ff.solu. ma. dicit, ꝙ nominum propriorũ uel
magistralium disputatio & deriuatio pertinacibus est
relinquenda,iosteterit in disputãdo & quærendo, vnde
deriuatũ sit oomen Iustioiani. Nam aliũde deriuatum
ooo est,q̃ vode deriuatur Iulius,Carolus,Octauius,Do
mitianus,Traiaous,Accursius & huiusmodi.

28 Sed vlterius est etiam aduertendum , ꝙ non†fuit fi-
lius Iustini, sed oepos ex sorore, ab eo tameo imperij
consors & successor designatus . Sunt qui adoptatum
ab eo existiment,& ideò filium appellatũ: & q̃uis in §.
Est & aliud.j.de dona.& io §.Cæcus.j.qui. ooo est per-
miss.fa.testa. allegatis in glo. appelletur à Iustiniaoo Iu
stinus pater ooo est mirandum,cum & religioois & re
uerentię nomen sit etiam pater , non tantum naturæ:
29 vnde & dij omnes†patres appellabantur , vt dicit Ser-
uius in Virg.lib.2.Georg.dum ioquit, Huc pater ò Le-
oæe veni.Est enim(vt alibi dixit idem Seruius) epithe-
tum omoium deorum pater . Facit quod Salu. in prin.
inquit,Delecti,quibus corpus aonis infirmum , inge-
,, nium validum sapientia erat,Reipu.coosulebãt , hi uel
,, ętate,vel curę similitudine patres appellabantur . Non
,, ergo pater secũdum naturam appellatur ibi Iustinus,
sed uel iure ciuili propter adoptionem,vel ob reueren
tiam & honorem,cùm ab eo imperium susceperit.

Dum postea glo.opponit de.c.Habeo librum.xvj.di
stio.vbi dicitur,ꝙ sexta synodus,quæ sub Coostantioo
cogregata fuerat,fuit iterum,congregata sub Iustinia-
no eius filio,eius prima solutio vera est:nam loquitur
de alio Iustiniano,qui fuit filius Constãtini quarti, qui
regnauit sub anois dñi.686.noster aũt Iostinianus im-
perauit sub annis domioi. 525. secuodum aliquos , se-
cundùm alios.529.

Hinc conijcere licet q̃ vanè laborauerit glo. dũ vult
dici à Iustitia,quam semper coluit,& aliis mãdauit co-
lendam.Nam cum sit nomen proprium primitus indi-
tum(vt dixi)appellatusq́; sit Iustioianus,ante q̃ loque-
retur , & dum sub nutrice esset oulli oon patet, quàm
inepta sit hæc deriuatio.

In quo illud etiã admonuisse volum9,ꝙ l.j.C.đ sum.
Tri.& fide cath.nec illud probat, ad quod allegatur : &
quando hoc probaret,non esset Iustioiani , cum sit lex
Gratia.Valen.& Theod.

In glo.Alemanicus.Vera est expositio glo. ꝙ dictus
est Alemanicus, & aliis etiam cognominibus appella-
tus à prouincijs deuictis:vt & Scipio Asiaticus, & Nu-
30 mantinus,& Aphricanus.Est eoim†proprie cognomẽ,
quod ab euentu aliquo indictum est.Tex.autẽ io Auth.
de hęred.& fal.in princ.de Vandalis,Mauris, & Arche-
doneis loquitur.

31 In glo.in ver.Pius dupliciter exponit†glo.vt.s.sit vel
nomen deriuatum à præcessoribus, sicuti Cæsar: uel à
pietate animi.Pro prima expositiooe allegatur tex. in
Auth. vt liberti de cętero. §. Nobis autem . coll. vj.
,, vbi Imperator hoc clare testatur dũ inqoit:Sicut enim
,, Antoninus Pius cognominatus , ex quo etiam ad nos
,, appellatio hæc peruenit Fuit enim Aotoninus Boio-
32 nius à senatu sic appellatus,ob singularem†animi pie-
tatem,ac pacis studium,cum vox illa celebris est,Mal-
le se vnum ciuem seruare,q̃ mille hostes perdere. Quo
fit,ut secunda glo.expositio non procedat,vt.s.sit Iusti-
nianus Pius dictus a pietate animi:in quo & aduerten-
dum est,ꝙ.l.j.C.de sum.tri.non est Iustioia. (ut dixi)&
dum ibi dicit,clementię nostrę &c.uerba sunt quibus
vtuntur Imperatores,cùm personam suam designare
volunt,prout alibi sæpius,in hoc ipso Institutionum li-
bro videbimus:dum modò prouidẽtiam,modò religio
nem,modò pietatem suam magis fortasse q̃ par sit,Iu-
stinianus celebrat.Et in l.Imperialis.C.de oupt. & cle-
mentiam & beneuolentia,dicit:sicuti laborẽ suę bene-
uolentiæ dixit.i.proprium ipsius in l. vnica.io fi. C.de
cadu.toll.quę latissimè congerit excellentissimus Re-
staurus Castaldus in suo tracta.de Imperato.in secunda
quęstione.

33 In glo.in verbo,Felix.†Duplicem deriuationem po-
nit,vel ab animi.s.virtute,vel à prospera fortuna, cùm
omnia sibi ad votum succederent.Pro prima expositio-
ne facit quod dicitur.

Felix qui potuit rerum cognoscere causas.
Et apud Oui.in Fastis de Astrologis loqueotem.
Felices animæ,quibus hæc cognoscere primis.
Cura fuit.Sed secunda verior est. Felix enim beatus
est,vt apud Virgil.
Viuite felices,quibus est fortuna peracta.
Iam sua. Sunt enim felices, quibus omnia prosperè
cedunt,& qui alio nomine fortunati dicuotur.

34 In glo.Inclytus.Dici inclytũ glo.existimauit,†à ma
gnificis gestis.Est enim inclytus gloriosus, excellens,
atq;insignis,& qui quodam splendore glorię ac famæ
corruscet & splendeat.Liuius lib.primo ab vr.condita.
,, Inclyta iustitia religioq́; ea tempestate Numæ Pompi-
lij erat.& lib.vj.belli Puoici,iclytũ diuitijs tẽplũ appel
,, lauit,& Plaut9 in Milite,Vt tu inclyt9 apud mulieres.

Glo.victor interlinearis est,& benè exponit. Is enim
victor est,qui uicit.Virg.lib.1.Æne.
Nec prius absistit,q̃ septem ingentia victor.
Corpora fundat humi. Pli.lib. 7.c.18.Cẽties vicies
,, pręliatus,octies ex prouocatione uictor.

Glo.Triumphator.Dic eò ꝙ bis triumphauit,de Per
sis.s.& Vandalis.Erat enim triumphus omnium hono-
rum quia à Po.Romano dari solebaot,maximus:diceba
35 tur aũt triumphus(authore Tranquillo)quia † qui triũ
pharet triplici iudicio honoraretur. Primò enim exer-
citus de triumpho duci suo decernendo iudicabat,se-
36 cũdò senatus,tertiò populus.Qui verò† triumphabat,
equis albis uehebatur curru ioaurato, capite coronato
lauro,& ante ipsum ducebãtur uicti & capti hostes,ca
tenis uincti:& ita pręeunte Senatu capitolium adscen-
debat ad templum Iouis opt.max. ubi mactato tauro
,, albo domum redibat . Cicer. in Pisooem , Disseres de
,, triumpho , quid tandem haberet iste currus ? quid
,, uicti ante currũ duces ? quid simulachra oppidoru m ?
,, quid aurum ? quid argeotum ? quid legati in equis , &
,, Tribuni?quid clamor militum ? quid tota illa pompa ?
,, quid uehi per urbem?usi sunt etiam corona aurea post
lauream. Triumphales autẽ leges uidere poteris apud
Blondum Triumphantis Romæ lib.x.

37 In glo.Semper Augustus.Interpretatur glo. ꝙ†Augu
stus ab augendo dictus sit,quod authoritate Ouid. lib.
primo Fastorum probatur.
Augeat imperium nostri ducis,augeat annos . Item &
Egesippi,qui inqoit,augustũ oomeo imperii apud Ro-
manos fuisse,ꝙ augeat suos,non ꝙ alienos opprimat:
quod deridet in suis commẽtarijs Sypontinus epigrã.
iij.io verbo, Cęsar, ut hic alias annotauimos . Dicitur
enim augustus sacer,& maiestatis plenus. Vnde & Cic.

de

de natu. deorum, augusta simulachra appellat, hoc est, maiestatis plena, & quandam præseferentia diuinitatẽ & augusto consecrata. Oui. lib. 1. Fasto.

Sancta vocant augusta patres augusta vocantur.

Templa sacerdotum ritè dicata manu: Et Augusta ad mœnia regis, dixit Virg. lib. 7. eadem ratione. Primus autem, qui hoc cognomine appellaretur, fuit Octauianus Ro. Imperator, qui in senatu ita appellatus est, (autore Tranquillo ex sententia Munatij Planci) à quo postea oẽs alijs Augusti appellati sũt (vt est author Dion) vt omnium rerum potestatem, quam hoc nomine exprimi crediderunt, sibi quasi vendicarent, ita vt sint soliti velle in auspicando imperio sibi Augusti fęlicitatẽ

38 acclamari. †Ex hac gl. tñ potest colligere, ꝙ dicimus aliquid tale, q̃uis non semp sit tale, sed vt ĩ pluribus. Vult enim gl. ꝙ Augustus dicatur Imperator, q̃uis non semper augeat, & matrimoniũ indiuiduam vitę consuetudinẽ continere, q̃uis aliqñ separetur, & Iustitia constãs, & perpetua voluntas, q̃uis aliqñ aberret, de quo alibi

39 dicemus: quod inde ductum esse censendum est, quia leges ad ea, quę frequentius accidunt aptãtur, & quia casus præter rei naturam accidentaliter euenientes nõ habentur in consideratione, vt inquit Iuriscõsultus, in l. Iura constitui. ff. de legi. Iura constitui oportet (vt in-

„ quit Theophrastus) in ijs, quæ plerunq; accidunt, non

„ in ijs, quę nec opinato & pręter hominum intentionem: vt aduertit ibi Budæus, & Alcia. lib. 2. Dispun. c. 8.

In glo. vltima. Hæc glo. rhetoricizat. Dicit enim, ꝙ Imperator in hoc procœmio subsequenti reddit lectorem attentum, docilem, & beneuolum. attentum, cùm dicit summis vigilijs: docilem, quia breuiter rei summam complectitur: beneuolum, dum ostendit hanc doctrinam hodie facilius assequi iuuenes posse mediante industria Iustiniani, & hoc libro: quod q̃ verum sit, declarabimus in singulis membris.

Illud in primis aduertendum est principium rectè sumi, cùm statim animum auditoris nobis idoneum ad audiendum reddimus, idq; ita sumi, vt attentos, vt dociles, vt beneuolos auditores habere possimus: quę quibus modis efficiantur, apertius declarantur in Rhetori. ad Heren. in prin. quod & fecisse Iustinia. hoc in procœmio manifestũ est: nã docilis fit auditor & lector, cùm summa huius compilationis breuiter exponitur

„ in. §. Cumq; hoc Deo. & in. §. Igitur, ibi, Vt sint totius

„ legitimæ scientię prima elementa, in quibus breuiter expositum est. &c. Et dum facit auditores & lectores attentos, nam docilis est is, qui attentè vult audire, vt habetur in d. Rheto. ad Heren. vbi. s. Attentos autem facit: dum magnum hoc commodum futurũ pollicetur in d. §. Cumq; hoc. ibi, Et quod priori tempore &c. magnum enim quid & nouum pollicetur, & dum superius dixit, Vt liceat vobis prima legũ cunabula &c. Beneuolos aũt facit, dum suum officium & studiũ in tempu. tam in pace, q̃ in bello laudat, ibi, quorum. vtrãq; viam &c. & dum in fine pollicetur reipu. ad ministrationem ijs, qui huius scientię periti euadent, ibi, Vt spes vos pulcherrima foueat &c. Item dum vtilitatem huius operis ostendit in d. §. Cumq; hoc.

Dum ergo gl. dicit, ꝙ Imperator facit nos attentos, ex quo dicit se summis vigilijs hoc opus perfecisse, ęquiuocat. nam hoc modo beneuolos, non attentos facit sm præcepta rhetorum. Et dum dicit esse vigilandum, quia ius vigilantibus scriptum est, est ęquiuocatio: nã summis vigilijs fecisse dicit. i. summa diligentia, at vigilare in l. Pupillus in fi. ff. q̃ in fra. cred. est sibi pro-

40 spicere sũmo studio: quẽadmodũ Vir. vsurpauit. 1. Ge.

Quid tempestates autumni & sydera dicam?
Atq; vbi iam breuiorq; dies, & mollior ęstas,
Quæ vigilanda viris. Et Plautus in Ruden.

„ Vigilare decet hominem, qui uult sua tempore cõficere officia. Erat. n. edictum de reuocandis ijs, quę in fraudem creditorum facta essent à debitore non soluendo: Vnde si quis creditum suum accepit, anteq̃ bona debitoris possiderentur, etiam ꝙ sciret illũ non esse soluendo, non incidit in edictum, nec illa solutio rescinditur. l. Qui autem. §. Sciendũ. ff. quæ in frau. credi. Hoc idem decidit in d. l. Pupillus. in fi. Quòd si ab offerente mihi creditũ per gratificationem accepi, ex quo mihi uigilaui. i. prospexi, non subijcior edicto, & solutio nõ reuocatur, quia ius ciuile uigilantibus scriptum est. i. ius ciuile fauet iis, qui bona fide rebus suis diligenter & solicitè prouident: & ita intelligendus est ille tex.

In glo. ibi, Docilem &c. Dic ꝙ glo. benè dicit, ut. s. declaratum fuit.

In glo. ibi, Beneuolũ. Declara, ut dictũ fuit superius.

IMPERATORIAM MAIESTATEM.

1 *Milites decet magis scire arma, quàm leges.*
2 *Arma indigent legum auxilio, leges autem armis.*
3 *Vt, est dictio redditiua rationis, & quãdo denotet causam finalem.*
4 *Expressio corũ, quę tacitè insunt, regulariter nihil operatur, sed fallit quando ad maiorem declarationẽ exprimitur. nume. 5.*
6 *Superfluũ non dicitur, quãdo magis distinctè exprimitur illud, quod iam erat dispositum, uel exprimitur in specie quod erat expressum in genere.*
7 *Rectè. i. iustè.*
8 *Rectè et ritè differunt, tamẽ aliquando unum ponitur pro alio: & de significatu eorum.*
*Et ꝙ ritè formam substatialem significat nu. 9.*
10 *Principis Romani appellatione uenit Imperator.*
11 *Princeps quid significet.*
12 *Principes appellantur maiores magistratus.*
13 *Principis appellatione uenit princeps loci, in quo est facta nominatio.*
14 *Calumniæ uitandæ sunt.*
15 *Calumniatores repellendi.*
16 *Calumniator est qui falsum crimen intendit.*
17 *Calũniator accipitur largè pro iniustè aliquid faciẽte.*
18 *Imperator dicitur religiosus.*
19 *Maiestas quid sit.*
20 *Anthypophora figura quæ sit.*
21 *Manus. i. collectio, & turba hominum.*
22 *Aduocati dicuntur militare.*
23 *Armantur leges gladio ultore.*
24 *L. Cùm uir. C. de adulter. aliter legitur, q̃ Doct. communiter, & Alciatus etiam legat.*
25 *Oportet, propriè exponitur. i. conuenit, non aũt necesse est: tamen aliquando significat necessitatem.*
26 *Verba sunt intelligenda secũdum subiectã materiam.*
27 *Verba necessitatẽ importantia aliquãdo ꝓꝑ subiectã materiã ĩportant honestatẽ & cõueniẽtiã quandã*
28 *Ciues Romani ab Antonino facti fuerunt omnes, qui erãt sub imperio Ro.*
29 *Hostes hodie qui dicantur;*
30 *Bella quæ sunt inter Christianos possunt dici ciuilia.*
31 *Calumniari }*
32 *Præuaricari } quid sit.*
33 *Tergiuersari }*
34 *Calumniator qua pœna puniatur.*
35 *Calumniosè agere }*
36 *Temere agere differunt }*

ARma legesq; vt in bello & pace rectè im-
peretur, Imperatori necessaria sunt. h. d.
Diniditur hoc principium in duas par-
tes: in prima ponit cōclusio illa, de qua in
summario, videlicet, ꝙ principē oportet
armis & legibus esse instructum: in secunda ponit ra-
tionē. secunda ibi, Vt vtrunq; tēpus &c.

Casus nō figuratur, quia hic nihil decidit ambiguū:
alias tñ pro rōne dubitandi considerauimus, ꝙ cū hoc
nomen imperator sit nomen ducis militum, & milites
1 magis † scire cōueniat arma, q̄ leges. l. fi. in prin. C. de iu-
re delib. nō videbat aliud ad ipsum spectare, q̄ vsus ar-
morū: cuiꝰ contrariū dr̄, quia cū nomen imperatorium
hodie nō solum ad ipsos duces pertineat, sed in locū,
& vim regij nominis successerit, & qui hoc noīe insi-
gniti sunt dñi sunt orbis. l. Deprecatio. ff. ad l. Rho. de
iac. meritò vt populos sibi subiectos rectè gubernare
possit etiam in ocio, & pace, decet Imperatorem scire
leges: rationes enim sunt in secunda parte tex.

Nota primò summarium, videlicet, ꝙ arma & leges
Imperatori & Regi maximè necessaria sunt, vt vtroq;
tempore, & belli, & pacis rectè gubernare possit: de
quo dicetur in glo. prima.

Secundò not. ꝙ Imperator illud, quod est legū, tri-
2 buit armis, & quod est armorū, tribuit † legibus: vt ostē
dat vnū alterius auxilio egere, test. est clarus hic, & in.
„ l. i. C. de Iusti. cod. cōfir. in prin. ibi, Illorū enim alterum
„ alterius auxilio semper eguit, & tam militaris res legi-
„ bus in tuto colloca est, q̄ ipsæ leges armorū præsidio
seruatæ sunt: de quo dicemus etiam in glo. ij.

3 Tertiò not. ꝙ dictio, Vt, est † redditiua rōnis, ibi, Vt
Vtrumq; &c. Nam per illam ponitur ratio, quare prin-
cipē oportet scire arma & leges, quod est frequentissi-
mū, vt causam designet. l. Mꝗuia. ff. de manu. testa. & q
dem finalem, qñ apponit in vim causæ aptæ producere
suū causatū, vt declarat Bal. in cōsilio. 106. lib. primo.

4 Quartò † not. ibi, Vt vtrunq; tēpus & bellorū, & pa-
cis nā dicere solemꝰ, ꝙ expressio eorū, q̄ tacitè insunt,
nihil operat, & ideo tanq̄ supflua reprobat talis expres-
sio. l. iij. ff. de lega. primo. l. Nō rectè. C. de fideiusso. quia
nihil debet esse superfluū in iure. §. Quibus. in prima
consti. C. sed hic illa verba (vtrunq; tēpus) designabant
optimè absq; aliqua alia expressione. s. & tempus bello
rum, & tempus pacis, ideò nō videbantur necessaria il-
5 la † verba, (& bellorū & pacis) Tu dic, ꝙ illud, quod ad
maiorem declarationē exprimitur, non dr̄ frustra ex-
pressum, nec superfluum, non solū in duobus verbis,
vt hic, sed etiam in integris clausulis, vt benè probat
hic, & in multis alijs locis cuiq; facilè obuijs: benè fa-
cit glo. in c. i. de sum. tri. & fide cath. in verbo, Et filio. in
6 fi. lib. 6. & ibi Domi. qui † dicit post glo. ibi, ꝙ qñ magis
distinctè exprimitur illud, quod iam erat expressum, &
absq; aliqua alia distinctione etiā intelligebat, non dr̄
fieri quid superfluū, vt est tex. in c. Nimis. el primo. de
excess. præla. vbi hoc idē dicunt Hosti. Io. And. & Ant.
de Bu. Et ꝙ expressio eius, quod tacitè inerat, non dica-
tur superflua, dicit Deci. cōsil. 77. col. fi. cùm ergo quod
hic erat dictum implicitè, replicetur, & addatur expli-
citè, non dicitur superfluū, vt est tex. in d. c. j. de sum.
tri. lib. 6. sicut etiam non dicitur superflum, quando
quod in genere fuerat expressum, exprimitur in spe-
cie, vt voluit Domi. vbi. s. & Deci. in consil. 557. In sen
tentia in ii. col. versi. Et applicando ista.

7 Quintò not. ꝙ dictio (rectè) idē importat quod iu-
stè. Regulariter eni hæc dictio denotat factū, & ipsam
iustitiam, & merita causæ, vt est tex. cū glo. in l. Iustè
possidet. ff. de acqui. poss. in l. ii. ff. de inoff. testa. in l. Non
putauit. §. Non quis. ff. de bo. poss. cōtra tab. & ibi Bar.
cum simi. vt per Doct. in d. l. Iustè possidet. vbi ponunt
8 differētiā † inter ritè, & rectè. Nam ritè importat ordi-
nē rei, rectè iustitiā ipsam. Et hinc dicebat Corn. in con
sil. 354. līa. c. lib. 1. ꝙ dictio, rectè, ꝯuenit potiꝰ iustitiæ
causæ, q̄ aptitudini procedendi. Sæpius tamen vnū po-
nit pro alio, l. Si ab hostibus. §. fi. ff. solu. ma. l. Hæc ver-
ba in stipulatione. ff. de ver. signi. l. De pupillo. §. Si plu-
rium. ff. de oper. no. nū. l. Titius. i prin. ff. de libe. & post-
hu. & est tex. non pōderatus ad hoc in l. i. ff. de ferijs. Id
tamen obseruatum est dictionē ritè ad iuris solennita-
tem referri: & Statius pro ritu accepit.

Hei mihi primitijs ararum & ritè nèfasto,
Libatus iussusq́, mori. Id quod etiā Priscia. lib. 14.
annotauit. Hinc glo. in l. Si quādo. i uer. Ritè. C. de bo.
9 uaca. lib. x. formam † importare docuit, quā substātialē
formā interpretatus Pe. de Anch. in c. Possessor. col. iiij.
uersi. Item de iure canonico. de regu. iur. lib. 6.

10 Sextò not. ꝙ † appellatione principis Romani uenit.
Imperator Dicitur enim Imperator per quandā excel
lentiā princeps, ut patet. j. de iur. na. gē. & ciui. §. Sed
quod princip. & in toto titulo. C. de cōsti. prin. Tamen
etiam inferiores pñt dici principes, quia princeps nihil
11 aliud est, q̄ † primꝰ, & caput: hinc magistratꝰ appellamꝰ
principes ciuitatis. l. Spadonē. §. Si ciuitatis. ff. de excu.
tuto. & priceps delicti dicitur in l. In hoc iudicio. ff. de
seruo corrup. i. caput, & author: & i. l. fi. C. de off. diuer.
12 iudi. principes appellant † maiores magistratꝰ. sed quo
ties nō circūscribitur, sed absolutè ponitur ꝓ nomine
dignitatis, principis appellatione per excellentiā intel-
ligerem Imperatorem: nisi nominatio fieret à subiecto
13 quia principis appellatione † eo casu putarē uenire eius
principem, puta, si à Ferrariensi homine uel in Ferra-
riæ territorio, appellatione principis absolutè posita
Dux ipse, non Imperator ueniret: quemadmodum dici
mus si causa de iure decidenda cōmittatur, ꝙ intelligi
tur de iure illius loci, ut dicet infra in. §. Sed quoties. j.
de iur. na. gen. & ciui. Sed in hoc est aduertēdū, ꝙ hoc
not. quod Doct. sumunt ex hoc tex. non benè probatur
hic s. ꝙ appellatione principis absolutè ueniat Impera
tor: nam hic adijcitur (Romanus) unde de alio non po
terat tunc intelligi: tñ not. in se uerum est: Et quis dica
tur princeps, not. glo. in clemen. prima de baptism.

14 Septimò not. caūlnias † uitādas esse, & calūniatores
15 expellēdos, † & procul repellēdos esse ibi, Calumnian
tium iniquitates expellat. de quo dicendū erit in glo.
Interim hoc unū aduertendum est calumniantes hic
16 accipi nō propriè † pro ijs, qui scienter falsa crimina
17 alicui intendunt l. i. ff. ad Turpil. sed pro quibuscunq;
aliquid indebitè contra iustitiam faciētibus, ut alias di
ximus. Est enim calūnia, malitia, & calumniantes, mali
tiosè agentes, & iniustè, ut hic & in l. Omnes. §. Præte
rea ne cui temeritas. C. de episc. & cleri. Et ē illud Cic.
„ Vt Carneadi respondeatis. qui sepę optimas causas in
„ genii calumnia ludificare solet.

18 Octauò not. ꝙ imperator † dicitur religiosus, quod
alias latè accipiendum esse diximus, ut declarat Ias. in.
l. j. in prima lectu. C. de sum. tri. & fi. catho. de quo dice
tur.

tiīdin glo.in verbo, Religiosissimus.
In gl.prima. Exponit maiestatem imperatoriam.i.Im
peratorem in maiestate existentē: allegat ad hoc tex.in
l.Digna vox.C.de legi. vbi, Maiestate regnātis dignum
esse dicit &c. Dicatis ꝙ hæc expositio nno est necessa-
ria: nam imperatoria maiestas dicitur, sicut celsitudo
imperatoria.j. qui. mo.ius pa.po. sol.§. Filius.& splen-
dor.j.eo.proœ.§.Cūq; hoc.pietas, bonitas,& hmōi, vt
diximus.s.in rubr.sicut dicimus etiam maiestatem diui
nā.C.de hęreti. aucten.Gazaros, ibi, Cùm lōgè grauius
sit æternam q̄ temporalem offendere maiestatem. Ap-
plicatur enim etiā alijs præter Imperatoré, vt patet in
toto titulo.C.ad.l.Iulia. maiestat.& alibi in l.j.C. vt ne-
mo priuatus.dicitur, Regiæ maiestatis est.& in l.pen.ff.
de iusti.& iur.dicitur, Vbicunq; Prætor salua maiestate
imperij sui &c.Et in l.Si familia. ff. de iurisdi. om.iud.
Fortasse quia hic maiestas Prętoris vindicatur: Et popu
lorum maiestatem dixit Proculus.in l. Nō dubito. ff. de
capti.& postli.reuer.Est enim maiesta (vt alias dixim⁹)
19 decus, amplitudo † & dignitas cuiusq;, quā etiam pro
Dea Honoris & Reuerentię filia prisci coluerunt.
Subdit gl.Et nota, ꝙ anthypophorizat respondendo
20 tacitè quæstioni.Est enim † anthypophora figura senten
tiæ, qua aduersariorum nobis sententias ac dicta pro-
ponimus, vt illis respondeamus, veluti.
Verū anceps pugnæ fuerat fortuna fuisset. Latinè di
citur obiectio, vel oppositio, vt tradit Rufinia.in lib.de
schematis.Nam dicit glo.cū milites magis deceat scire
arma, q̄ leges, Imperator aūt nomen sit ducis militum
profectū, non videbatur in eo necessaria legū peritia.
Sed responsio patet ex ijs, quæ diximus in figuratione
casus.nā Imperator non solum milites ducit, sed mode
ratur, & regit populos, ideo in eo est necessaria vtraq;
cognitio vt idem Imperator declarat.
In glo.ii.ponit q̄ōnem, quare quod erat legum, tri-
buit armis, & quod armorum, legibus: & respōdet tri
bus modis, vel ꝙ id fecit, vt ostenderet vnū alterius au
xilio egere: vel propriè, quia ita verè dicant armare le-
ges, & arma decorē afferre: vel tertiò, vt euitaretur ma-
lus sonus. Prima solutio magis placet ꝑ tex. in d.l.i.C.
de Iusti.co.confir. vbi ad literam hoc dicitur: quod ma
nifestè ostendit, quia videmus L.xii.tab.cautum fuisse,
vt magistratus plures essent in exercitu periti iuris: ver
ba refert Cice.libro de legi.
Minores magistratus periti iuris plures ī prælia sun-
to. Fungebant hoc officio legati. Indigent præterea iu-
ra militibus pro exequēdis sententijs, & cogendo con-
tumaces aliquando ad parendum.d.l. Qui restituere.ff.
de rei vend. vbi manus militaris intelligenda est, idest
collectio, & turba quædam militum.l.Meum autem.ff.
quod me.ca. ibi, Idem ait, & si forte adhibita manu in
meo solo per vim ædifices. Turbam.n.& collectionem
hominum intelligit ibi Vlpia. vt etiam Plautus in Am-
phi. Deniq;, vt volumus, nostra superat manus. & Bru-
tus ad Cice.lib.xj.Huc accessit manus Ventidij.
In ea. glo. ibi, Vel dic propriè ponit. Glo. fallitur in
22 hac responsione, quia q̄uis & aduocati † dicātur milita
re d.l.Aduocati: & leges dicantur armari gladio vltore
23 in d.l. Cùm vir.tamē vtrunq; † ꝑ translationē ponitur,
& impropriè, vt patet ad sensum. Et obiter illud anno-
24 tare volumus circa tex.in d.l.Cùm vir, ꝙ † Alcia.in l.In
ter stuprum. ff. de verb.signifi. legit. Cùm vir nubit in
fœminā viris porrecturam.& mihi alias placuit, vt le-
geretur, Cum vir nubit in fęminam viros parituram,
quasi.s. vt filios pariat. Tertia pars glo.clara est, nec pu-
tandū est Imperatorem effugere voluisse turpem son-
num, cùm nullus in hoc libro verborum sit ornatus,
immo nec ferè proprietas.
In gl.Oportet.Exponit.i.opportunum est. Verū est,
25 ꝙ verbum (oportet) exponitur de proprietate.i.conue
nit, non aūt necesse est, vt videtur plerunq; exponere
Docto. Tamen (vt alias dicebam) hoc in loco necessita-
tē significat: quod patet ex tex.in l.j. C. de iusti.co.con-
fir.in prin.dum dicit vnū alterius auxilio semper eguis-
se, & sic ambo necessaria esse ad tuitionem & tutelam
reip.quod & alibi accidit, nam (vt dixi) plerūq; Docto-
res nostri hanc dictionem ad necessitatē referunt, vt
apud Iaso.in l.Si quādo.nume.25. C.vnde vi.& alibi sę
pius. Est enim regula generalis, ꝙ verba ſm materiam
subiectam interpretanda sunt, vt not. Docto.per illum
tex.in l.Si tibi.ff.si cer.peta. & ideo solet dici, ꝙ verba
alias necessitatem importantia ſm subiectā materiam
interpretantur, vt importent tm̄ honestatem, & conue
27 nientiam † quandam.gl.fi.in l.i.ff.sol.mat.in l.i.ff.de offi.
præfec.prætο.in l.i.in ver.Oportet.ff.de Iusti. & iur.vbi
Ias.in.v.col.
In glo.in verbo, Gubernari. Glo. videtur innuere, ꝙ
tempore belli leges non seruentur quod esset falsum.
Quāuis enim sępius eueniat, vt lites fori tēpore belli
conquiescant, siatq; iustitia: tñ non per hoc eo tem-
pore minus eis vti possumus, sed fit quædam denomi-
natio ab eo, quod plerunq; fit.l.Nam ad ea.ff.de legi.vt
declarat hic Ange.& benè.
In glo. Hostilib. clara est diffinitio Iurisconsulti in
vtroq; loco allegato in gl.Sed dubiū est hodie, quomo
do intelligantur. Eruditissimus Alciatus in d.l.Hostes.
ff.de verb.sig. fuit in noua sententia, q̄ mihi semꝑ valde
placuit, videlicet, ꝙ hodie populus Ro.intelligit Chri-
stianus populus, cùm inter nos oēs fratres simus i Chri-
sto, & vt olim oēs, qui sub imperio Romano, & in urbe
Romana erant, populus Ro. erant, quia omnes ciues
28 Romani ab † Antonino facti fuerūt. l.In orbe. de stat
29 homi.ita hodie † quicunq, sub sanctissimo Christi vexil
lo militant, populi Ro. appellatione venire conuenit.
30 Quæ enim † bella inter Christianos fiunt, potius ciuilia
dicuntur, q̄ iusta bella: & ideo in his neq; capti serui
capientium fiunt, neq; locum habet post liminiū, aut
lex Cornelia.l.Si quis ingenuā.§.fi.de capti. & postli.re
uer.de quibus alibi dicetur.
In glo. Per legitimus tramites.Glo. exponit.i.per le-
ges; quæ sunt via gradiēdi, sicut tramites eundi: uel per
septem genera pœnarum: vel per magistratus, quę vlti-
ma approbatur per glo.& Ang.hic. Mihi videtur, ꝙ ve-
ritas sit illa, quā alias innuimus, ut se expellere calum
niantium iniquitates per legitimos tramites dicat Im-
perator.i.ꝑ modos à legibus inuentos & traditos: & sic
in effectu, & uirtualiter est expositio Io. quæ primo lo-
co ponitur. Id enim proculdubio designant illa uerba:
quod apertè probatur ex tex.in l.j.i prin.C. de rei uxo.
acti.ibi, Et in unum tramitem ex stipulatu actionis to-
tum rei uxoriæ ius concludentes. & ita teneas, & unde
quę dixi hic in Annotationibus.
Dum uerò glo.dicit, ꝙ calumniantes puniuntur per
leges &c. aduertendū est, quia sicut diximus in iii.not.
hic non capiuntur propriè calumniates.s.pro ijs, qui
falsa crimina scienter intendunt, sed capiūtur pro qui-
buscunq; iniustè agentibus. unde ex quo glo. declarat,
quomodo calumniatores puniantur, patet, ꝙ malè in-
tellexit hunc tex.in iis, qui propriè calumniatores ap-
pellantur, ut in l. i.ff.ad Turpill.ubi dicitur ꝙ accusato-
rum temeritas tribus modis detegitur, & tribus pęnis
subijcitur. Aut enim calumniantur, aut pręuaricantur,
31 aut tergiuersantur. Calumniari † est falsa crimina inter
32 dere. Pręuaricari † uera crimina abscōdere. Tergiuersa
33 ri † in uniuersum ab accusatione desistere. Sed hic non ca
pitur ita propriè calumniator, ut dictum est, sed uult
complecti Imperator omnes iniquè agentes.
Nec uerum est, quod dicit gl.ꝙ calūniator punitur

ad similitudinem supplicij, tá in ordinarijs, q̃ in extra
ordinarijs criminibus:ná debetis dicere, ꝙ in ijs crimi-
34 nibus, in quibus† est certa & determinata pœna, calum
niator eadem pœna, & sic similitudine supplicij puni-
tur l.fi.C.de accusa. in iis verò, quæ habent pœnam ex
traordinariam, iudicis arbitrio puniuntur. l.Et in pri-
uatis.ff.ad Turpil.& ita declarat Bart.in l.i.in prin.in.ii.
q.ff.ad Turpil. nisi dicamus similitudinem sumi eò ꝙ
vterq; iudicis arbitrio puniatur. Et dum gl.subdit, ꝙ in
ciuilibus calumniosè petentes puniuntur aliqñ pœna
pecuniaria, aliqñ sacramento, aliqñ nota infamiæ, & al-
legat tex. j. de pœna temere liti. non benè dicit: quia
35 aliud est temere,† litigare, aliud calumniosè petere.ná
libertus, qui nulla impetrata venia petit, quod sibi de-
36 betur, temere † litigat.§.fi.j.de pen. tem. liti.& tñ calú
niosè non litigat, quia verum creditú prosequitur: &
37 ideo ille tex.nó facit i pposito.Ná calúniosè agés † pu
nitur hodie in expensis. l. Properandú. C. de iudi.in §.
Siue aút alterutra. non in.§.Et si quidẽ, quia ibi loqui-
tur in cótumace, nó in calúniãte, & habetur.j.de pœn.
teme.liti.§.Hæc aút omnia. Si enim petat plus tempo-
re, punitur:quia inducitur duplicatio.§.Hodie.j.de ex-
cep. si vero plus re, loco, vel causa petierit, punitur in
triplú damni damnum passo. §. Sed hæc quidem.i. de
actio. & si etiam dolosè plus debito petat, & eius etiá
cautioné exigat, etiá hodie punitur in amissione credi-
ti, & cadit à causa.l.vnica vbi Bart.declarat. C.de pl⁹ pe
ti.Et si scienter, & calúniosè peteretur debitú iam solu
tum, incideret calumniosè petens in crimen stelliona
tus, tex. est in l. Si fideiussor.§.In omnibus.ff.manda vbi
Bart. Hoc aút verum est, si iudici obrepserit ob falsam
suggestionem: ꝙ si addidit falsam probationem, puni-
tur pœna falsi ita distinguit Bal.in l.i.col.iii. ver. ii.quæ
ritur.C.condi.indebi.

In secunda par.glo.dum dicit, ꝙ septem genera pœ-
narum vocat legitimos tramites, de quib⁹ in l.Si quis
forte.io fi.ff.de pœn. cum duab. seq. hæc interpretatio
non est bona, quia iustitia occurrit etiam in ciuilibus
iniquitatibus calumniantium, de quibus ibi nihil habe
tur, & ideo interpretatio defectiua.

In gl.ibi, Vel dic, ꝙ magistratus. Ex iam dictis patet.
etiam, ꝙ hæc interpretatio non est bona: & dú dicit, ꝙ
parum esset iura esse in ciuitate, nisi essent magistrat⁹,
qui ea executioni debitè demandarent, cócor.tex.in l.
Nullus. C. de iudæis. Ex hac glo.colligit hic Ang.ꝙ iu-
dex maleficiorum possit etiá de causa ciuili cognosce-
re, quod nunq̃ sensit hæc gl. quæ nihil aliud dicit, nisi
ꝙ tramites appellat magistratus, per quos iura deman-
dantur executioni. nam ipsi & in criminalibus puniút.
i.calúniantes expellunt, pœnis.s.s̃.positis, & in ciuili-
bus, fm tex.in d.l. Eum qui temere. sed nó, ꝙ sit idem
magistrat⁹, & idẽ iudex. & ꝙ hi tramites, hi iudices, pu
niant tam in ciuilibus, q̃ in criminalibus calúniantes,
sed ciuiles in ciuilibus, criminales in criminalibus: &
ideo tanq̃ illatio falsa, & impertinens, & ad locú hunc
nó faciẽs, nó est tractãda, sed prætermittẽda hic. Solùm
38 illud sciẽdú est, quod alias diximus, ꝙ iudex† criminalis
incidenter de causa ciuili cognoscit, dummodo sit ac-
cessoria, etiá in eadẽ snia.l. Interdum. §. Qui furẽ.ff.de
fur.facir. not.decis. Alex.post Io. de Imo.in l. Diuus in
vlt.not.ff.de re iud.seq.Soz.consil.60.col.i.lib.4.vbi vo-
39 luit ꝙ accuso aliquẽ,† ꝙ testes falsos, pduxit, possum
incidenter petere, & cumulare ciuile iudicium, ꝙ retra-
ctetur snia lata prætextu falsorú testium. Et hinc dici
40 solet. ꝙ iudex† maleficiorum non debet nocentem rela
xare, nisi prius satisfecerit parti priuatæ. §. Oportet
enim.in Authẽ.vt iud.fin.quoquo suff. not.Bal.in con-
sil.497.Dubium.lib.2. optimè tradit Aymo. consil.14.
Procurator.colum.penul.

In glo.in ver.Calumniantium. Glo. benè declarat, &
est tex.in d.l.j.s̃.relatus.ff.ad Turpil.

In glo.vltima. Notat ex verbo (religiosissimus) ꝙ le-
41 ges faciunt quem† religiosum, cum sacræ sint.l.Leges
sacratissimæ. C.de legi. Ego religiosissimú hic appella-
42 ri puto.i.fidelissimú & diligentissimú† obseruatorẽ eo-
rú, quæ ad ipsas leges pertinent. Is enim religiosus dr̃
(vt inquit Cic.lib.2.de na.deo.) qui oía ea, quæ ad deo
rum cultum pertinent, diligenter ac fideliter tractat, &
43 quia ipsa iustitia olim† Dea putabatur) sine eá velimus
esse Themin, quæ ius fasq; apud Græcos erat, siue Di-
cen iudiciorú præsidem, vt est apud Eustachium,) me-
ritò sequitur obseruantissimos eius religiosissimos di-
ci posse.qua ratione & sacerdotes appellantur iurecon
sulti, qui quasi ipsius Iustitiæ oracula, responsa cęteris
hominibus præbent.l.i.in prin.ff.de Iusti.& in. ibi. Cu-
ius meritò quis nos sacerdotes appellat: quẽ locú ita
declarandum primus omnium Budæus & rectè tradi-
dit. Ad idem est tex.in l. Vnum ex familia. §.fi.ff.de.leg.
ii.ibi, Et idem princeps prouidentissimus, & vir reli-
giosissimus (loquitur de M.Imp.) licet ibi forte aliter
accipiendum sit: vide quæ dixi hoc in loco in Annot.

## §. QVORVM VTRANQVE VIAM.

1 *protestari.i, uehementer affirmare & palàm facere.*
2 *Laus non semper sordescit in ore proprio.*
3 *Commendare seipsum, dummodo id uerè fiat licet.*
4 *Declaratio ad tex. in l.obseruare.ff.de offi. Procon. & lega.*
5 *Facere qui tenetur aliquid, id facere debet omni diligẽtia & industria.*
6 *Effectus ubi inspicitur, non curamus de modo.*
7 *Factum non legitimè, non dicitur factum.*
8 *A Deo sunt omnia quæ facimus.*
9 *Iugum.i.imperium & potestas.*
10 *Innumerosum est quod numerari põt, sed ẽ multiplex.*
11 *Confusa sunt emendanda.*
12 *Inordinatum* } *in quo differant.*
23 *Confusum.* }
14 *Vigilare est studium, & diligentiam adhibere.*
15 *Barbari qui dicuntur.*
16 *Aphrica quas prouincias contineat.*
17 *Iterum qualiter ponatur, & quid importet.*
18 *Rursus, interpretatur secundùm subiectam materiã.*
19 *Promulgare* } *quo differant, & quid significent.*
20 *Componere.*

Diuide vt hic per Ang. Casus aliter figurari
nó debet, & hoc dicit in summa, Vtrunq;
assecutus est Iustinia. quod testant populi
ab eo deuicti, & leges latæ, p̃ferti. C.& ff.

In test. ibi, Protestantur. Ego libentius
legerem (testantur) quamuis hoc verbum in c.Eú qui.
1 de dolo & contu.lib.6. accipiatur† pro vehementer af-
firmare, & palàm facere, in quo etiam significatu pos-
set hic assumi.

2 Not. primò hic esse tex. contra illud, quod † dici so-
let, ꝙ laus in ore proprio sordescit, ná hic Imperator
laudat se ipsum amplissimis etiam verbis, quod (prin-
3 cipi præsertim) si id † verè fiat, licet Videm⁹ enim alias
Leuiti.xi.Deú ipsum dicentem, Sancti estote, quoniam
ego sanctus sum dominus Deus vester, & habetur in
c.Tenore.xxxi.distin.& in c.Ecce.xxiii.q.iiii. Augustin⁹
clamat cum propheta, Aequalia sumus vasa; loquens
de se & Paulo apostolo, Vide tñ in hac materia Hiero,
Cagno. in rub. ff. col.pen. nu.99. In hoc solùm aduer-
tendum

tēdū est q solēt ad hoc allegari duo iura, videlicet, tex.
in l.2.C.de his qui ve.ęta. impe.dum dicitur, q ij, qui
volūt veniā ætatis impetrare debent probare se annos.
20.natos esse:item mores,& probitatem, & vitę hone-
statem.qui tex.non facit in proposito, quia q̄uis ibi ido
neis testibus hæc probanda sint,non probantur procu-
randæ laudis causa,vt hic agimus, sed quia ita necessa-
rium est ad hoc, vt quis veniam ętatis impetrare pos-
sit. Exigit enim Imperator in cōcessione veniæ prædi-
ctæ mores,probitatem,honestatem, vt qui minor est na
tura,maior fiat priuilegio, hoc enim est impetrare ve-
niam ætatis.Solet allegari etiam ad hoc tex.in l. Obser-
uare.ff.de offi. Proconsul.dum dicit, q Proconsul ante
quam prouinciam ingrediatur,debet edictum de aduen
tu suo mittere, cōtinens cōmendationem aliquam sui.
4 quem locū ego intelligo de commendatione † ab offi-
cijs præstitis erga illā prouinciam, nō aliarum suarū lau
dum.Solet dici; q apud eos, qui te non nouerunt, laus
ipsa facilè permittitur. Hinc saluatur illud Virg.Sū pius
Aeneas,&c.Ange.tamen hic distinguit necessariam, vti-
lem,& voluntariam : quæ distinctio satis potest proce-
dere:circa quam nihil occurit addendum,ideo potes cū
ea transire,cum qua etiam transit Io.de Pla.hic.
5 Secundò not.secundū Ang.q † qn quis tenetur face-
re aliquid, debet facere illud omni ope, diligentia, &
industria:quod non benè elicitur ex hoc tex. quia q̄uis
Imperator dicat se ita fecisse, per hoc non sequitur; q
& nos in quacunq; re facere teneamur : pręsertim vbi
6 certus effectus aliquis inspiceretur,quo casu satis est,† q
sequatur ille effectus per quęcunq; modū,non enī tunc
curamus modum.l.3. C.de intli. & sub, satis enim est,
q legitimè & perfecte quid factum sit. Si enim nō esset
7 legitimè factum, † nō diceretur factum.l. Quoties.ff. q
satis cog.si verò effectus non esset certus & determina-
tunc quod hic not. verum esset. Pro posse enim facien
dum est,& ita facere sufficit.Clem.1.§.Porrò,& ibi Car
di.de iureiuran.
8 Tertiò not.q † ea,q̄ facimus,à Deo sunt omnia; ibi,
Annuente Deo,& ibi, A cęlesti numine. Nam (vt dictū
est suprà in rubr.proęmij) vbi Christus non est funda-
mentum,ibi nullius boni operis potest esse ædificium.
cap.Cum Paulus.1.q.1.
9 Quartò not.ibi,Sub iuga nostra, q † iugū ponitur p
imperio,& potestate, q̄uis i plurali numero nō legerim
in hoc significatu,vnde dictum est subiugare pro debel
lare.Id facilè ex Liuio colligi pōt lib.3.ab vrb. condi.
,, Sed vt exprimatur(inquit)tandem confessio, subactam
,, domitamq; esse gentem,sub iugum abituros, tribus ha
,, stis iugum fit,humi fixis duabus superq; eas vna deliga-
,, ta,sub hoc iugo Dictator equos misit, castris hostium
,, receptis plenis oīum rerum(nudos enim emiserat) prę
,, dam oēm suo tantum militi dedit,& Cic.In Ora.anteq;
iret in exilium,etiam iugū pro potestate accepit. Si om
,, nibus (inquit) graue seruitutis iugum esse debet in li-
bertate educatis. Vlterius not.est.etiam ex illis verbis,
iterū ditioni Romanæ nroq; additæ imperio,q pro eo-
dem posuit ditionem & imperium.Et quare dixerit di-
tionem populi Ro.& imperium nostrū,declarat Clau-
dius Canticuncula lib.2.de Offi.iud.c.6.in fi.
30 Quintò not.ibi,Innumerosa,q † innumerosum dr qd
multiplex est,quamuis numerari possit.Dixit enim innu-
merosas idest plurimas,qua ratione vsus est,etiā hoc ver
,, bo Plinius lib.10.cap.65.Ex omnibus(inquit,) quæ per
,, ctos fętus,vel tantos & innumeros edunt, super cuncta
est murium fętus:quo modo loquēdi vtitur etiam Im-
per.in §.Ius autem gentium.infrà de iu. na. gen. & ciui.
,, & alibi,in l.1.C.de lati.lib.toll.in prin. dicit. Cum igitur
,, multis modis, & penè innumerabilibus latinorum in-
troducta est conditio.& in Auth. de Instru.cau.& fid.in
,, prio.dixit,Quoniam igitur in his temporibus innume-
ras inuenimus falsitates,in quibus omnibus locis innu-
merabile,& innumerosum dicitur,;quod non facile nu-
merari potest.
Sextò not.ibi,Tam à nobis promulgatis, q̄ composi-
tis,q differunt promulgare, & cōponere. Promulgatas
enim dixit à se conditas,compositas in vnū redactas le-
ges,ab alijs editas.Est enim promulgare legem primum
in vulgus edere,vt dicetur in glo.ver.Promulgatis.
11 Septimò ibi,† Constitutiones antea cōfusas,&c.not.
est,q ea,quę confusa sunt,debent emendari & clarè po
ni sm Ang.hic Dicitur enim cōfusum,quod antè inordi
12 natum est,† vt est tex in §.Inordinatum. in Auth.de hæ
,, re.& fal. ibi, Inordinatum verò nihil, neq; confusum,
,, nec in his fieri volumus,vbi glo.dicit, q omne inordi-
13 natum est confusum,† sed non econuerso omne confu
sum est inordinatum. Attingam aliquid infra de re.diui.
in §.Si duorum.in 2.not.
Octauò ibi,Opus desperatum, hoc intelligitur prop
ter Iulium Cæsa.qui(authore Tranquillo) cogitauit de
iure ciuili in vnum redigendo,& Cice.de seipso in per-
sona Crassi,quod qua ratione fieri posset, satis ostendit
lib.1.de Orat.Vide quæ dixi hic in Anno.
In glo.Cum summis vigilijs.Glo.hic videtur referre
viglias ad leges, prouidentiam ad arma, vt in glo. seq.
quod est falsum,vt optimè aduertit hic Ang.Nam & in
bello,& in legibus ferendis,& vigilantia, & prouiden-
tia summè necessaria sunt, vt dicit idem Ang. qui alle-
gat ad hoc, q tempore belli requiratur vigilia tex.in l.
Qui excubias.in princ.ff.de re mili.Sed in primis aduer-
tendum est, q Imper.non intelligit vigilias simpliciter
pro ipsa traductione noctium sine somno, vt verbū so-
nat,sed per traslationem,videlicet, summa diligentia.
14 †Est enim vigilare(vt Seruius inquit)studium & diligen
tiam adhibere:Quæ vigilanda viris,&c.Virg. lib. primo
Georg.vt etiā suprà diximus,quę diligentia,industria,&
vigilantia est illa,quę in Imperatore requiritur,vt paret
,, ex his,quæ Cic.dixit pro lege Mani. Non.n. (inquit) il-
,, læ sunt solę virtutes Imperatoriæ, quę vulgò existima-
,, tur,labor in negocijs, fortitudo in periculis, industria
,, in agendo,celeritas in conficiendo, consilium in proui
dendo.Vnde ille tex.qui loquitur de excubijs in d.l.Qui
excubias.non loquitur in proposito. Quis enim nescit
uigilias i exercitu summè necessarias forę? Et ita debet
intelligi tex.in l.Officium.§.fi.eo.tit.ff.de re mili. ibi, Vi-
gilias circumire. Melius probatur in d.l.2.§.In Sardinia.
C.de offi.præfe.prętorio.Afri.
Quod autem dicit glo. quòd ius ciuile vigilantibus
non dormientibus scriptum est,declara, vt dixi suprà in
rubrica proęmij in glo.fi.
18 In glo.Barbaricę.Declarat glo.† qui barbari appellen
tur, qui extra Ro.imperium,& præsertim hostes. Dice-
bam alias hic, q barbaricę gentes hoc in loco apellan-
tur indomitæ & incultæ, & quę sub imperio Romano
non erant prius. Huius enim nominis diuersæ fuerunt
significationes sm etiam temporum diuersitatem, nam
& Romani illi prisci dicti sunt barbari:qd orator Philip
pi Regis eis obijciebat,vt scribit Liuius li.32.& Plautus
pluries linguā Latinam barbaram appellat vt in Trinū.

Nam nomen Grecæ huic est Thesauro fabulæ,
Philemon scripsit,Plautus vortit barbarè.

Et in prologo Asina.

Demophilus scripsit,Marcus uortit barbarè.i.latinè.

Angescente postea imperio dicti sunt barbari omnes
preter Gręcos,& Romanos. Sub recentioribus Impera
toribus barbari appellati sunt, qui extra Romanū impe
rium erant,quod ex Ammiano Marcellino docet excel-
lētissi. Alciatus in titu.C.de pala.sacra.largi.lib.12. & ita
intelligitur hic tex.& l.3.C.de ser.fugi.&.l.2.C.de com-
mer.&

mer.& merca.Si quis tñ velit originem huius dictionis, & eius plures significationes videre, videat Strabonem lib. 14. Eius hæc verba sunt: Ergo arbitror ab initio ,, confictio nomine eos barbaros appellatos,qui difficul- ,, ter, asperè, ac duriter loquerentur, vt blesos balbosq; ,, dicimus.Sumus enim ad confingenda cognata rebus no ,, mina ingeniosi,qualia apud nos permulta sunt, vt mur- ,, mur, clangor,strepitus, vox, crepitus, quorum pluri- ,, ma iam propriè proferuntur. Omnes itaq; qui crassè ,, loquuntur, barbari dicuntur, quales sunt nationes omnes præter Græcos,& quæ sequuntur.

In glo.tam Africa.Dicit, q̃ sub Africa multæ prouin-
16 ciæ continentur,quas tñ non exprimit: eas videre poteris in l.1.C.de offi.præfe.præto.afri. vers.Et ab ea auxiliante Deo,vbi septem narrat,& apud Pli.lib. 5.cap.3.& apud Salu.de bello Iugur.in prin.& latè apud Strabo.

In glo.Prouinciæ in fi.Dicit,q̃ dictio iterum ostendit q̃ aliàs fuerant sub Ro.imperio: quod est indubitatum his,qui Liuium legerit, & Historicos, & constat ex l.1. C.de offi.præfe.præto.afr.vbi dr̃, q̃ centum, & quinque annis desciuerat à Ro.imperio,& fuerat à Vandalis,oc-
17 cupata Ex qua glo. Ang.& alij hic notant,q̃ dictio(iterum) variè ponitur,& refert Ang. duplicem Bal. distinctionẽ in l.Veluti.§.Hæc vox.ff.de ede. videlicet, q̃ aut dictio iterum,ponitur à lege, & ponitur pro sæpe, aut ab homine, & ponitur pro bis: vel q̃ dicatur, q̃ aut ex reiteratione actus infertur patti non gramen,& accipitur pro bis,aut non infertur,& tũc siue à l. siue ab hoĩe prolata sit,ponitur pro sæpe.Ange. tñ putat, q̃ de proprio significatu importet bis,de largo,& improprio plu ries.d.§.Hęc vox.Dic contrariũ; oĩa hęc dictio (iterum) de sui propria natura importat idẽ, quod rursus, & denuo apud Latinos,& optimè colligit ex tex.i d.l.Veluti, in fi. ff. de eden. & in l. Si finita. in prin.ff. de dam. infe. vbi glo.in l.Oratione. ff. de ferijs.in l. Cùm antiquitas. C.de testa.in l 3.§.c.ff.de arb.quamuis etiam & propriè ,, importet secundò,vt Cice.de Inuentio. primò quidem ,, decipi commodum,est,iterum stultum, tertiò turpe.& dicitur iterum cooful, & iterum, tertiùm, & sæpius in legibus inuenitur,vt habetur in l.1.C.ne lic. tertiò pro- uo.in l.Siquis.C.de preci.Impera. offi. sed variatur eius significatũ & contrahitur secũdum subiectã materiam,
18 vt est † ẽt in dictione rursus,in l. Fidei cõmissa.§.Si quis 10 ff. de leg.3.Quod enim rursus præstandum mãdauit testator, ideo solùm secunda vice soluitur, ne in infinitum grauetur hæres cõtra regulam.l.Nummis.ff.eo.tit. & sic quoties aliqua ratione suadetur, q̃ restringatur ad secundã vicem,restringitur, vel ex qualitate verborum adiunctorum,vt in d.l.1.C. ne lic.tertiò prouo.vt puta, si dicatur,iterum & sæpius:non enim tunc restringitur ad binum actum,sed toties quoties opus esset.laso. in l. Prętor ait.§.Prętor ait.nu 2.ff.de eden.Et si data sit arbitris potestas prorogandi semel & iterum, restringitur ad duas vices,Bal.in cap.Sua nobis.in fi.de app.quẽ.seq. Deci.ibi.col.2.in glo.j.& Alex.in l.Qui bona.§. fin. ff.de dam.infec. 30

In glo.in verbo,Promulgatis.Duobus modis exponit gl.differentiam inter promulgare,& condere. Io. Fa.
19 Io.de Pla.& Ang.hic dicunt, q̃ † promulgare est de nouo inuenire,†cõponere iã inuẽta in melius reformare: vnde in cõponendo socius, i promulgando solus:quod dicunt not. pro statutis, quæ propriè debent intelligi. Aduertatis,vt dixi in not.q̃ promulgari lex propriè dicitur,quando primùm in vulgus editur.Cic.ad Q. Fra.li.a ,, Cato legem promulgauit de imperio Lentuli abrogando. Liuius lib. j. belli Macedo.Isq; rogationem promulgauit, vellenti iuberent Philippo Regi Macedonibus q; &c. bellum indici.Componere verò ambo æquè propriè significat.s.in vnum redigere ab alijs facta,vt in l.2. ff.de ori.iur.ibi, Sed q̃ leges sine ordine latas in vnum ,, composuit.Et etiam primo inuenire, & facere,vt in d.l. 2.Iurisconsultus accipit,componere genera agendi, &. componere actiones: sicut dicimus componere historiam,poemata.

In glo.Consonantiam.Dic q̃ est melior tex. in l.j. C. de emen.co.Iusti.§.Supradictis. & in l.Meminimus. C. de legi.hære.aliæ.glo.claræ sunt.

§. CVMQVE HOC.

1 *Tribonianus & eius mores ex Suida.*
2 *Fabulæ quæ olim tradebantur iuuenibus.*
3 *Obtinere quid.*
4 *Argumenta quid.*
5 *Officijs duob.vel plurib.qs fungi potest,& quando.*
6 *Tex.in l.Duumuirum.C.de decu.lib.10.declaratur.*
7 *Tex.in l.Hac parte.C.de pxi.sacro.scri.li.11.declaratur.*
8 *Doctor exercẽs officiũ tabellionatus amittit doctoratũ*
*Officio duplici quis fungi potest in ijs, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis.*
9 *Officijs duobus compatibilibus fungens debet habere duplex salarium.*
10 *Officia si sint incompatibilia quò ad exercitium,potest quis vno durante eligi ad aliud.*
*Officia ad duo electus potest eligere quem velit, & si ambo acceptat, primi duntaxat salarii consequitur.*
11 *Negationes duæ affirmant.*
12 *Peritus debet quis esse in ea re,quæ ei committitur,& in tota,non in parte.*
13 *Medicis chirurgis tantùm statur de vulnere,etiam, q̃ non sint physici, etiam quòd non sint doctorati, sed tantùm practici*
14 *Medicis physicis & chirurgis discordantibus statur de vulnere chirurgi.*
15 *Scientia } Fides } exigitur in ijs,quib.aliqua res committitur. Solertia }*
16 *Vnicus actus nõ facit quem reputari talem, puta, doctum,scientem,fidelem sed multa exiguntur.*
17 *Negotiator } qs nõ dicitur ex vna tantũ negociatione.*
18 *Mercator }*
19 *Leges condere potest delegari,si specialiter fiat, & quo modo dicatur specialiter delegari.*
20 *Delegari.*
21 *Error iurisconsulti in l.2.§.Postea ne diutius.ff.de ori. gi.iur.*
22 *Specialiter } Expressim } idem significant.*
*Delegare non possunt ius statuendi leges qui illud habent ratione officij,puta iudices.*
23 *Doctorum opiniones sunt probabiles,non necessariæ.*
24 *Doceri debet quod prosit animæ,& corpori.*
25 *Exquæstor quis dicatur.*
26 *Administratione deposita retinetur dignitas.*
27 *Quæstores qui & quot.*
28 *Quæstores hodie susceptores,& opinatores.*
29 *Opinatores qui.*
30 *Negationes duæ affirmant.& quare,& quando.*
31 *Negatiua quodcunq; inuenit destruit.*
32 *Negatiua tres negant.*
33 *Dignitatum ordines quot,& quales.*
34 *Antecessores qui dicerentur.*

Solers

35 *Soleris quis dicatur.*
36 *Præsumimus ex præterito in præsens.*
37 *Vidua fornicatrix p̃ſumitur idẽ feciſſe marito uiuẽte.*
38 *Periurus ſemel nõ admittitur amplius ad iuramentũ.*
*Præſumitur quis quò ad qualitatem in futurum, ſicut fuit in præteritum.*
39 *Argumentum appellatum indicium.*
40 *Accipere ideſt cognoſcere, & intelligere.*
41 *Mando eſt uerbũ precarium, & differt à uerbo iubeo, & præcipio.*
42 *Suadere eſt uerbum medium, & accipi poteſt tam in bonam, quam in malam partem, & regulatur a ſubiecta materia.*
43 *Institutiones unde dictæ.*
44 *Cunabula ideſt initia.*

Diuide, vt hic per Ang. Caſus non figuratur. Peracta primi. C. & ff. compilatione mandauit Inſtitutiones componi, vt principia huius ſcientię auſpicarentur à legibus imperialibus: quod antè non niſi poſt quadriennium licebat. h.d.

Item tex. ibi, Triboniano viro magnifico, &c. Quamuis Tribonianus ſæpe numero a Iuſtiniano, imò potius à ſeipſo laudetur in legibus, cum Iuſtinianus analphabetus omnium literarũ penitus ignarus fuerit (vt quidam voluerunt) quod ego probare non auſim, tñ placuit referre ea, quę de ipſo Suidas refert, cuius verba Alciatus
1 & Budæus interpretantur. Ea ſunt † eiuſmodi: Tribonianus Grecus omnis religionis contemptor, & præſertim à Chriſtiana fide abhorrens, adulator, & fraudulentus, perſuaſit Iuſtiniano Imperatori ſore, vt is nunq̃ moreretur, ſed in cęlũ cũ carne aſſumeretur. Quæſtor fuit Iuſtiniani, hic tantum naturæ dotibus ingenioq́; pollebat vt ſuæ ætatis nemini ſecundus eſſet: auaritiæ autem eò vſq; deditus erat, vt ius & fas veniale haberet: nã & ſingulis diebus, & leges ſerebat, & latas reuocabat, prout indigentium vſus, à quibus pecuniam acceperat, poſtulare videretur. Cum diu poſt adeptum honorem ſuperuixiſſet, morbo tñ deceſſit, ab aliquo nulla prorſus affectus iniuria, q̃ videlicet, ſermone comi, blandoq́; erat; & auaritiæ morbum doctrinæ præſtantia celabat. Parũ his adſimilia de eodem Triboniano ſcribit Procopius lib. 1. belli Perſi. quæ nonnulli Ioanni magis tribuunt.

In tex. ibi, Exquæſtori, declarabamus in glo. in verſi. Exquæſtori.

In tex. ibi, Anteceſſoribus, declarabimus in glo. in ver. Anteceſſoribus.

In tex. ibi, Non antiquis fabulis diſcere: non diſplicet intellectus horum verborũ traditus per Ferrarium,
2 vt ex hoc loco cõijci poſſit antiquas fabulas † appellaſſe prima illa exercitamenta iuuenum in hac legali ſcientia: cùm præceptores ipſi ſpecies, & caſus proponerent fabuloſos, vt hac dulcedine illecti iuuenes facilè difficiliora legum cunabula addiſcerent: ſicuti hoc fieri ſolere in oratoria, quæ cognata eſt huic legali ſcientię teſtatur Quintilia. lib. 3. tñ alia videtur fuiſſe mens compilatorum, vt clarè hic exprimit Theophilus, dum inquit, Quò adoleſcentibus liceret prima iuris incunabula, exordiaque, non ab antiquis fabulis diſcere, nã q̃ ea legunt, quæ olim obtinebant, & nunc ab vſu reiecta ſunt, ſimiles vidẽtur his, qui in fabulas incidere. Poſſet, & de adulterina illa doctrina intelligi, quam antea tradi ſolitam eſſe dicit Iuſtinia. in. §. Hæc aũt tria, in proę. ff.

In tex. ibi, Sed quod in ipſis rerum obtinet argumentis accipiant. Pollicetur his verbis Imperator ſe ita legum cunabula iuuenibus traditurum, vt nihil diſcen-
3 dum ſit ſuperfluum, aut inutile, cùm ea, quæ † tradentur, obtinent. i. ſeruentur in ipſis argumentis rerum. i. in ipſis caſibus & ſpeciebus. Ira enim exponenda ſunt hæc verba: nã obtinere hoc in loco ſeruari eſt, vt in hoc eod. proę. ibi, In quibus breuiter expoſitũ eſt, & quod antea obtinebat, & quod poſtea deſuetudine inumbratũ, &c.
4 Argumenta autem † propoſitas ſpecies appellat iuxta declarationem Quintilia. lib. 5. cap. 10. Pro experientia tñ accepit hoc in loco Theophilus, dũ inquit, Sed quod in ipſa rerum obtinet experientia addiſcerent: quod ferè in idem recidit.

In tex. ibi, Et quod in priori tempore vix poſt quadriennum contingebat, vt tunc conſtitutiones imperatorias legerent. Nã ſecundum præcepta Iuſtinia. in proę. ff. §. Duabus alijs partibus, quinto anno ſcholares incipiebant primi. C. conſtitutiones legere, quo anno prolytæ appellantur, nunc verò principium huius ſcientiæ auſpicantur ab his Inſtitutionibus ab imperatore conditis, & promulgatis, ita vt mirandum ſit quid hic Theophilus ſenſerit, dum dixit, Vix poſt trium annorum tempora iuri operam dantibus contingebat.

In tex. ibi, Tantaq́; reperti fęlicitate, ego potius legerem reperta: Theophilus (aſſecuti) dixit, & melius. Legi poteſt, & repleti.
5 Not. ibi, Magiſtro, & Exquæſtori ſacri palatij, q̃ † quis duobus officijs eodẽ tempore fungi poteſt. l. Ille a quo. §. Tempeſtiuum. ff. ad Treb. in qua. q. quia materia eſt ſatis latè tractata p̃ Bar. & alios in l. Si conſul. ff. de adop. & in cap. 3. de proba. vbi præceptor meus Decius poſt alios, dicatis, q̃ ſi officia ſunt inuicem incompatibilia, quis duplici officio fungi non põt: ſi ſe inuicem cõpatiuntur, vt hic, poteſt nõ ſolùm duobus, ſed etiam pluribus eodem tempore fungi: ita concludunt Abb. & alij in d. cap. 3. Si ergo ſe non cõpatiantur propter diuerſitatem loci, in quibus reſidere teneatur. l. Libertus. §. Pręſcripto ff. ad muni. cap. De multa. de præbẽ. Siue quia lex prohibeat illa duo officia in vnam perſonam concurrere, vt in l. Hac parte. C. de proxi. ſacro. ſcri. lib. 12. vtroq; caſu dicuntur incompatibilia, & ideo propter impoſſibilitatem dicit Bar. in l. Duo virum. C. de decurio. lib. 10. q̃ magiſtratus municipalis, puta, antiani, vel priores nõ poſſunt habere officium extra ciuitatẽ durante primo, cum teneantur reſidere in ciuitate, quod decidit Bart. per illum tex. ibi, qui non probat hoc, nam extollere poteſtatem faſcium ponitur ibi pro exercere, & ſic ſignificat, quòd non poteſt excercere ſuam poteſtatem, aut deferre inſignia poteſtatis ſuę extrà ſuam iuriſdictionẽ,
6 & ita intelligas illum tex. quia Bar. non † benè intellexit, & qui eum ſequuti ſunt: Et obiter etiam aduertatis ad
7 tex. in d. l. Hac parte, † q̃ ibi verbum (antiquarius) accipitur pro eo, qui principibus antiquas res ſuggerit, puta, iura, mandata, & leges. Iuuena. Sayt. 6.

Ignotosq́; mihi tenet antiquaria verſus.

Hinc etiam inſerebat Bar. in l. Vniuerſos. C. de decu. lib. 10. poſt glo. ibi, q̃ ratione dignitatis quis duplici officio fungi prohibetur, puta, Doctor non poteſt exercecere officium tabellionis, alias amittit doctoratum: de quo videnda eſſent, quæ ponit. D. Bonus in tracta. Nobilitat. in 3. par. nume. 141. In his tamen, quę ſunt voluntarię iuriſdictionis quis duplici officio fungi poteſt, vt tradit Cor. conſi. 200. litera. g. lib. 1. conſi. 89 litera. b. li. 2 Quando tamen poteſt fungi duobus officijs, debet habere ſalarium vtriusq;. §. Illud. vbi Ange. in Authen. vt iud. ſine quoquo ſuffr. not. Bal. in d. l. Si Cõſul. Rom. conſil. 25. Deci. in cap. Ex literis. num. 18. de prob. & quando prohibitũ eſt duobus fungi, põt vno durante eligi ad aliud, ſed non adminiſtrare, vt dicunt Io. de Pla. & Ang. in. §. Furioſus. infrà q̃ da. tuto. poſſ. ſeq. Dec. conſi. 140. Vi

Viſo

ſo col.3.verſi.3.principaliter in fauorem ſer Bartholomei. Et in omnibus caſibus, in quibus, quis duplici officio fungi non poteſt,eſt in eius electiooe eligere ,& retinere quod vult ſecundum Bar. in l. Si quidem. C. qui mili.non poſſ.lib.12.Dec.io.c. Ex literis. col. pen.veſi.Et in caſibus, & ita alias vidi coofultũ per celebrem Doct. d. Aotonium Malegõnellam.& ita ego alias decidi:ꝙ ſi ambo acceptaret,primi tantũ ſalarium cõſequitur, Bar. in.l.1.C.de præpo.agen.in rub.lib.12.Deci.vbi ſupra.

11 Secundò not.ibi.Necnoo Theophilo.&c.ꝙ † duæ oegationes affirmant, & ponuotur pro copula: de quo dicetur io glo.in ver.Necnon.

12 Tertiò not.Ang.ꝙ quaodo† aliquid cõmittitur faciendũ alicui,ille debet eſſe peritus io ea re,quę ei cõmittitur,& totius artis,non partis tantum,& fidelis. Ex quo infert ad q.de medico, cui committitur a iudice relatio an vulnus ſit mortale:nam debet eſſe peritus io tota arte,non in parte,ſecũdum eum,& ſic oon ſufficit ipſum eſſe chirurgum,ſed oportet eſſe etiam phyſicum.Dicacatis primò,ꝙ hoc nõ poteſt colligi ex hoc tex.qnia Ange.dũ volt hoc elici ex illis verbis,Quorum oium, &c. oon iotelligit dictionem(omniom ,) ad quæ referatur, nã refertur ad illos tres iuriſconſul Tribonianũ.ſ.Theophilum,& Dorotheum,quorum omniũ & fidẽ diligen-

ſter,vel vt filius.Declara miniſter ideſt practica quędam
9 ad actum deducta,† cuius iuris miniſtri poſtea ſunt ma-
giſtratus,qui ius reddunt l.2. §. Poſt originem.ff.de origi
iur.& ita reſpondendum eſt ad illum tex. ſi de eo oppo
natur contra glo.vt faciunt Hiſpani hic , quorum ſolu-
tiones ſatis frigent.

In glo.ea.ibi,Sed quare.Quærit glo.& tripliciter ſol.
uit quare.ſ.in tex.non diffiniatur ius,cùm de eo in rubri
ca propoſuerit dicendum : reſpondet,ꝙ aut ne tantùm
grauarentur iuuenes, aut quòd hoc plerunque accidat,
rubricam eſſe generaliorem nigro,aut ꝙ diffiniatur. in-
frà eo.§.Iuris præcepta.

Circa primam,hæc ab omnibus damnatur,& meritò
10 nam non debent gratia iuuenum omitti, † quæ clario-
rem præſtant intelligentiam, vt ſolent facere diffinitio-
oes.& deriuationes,quę videntur & vtiles,& neceſſarię
l.1.ff.de iuſti.& iur.in prin.l.1.ff.de ori.iur.& ait. Cic.lib.
1.de Offic.immo coniuncta diſiungi ſolent , & de vtriſ-
que loqui gratia iuuenum.§.1.infrà de lega.

Circa ſecundam, ꝙ alias hoc factum ſit,vt C.de reli-
gio.&c.videlicet,vt rubrica ſit gñralior nigro,dicatis,vt
alias diximus,ꝙ illa pars rubricæ fuit addita,quãdo fuit
addita conſtitutio illa Græca de aleæ luſu, & cõtrà alea
tores.Antè enim nõ erãt illa verba in rubrica, quę nunc
pp illam conſtitutionẽ benè procedũt.Mihi placet iſta
ſolutio glo.ſi aliter declaretur,vt.ſ.non inconueniat , ꝙ
in rubrica ponatur de aliquo , quod non diffiniatur in
titulo,& ĩ nigro, dummodò de eo loquatur ille titulus.
Nam videmus hoc paſſim accidere,non ſolùm.in ff.ſed
etiam in hoc libro,in quo paucę admodum ſunt diffini
tiones eorum,quę in rubrica continentur , & tamen in
his titulis de materia illa tractatur:ſic in hoc loco cùm
inferius tractetur de iure à §. Iuris præcepta.vſq; in fin.
rubrica dãnari non poteſt,quãuis in hoc titulo ius non
diffiniatur.Sed ſi volumus quærere, quare hoc ſit omiſ-
ſum, dici poſſet, ꝙ cùm hic diffiniatur iuſtitia , vt eſt in
actu, cùm dicatur voluntas , quæ facti eſt d. l. Conſilio,
ipſa iuſtitia in actu parũ aut nihil effectu differt ab ipſo
iure,& ideo eſt,ꝙ in ipſa diffinitione ponitur ipſum ius
quod dicebat Fortu.in l.1.in princ.ff.eod. Sed non ſatis
facit,quia cum ius dicatur ars boni & ęqui, & ſic colle-
ctio ipſa pręceptorũ boni, & ęqui :ergo differt à volun
tate ius tribuendi, pręterea cùm voluntas tribuendi ſit
iuſtitia,ius aũt ſit quod tribuitur,vr̃ eſſe differentia.Di-
catis ergo eſſe omiſſum eadem ratione , qua in ſingulis
titulis materiarum ſunt omiſſę diffinitiones,vt ſup.dice
bam:Eſt enim opus hoc imperfectiſſimum, vt oſtende-
mus (Deo dante)in noſtris Annotationibus.

Super hac glo. quęrunt Doct. an rubrica generalior
nigro poſſit allegari ad deciſionẽ cauſarũ , & plura alia
quæ alibi opportunius videnda erũt,hoc.n.eſſet grauare
iuuene, non ponere iuris deſcriptionẽ, vt dicebat. Py.

Circa tertiã partẽ,ꝙ diffiniatur ius infrà in §.Iuris.gl.
remittit ſe ad ibi dicenda, & idẽ nos facere debemus.

IVSTITIA EST.

1 *Iuſtitia quid ſit.*
2 *Iudex non debet flecti paſſionibus ira,odio,aut amici-tia.*
3 *Perpetuum ideſt non interpolatum.*
4 *Acceptio perſonarum non eſt habenda,& qualiter in telligitur hac regula.*
*Nobiliores delinquentes debent grauius puniri.*
5 *Clauſula,Iuſtitiam faciat,an tantum cognitio, vel ẽt deciſio cenſeatur commiſſa , & quòd ea facit execu-torem mixtum.*
6 *Iuris prudentia quid ſit.*
7 *Superflua non dicitur enumeratio contrariorũ, quan-do ſuper vtroq; non datur doctrina.*
8 *Iuſtitia eſt iniuſtitiæ priuatio.*
9 *Iuſtitia diuina eſt inacceſſibilis.*
10 *Operam qui tenetur præſtare , non cenſetur præſtare, ſi à ſexta hora diei operatus eſt.*
11 *Parabolæ Chriſti,licèt ſint myſticæ,tamen quò ad mo-ralem intelligentiam ſemper debent eſſe iuſtæ.*
12 *Sua rei quilibet eſt moderator,& arbiter.*
13 *Punctus eſt loco copulæ.*
14 *Sacerdotes olim habebant tutelam iuris ciuilis.*

NOn ſummatur,cũ diffiniat,nec diuiditur,&
loco caſus (vt aliàs dicebam) põt dici , ꝙ
Imperator velut optimus legũ inſtitutor
ante oĩa ponit diffinitionẽ iuſtitiæ, vt ſcia
mus id,de quo tractatori ſumus iuxtà il-
» lud Cic.li.1.Off.Omnis,quę de aliqua re ſuſcipit,inſti-
» tutio debet à definitione ꝓficiſci,vt intelligat q d ſit de
quo diſputatur.Sumptus eſt locus hic ex l.Iuſtitia.ff.eo.
1 † Not.primò quid ſit iuſtitia , quam definitionem prius
poſuerat Vlpia.li.1.Regularum, vt habetur in l. Iuſtitia.
ff.eo.quam intelligas non de vniuerſali illa iuſtitia,quæ
oẽs in ſe virtutes continet,de qua Ariſt.lib.5. Ethicorũ,
ſed de ea particulari inſtitia,quę eſt vna virtutum , &
ſic de particulari illa iuſtitia,quę in ęqualitate ſecũdum
analogiã geometricam pro cuiuſq; dignitate in diſtribu
tiuis,in emendatiuis iuxta proportionẽ arithmeticã in-
telligitur,authore Ariſt.Hæc enim definitio vtranbi ꝓ-
portionẽ complectit,quicquid dixerit Rodulphus Agri-

cola De vniuersali aũt iustitia videtur intellexisse Cic.in
definitione relata per gl.1. Oportuit aũt hic definire iu
stitiam particularem, quia cùm simus in docenda scien
tia iuris ciuilis, de ea iustitia dicendum fuerat, pro qua
conseruanda leges introductæ sunt: fuerunt autem con
stitutæ potissimum leges (Cic.anthore) huiꝰ iustitiæ par
ticularis conseruandę gratia, vt certa sit viuendi discipli
„ na. Nam (vt idem Cic.inquit) Apud maiores nostros
„ fruendæ iustitiæ causa videntur olim benè morati Re-
„ ges constituti: nam cùm præmeretur initio multitudo
„ ab his, qui maiores opes habebãt, ad vnum aliquem cõ
„ fugebant virtute præstantem, qui cũ prohiberet iniuria
„ tenuiores, æquitate constituenda, summos cum infimis
„ pari iure retinebat, eademq; constituendarum legum
„ causa fuit, quæ Regũ fuerat. Differũt aũt inter se, quia
finis particularis iustitiæ est seruare æquitatem erga oẽs
priuatim quod etiam non bonus vir facere potest, dum
modo peritus sit iuris; Vniuersalis autem exigit non so-
lùm bonum virum, sed talem, qui omnes virtutes in se
complectatur.

2 Secundò not.ibi, Constans, ꝙ † iudex non debet mo
ueri passionibus, nec flecti debet ira, odio, precibus, aut
„ amicitia.c.Iudicet.3.q.7.ibi, Iudicet ille, qui ad pronun
„ ciandum nullo odio, nulla offensione, nulla leuitate du-
„ catur, & c.Quatuor.11.q.3.cum sit benè facit tex. ĩ l.Ob
seruandum.ff. de offi.præsi. ibi, Sed & in cognoscendo
„ neq; excandescere, &c. & hoc est, quod inquit Cic. in
Orat.pro Cecinna, eam.s.esse iustitiam, quæ neq; poten
tia frangi, neq; gratia inflecti, neq; pecunia corrũpi pos
sit. Quare olim prohibitum fuit ab Atheniensibus orato
ri, ne affectus moueret.

3 Tertiò not.ibi, Perpetua, ꝙ † iustitia debet esse volun
tas non solùm cõstans, sed quæ iusta sit perpetuò, & in
omnibus velit iustè agere, & sic continuata, nõ interpo
lata, vt dicimus perpetuam orationem, perpetuam fe-
brẽ, & huiusmodi, ita debes intelligere, nõ perpetuam,
vt aliqui hic intelligunt, de quo dicetur in gl. prout per
petuũ lacũ dixit Paulus in l.Via.§.1.ff.de ser.rusti. ꝓdio.

Quartò not.ibi, Ius suũ vnicuiq; &c. ꝙ iustitia passim
4 omnibus & æqualiter reddenda est, † nec personarum
„ acceptio habenda est, dicente Dño, Ita magnũ sicut par
„ uum iudicabis, nec erit apud te acceptio personarum
c.Nouit.§. Cæterùm.de iudi. & est regula In iudicijs.de
reg.iur.lib.6.quod declara quãtùm ad ciuilia absoluè,
& etiam quò ad criminalia, quò.s.ad correctionẽ, vt.s.
corrigantur, & puniãtur, sed in modo puniendi, & qua
litate pęnæ est differentia: quia nobilibus minor plerun
que pęna imponitur, ita est tex. in c. Qui contrà eccle-
siæ, vbi glo. 24. q. 1. l. Aut facta.§. Persona.ff.de pęnis.l.
Capitalium.§. fina. eo.tit.vbi glo. q̃uis ego semper soli-
tus sim nobiliores, & digniores in q̃ plurimis delictis
grauius punire per tex.in c.1.§.Iudices. vbi Bal.de pac.
iur.fir. Calca.in consil.1.colum.11.circa med.quia (vt in
quit Iuuenalis.)

Omne animi vitium tantò conspectius in se
Crimen habet, quantò maior qui peccat habetur.

Ad idem bonus tex.in l.Præsbyteri.in fi.C.de episco.
& cleri.

Quintò not.ibi, Tribuens, ꝙ iustitia tribuit, & sic est
in actu & administratione, nõ in habitu, & cognitione:
ex quo potest inferri ad illã q.an cõmissa causa iudici,
5 vt iustitiã faciat, † censeatur commissa tantum cognitio
an verò etiam decisio: dictum fuit Gemi. ĩ c. Quoniam,
de immu. eccle.lib.6.seq.Ias.qui alios refert ĩ l. Iustitia.
colũ.2.ff.eo.Decius in c.1.in primo not.de offi.dele.in c.
Significasti.in 2.not.eo.tit.Ias.in l.Causas. C.de transac.
Tamen potest dici, ꝙ illud procedat propter adiectum
verbum (faciat) quod actũ ipsum & tributionem, vt in
hoc tex.significat. Hoc tamen obiter dixisse volui, eam
clausulam, Iustitiam faciat: executorem mixtum facere.
Deci. consil.198.

6 Sextò not.† quid sit iurisprudentia: quam descriptio-
nem prius posuit Vlpia.in d.l. Iustitia. ff.eo. ex quo eli-
citus est iste tex.

7 Septimò not.ꝙ† enumeratio cõtrariorum, nisi super
vtroq; detur doctrina, nõ est superflua: quia cũ hic detur
solũ doctrina de iusto, ex quo intelligitur quid iniustũ
sit, non potest dici hic locus superfluus, quia dixit, Iusti
& iniusti sciẽtia: facit tex.in l.1.in prin.ff. eo. ibi. Aequũ
ab iniquo separantes, &c. pro quo no. facit tex. infra de
tute. in princi.ibi, Videamus igitur.

Antequã deueniamus ad glo. illud admonuisse volui.
8 Chrysippum olim dixisse iustitiã nihil aliud esse, † q̃ in
iustitiæ priuationẽ, vt refert Gellius lib.6.c.1. & ꝙ diffi-
nitio iuris prudentiæ, quam ponit hic Imperator, & iu-
risconsultus in d.l. Iustitia. est ferè diffinitio sapientiæ,
quã ponit Cic.li.2.Tuscu. & in lib.2.de Offi.in pn̄e.

In glo.prima. Dum primo loco dicit, ꝙ potest intelli
gi de iustitia diuina, & sic intelligendo litera plana est,
dicit Ang. nõ esse verosimile, ꝙ Imperator voluerit diffi-
nire iustitiam diuinam: & est verissimum, ꝙ hic humana
9 iustitia diffinitur, nõ autem diuina: cum illa † secũdũ Ori
genem li.3.c.3.in epist.ad Roma. sit penitus inaccessibi-
lis. Sed gl. opponit de parabola illa euangelij, ꝙ tm̃ da-
tum est mercenario in sero venięti, quantum in mane:
nam hoc contrà hanc nostram humanã iustitiam dicit
10 esse per tex.in l.2.ff.de ann.leg. vbi qui † operas diurnas
dare tenetur, si à sexta hora det, totius diei nomine tene
tur: quia opera non est integra: ad idem tex. in l.2.§. Cu
iusq;.ff.de verb. signi. vbi melior ac potior diei pars ea
præsumitur quò ad operas, quæ incipit diem, non quæ
finit. Minor ergo videtur opera vltimę partis diei, q̃ pri
mę per iura prędicta. Glo. dicit, ꝙ illud intelligitur my-
sticè, ꝙ.s. eodẽ modo habebit paradisum qui in vltimo
seculo nascetur, sicut ille, qui in primo decessit: & hoc
ẽm Doct. est, quia ecclesia nunq̃ redeũtibus claudit gre-
mium. Sed aduerte, quia ratio Docto. non conuenit ra-
tioni glo. quę loquitur de decedentibus in primo, vel
in vltimo seculo: sed benè cõueniret, quando illud intel
ligeretur, qñ quis redit ad Deum in vltima parte vitę,
quando antea à Deo ipso discesserat. q intellectꝰ melius
illi parabolę aptatur, quàm intellectus glo. Item aduer
11 te, ꝙ responsio glo. & Doct. non est bona, q̃a q̃uis † pa-
rabolæ Christi mysticè sint intelligendę, tñ quo ad mo-
ralem intelligentiam semper debent esse iustę. cap. Non
est peccatũ.§. His itaq;.6.distin. Vnde necesse est, ꝙ intel
ligamus ita hanc euangelij parabolã, vt ea iusta sit d.§.
His itaq;. Vnde Bart. & alij in l. Iustitia. ff eod. dicunt,
quòd illud fuit iustum, quia ita ab initio conuentum
12 erat. l. 1. §. Si conuenerit. ff. depo. & quilibet † rei
suę moderator est, & arbiter. l. In re mandata. C. manda.
& hęc est verissima ratio (vt alias diximus) nam cùm pri
mo venienti solutũ sit, quod ei debebatur, & ei tributũ
sit quod tribuendũ fuerat, iustè secum actũ est, nec po-
test conqueri d.§. Si conuertit. ꝙ si idẽ dederis secundo
venienti pro opera vnius horę, ex quò suum dat, & qđ
absq; illo prętextu poterat ei donare proculdubio ex
hac liberalitate nemo conqueri potest. d.l. In re manda-
ta. nec iudicia domini improbanda sunt.

In ea.glo.ibi, Vel dic ẽm Io. Glo. dicit intelligi posse
de fragili hominis iustitia: ẽm quẽ intellectum sunt abij
cienda illa verba (constans, & perpetua) cùm nihil sit in
homine tale, & septies in die cadat iustus, & nunquam
in eodem statu permaneat homo. d. Authẽ. de non alie.
§. Vt autem. cum vulg. Bar. & communiter Doct. dicunt,
ꝙ intelligitur de cõstantia, quę potest cadere in homi-
ne, & sic secundũ subiectam materiam, vnde dicunt non
esse necesse, ꝙ quis sit iustus, vt D. Petrus. Vos dicatis, ꝙ
hęc

hæc rñsio non est bona, quia uerè hic diffinit húana iustitia, & iustitia húana est cōstās & ꝑpetua volūtas &c. Vnde pondera, ꝙ dicit uolūtas cōstans & perpetua, nō aūt actus ipse: quia nec etiā hoies sunt perpetui. Refertur ergo constantia & perpetuitas ad voluntatem, non ad actum, vnde si voluntas vellet ad tempus rectè agere, non esset iusta voluntas, sed necesse est, vt perpetuò hoc velit: id quod declarat sanctus Doct. in. secunda secundæ. q. 58. ar. i. Et q̃uis homo aliquando ab ista voluntate decidat, dum abest, non est iustus: ꝙ si iterum eandem voluntatē induat, & velit rectè & iuste agere perpetuò, tunc iustus est, facit. tex. in c. Quid est hoc. 47. distin. c. Ferrū. ea. distin. Intelligas ergo, ꝙ ad hoc vt voluntas iusta sit in homine, & ꝙ in homine sit iustitia, requiritur, ꝙ sit perpetua & constans voluntas in eo ius suum vnicuiq; tribuendi: nec ille Petrus semper iustus fuit, si actum inspicimus, dum Iesum suum negauit: sed antè & post fuit iustus, quia habuit voluntatem constantem & perpetuam ius suum vnicuiq; tribuēdi, & non peccandi: & ita intelligas.

In glos. in verbo, Tribuens, ibi, Vel dic ius suum. i. hominis meritū. Dic, ꝙ glo. ita exposuit timore illius contrarii, ꝙ ius esset coæuum ipsi iustitiæ: quod non videbatur, cùm ius à iustitia deriuetur: de quo latè supra dictum est in rubrica, ideo non repeto. Intellige ergo simpliciter ius suum. i. quod ad eū spectat, & quod sibi conuenit, quamuis Aristo. vocet virtutem cuique sua tribuentem merita.

In glo. Notitia. Vterq; est nominatiuus, & coniungitur sine supletione per punctum, qui est loco copulæ,
23 glo. in l. Carbonianum. §. Duæ autem causæ, in ver. Molisi. ff. de Carbo. edic.

In ea. glo. ibi. Rñ. nō. Dic glo. & Doct. malè intelligere, quia cùm diffinitio iuris prudentię fuerit Vlpia. cuius tempore non erat aliqua consideratio eorum, quæ in illis titulus continebātur, cum nondum essent Christiani, tunc ille iurisconsultus non potuit de his intelligere: sed intellexit de illa parte iuris publici, quæ respi-
54 ciebat sacra & sacerdotes, ut patet in l. i. §. Huius studii. ff. eo. penes quos etiá olim erat tutela iuris ciuilis l. ii. §. Omnium tñ harum. ff. de ori. iur. penes. s. collegium Pontificum: de quo per Liuium lib. primo.

Cætera declara. vt hic per alios: parum enim aut nihil conferunt ad frugē, & aliqua ex his tacta superius declarabuntur in voce.

§. HIS IGITVR.

1 *Docēda sunt primò leuia etiā ex authoritate Quintilia.*
2 *Diffinitio demonstrat generaliter materiam rei quæ diffinitur.*
3 *Generaliter &c.*
4 *Diffinitio ostendit quiditatē & essentiā rei, et debet cōuerti cum suo diffinito.*
5 *Diffinitio est breuis & circūscripta explicatio rei, quæ diffinitur teste Cic.*
6 *Doctrina debet à generalib⁹ ad particularia proficisci.*
7 *Ordo in quacunq; re seruādus est, quia per illum cōfusio euitatur.*
8 *Docenda prius sunt faciliora.*
9 *Māgo tenetur de culpa, si equus domādus sibi locatus præcipitaretur, uel aliquod aliud damnū sentiret, qa prius doceretur difficilia.*
10 *Scientia quælibet & doctrina habet suam infantiam.*
11 *Docenda sunt quæ auditoribus conueniunt.*
12 *Via plana, non difficili, eundū est, non insolita, alias tenetur quis de damno.*
13 *Simplex quod dicatur.*
14 *Statutū, quòd positionibus simpliciter respondeatur, qualiter intelligitur.*
15 *Rudes non sunt multitudine rerum grauandi.*
16 *Rudes dicuntur noui & nondum firmi & culti.*
17 *Iurisconsultorum etiā antiquorū fuit error docere hanc legum scientiam minus expeditè ex Cic.*
18 *Maturè quid propriè significat & quòd aliquando pro celeriter.*
19 *Mutare consilium aut uoluntatem in alterius damnū non licet.*
20 *Variatio* } *sunt prohibita regulariter.*
21 *Inconstantia* }
22 *Variatio ubi permissa est aliqua causa, non permittitur, nisi semel.*
23 *Variatio ī testamētis ex parte testatoris admittitur, ex parte hæredis uel legatarij non.*
24 *Variatio in contractibus innominatis, & quando, & ex parte cuius detur, & quādo in cōtractibus noīatis.*
25 *Bursedij festinatio præpropera ex Tacito.*

Diuiditur iste tex. in duas partes: in prima ponit consiliū suum. primò leuia, deinde difficilia docendi: in secunda ponit rationem per locum ab inconuenienti: secunda ibi, Alioquin.

Primò leuia, deinde difficilia sunt docenda. h. d.

Casus literaliter figurandus: Cùm posita sit diffinitio iurisprudentiæ, quæsitum est, quo ordine ad eam consequendā & adipiscendam sit procedendum: & respondetur, ut in tex. Nec positio casus alias posita mihi placet, cū l. proœmio. ff. §. Discipulis traditū sit primo anno ante oia vidēdas esse has Institutiones: vnde ille ordo nullā potuit quærendi materiā hoc in loco præbere: sed lo co casus libuit hic addere quę Quintil. tradit in proœmio. viii. lib. His (inquit) ferè quæ in proximos quinq; libros collata sunt, rē inueniendi, atq; inuenta disponendi cōtinere, quā ut priores numeros penitus cognoscere ad summam scientię necessarium est, ita incipientibus, breuius ac simplicius tradi magis conuenit. Aut enim difficultate Institutionis tā numerosæ atq; iperplexę deterreri solent, aut eo tēpore quo præcipuę colenda ingenia atq; indulgētia quadā nutrienda sunt, asperiorum tractatu rerum atterunt, aut si hæc sola didicerint, satis se ad eloquentiam instructos arbitrantur, aut quasi ad certas dicendi leges allegati conatum oēm reformidant, vnde existimant accidisse, ut qui diligentissimi artium scriptores extiterunt, ab eloquentia longissimè fuerint: Via tñ est opus incipientibus, sed ea plana, & cū ad ingrediendū, tum ad demonstrandū expedita. Eligat itaq; peritus ille præceptor ex omnibus optima, & tradat ea demum in præsentia quæ placēt, remota refutandi cætera mora (sequuntur enim discipuli quò duxeris,) mox cū robore discendi crescet etiam eruditio, iidē primò solū iter credat esse, in quod inducent, mox illud cognitum etiā optimū. Itaq; in toto artis huiusce tractatu difficilius est, iudicare quid doceas, q̃ cùm iudicaris docere: & quæ sequuntur. Quæ verba Fabii si ab iis qui prima hæc legum elementa docent, expenderentur, ut hæc quoq;, quę scripsit Tribonianus, non tam retardarentur iuuenum ingenia.

Not. primò ꝙ ea, quæ per definitiones cognoscunt, dicuntur cognosci generaliter: nā hic dicitur, his generaliter cognitis &c. s. iustitia & iurisprudentia. Sed contra hoc opp. diffinitio ostendit sm philosophos quiditatē & essentiam rei, ita ut debeat cum suo diffinito cōuerti. l. j. ff. de dolo. §. j. l. Mortis causa capi. ff. de dona. cau

sa mor.l. Quintus la ii.§. Cui aurum.ff. de an.& ar.lega.
vnde non potest dici cognitum generaliter illud, cuius
quiditas & essentia cognita sunt,& cuius genus & dif-
ferentias cognoscimus,vt declarat Bar. in l.i.col.i.ff.de
testa. Rñ.ꝙ ipsa res diffinita benè cognoscitur quid sit
per diffinitionē, sed materiam ipsam ipsius rei diffinitæ
non dicimur cognoscere,nisi generaliter:nã visa diffini
tione testamẽti intelligimus quid propriè sit testamen-
tum:sed quis testari possit,quo ordine,& alia ad testa-
mentorum materiam pertinentia non dignoscũtur ali-
ter per difinitionem, ꝙ ideo illa materia potest dici ge
5 neraliter cognita.Cùm enim diffiniti† onihil aliud sit,q̃
breuis & circũscripta explicatio rei,quã definite uolu-
mus,vt testatur Cice.lib.i.de Orat.per eam non potest
haberi, nisi generalis quędã cognitio rei diffinitę. Vel
aliter hic non dicitur, Is generaliter cognitis,respectu
alicuius materiæ,sed indifferenter & simpliciter : vnde
huiusmodi notabile non videtur benè sumi.
6 Secundò not.ibi, Generaliter. &c. ꝙ doctrina† debet
procedere à generalibus ad specialia : quod vtinã factũ
esset à Iustiniano & aliis in compilatione Pandectarũ,
in quibus necesse nobis est ex particularibus & specia
libus decisionibus ascẽdere ad generalia & rationes &
regulas,quę ex Iuribus, quæ sunt,solẽt fieri.l.i.ff.de reg.
iu.cùm totum contrarium faciendum fuisset,vt docet
Cic.i.lib.de Orat.
7 Tertiò not.ibi,Primò leui,ꝙ † in quacunq; re seruan-
dus est ordo: quia per eum confusio euitatur.§. Inordi-
natum.in Auth.de hęre.& fal.
8 Quartò not.ibi, Primò leui ac simplici † via,ꝙ à faci-
lioribus est inchoandum : Gradatim.n. procedendũ est
9 ad rerum cognitionem:Ex quo inferri posset ꝙ ille,qui
conducit equũ docendum,si primò difficilia doceret &
equus propter hoc pręcipitaretur,aut aliquid aliud pa
teretur,teneretur conducens,& docens,quia primò le-
nia,deinde difficilia docẽda sunt:facit doctri. Ang.in l.
Imperator.ff.de appella. Lacte primũ, mox solido cibo
dixit Paulus apostolus loquens de doctrina Christi,&
hoc idem attigit Imperator in l.ii.C.de vere.iur.enucl.
,, §.Sed cùm prospeximus.dũ committit compilationem
,, harum Institutionum.Inquit enim, Sed cùm prospexi-
,, mus,ꝙ ad portandã tantam sapientię molem non sunt
,, idonei homines rudes,& qui in primis legum vestibu-
,, lis stant,& intrare arcana eorum properant, & aliã me
,, diocrem eruditionẽ properandam esse cẽsemus,vt sub
,, ea colorati,& quasi primitiis omnium imbuti, possint
,, ad penetralia eorum intrare,& formã legum pulcherri
mam non conniuentibus oculis accipere,ideo Tribonia
no &c.& Cic.lib.i.Offic. etiã voluit in oibus negotiis,
prius q̃ rem aggrediamur, adhibẽdam esse diligentem
præparationẽ. vt animaduertatur quãta illa res sit, quã
efficere velim⁹,ne ue maior,nè ue minor cura suscipia
10 tur & opera,q̃ negociũ postulet.Habent† quælibet do-
ctrinæ suam infantiã : quod expressit Imperator in pro-
,, œmio. ff.§ i.Itaq; proculdubio quidem necesse est Insti
,, tutiones in omnibus studiis primum sibi uendicare lo
,, cum,vtpotè prima vestigia cuiusq; scientiæ mediocri-
ter tradentes. A minimis enim inchoandum est,ut ad
maiora preueniamus.§.Hæc quæ de charitate. de pœ-
niten. distin. ii.
11 Quintò not.ꝙ ea docẽda† sunt,quæ auditoribus con
ueniunt: benè facit tex.in c.Oportet. viii.q.i.cuius uer-
ba sunt Oportet enim,qui docet,esse talem,ut pro inge
,, nio discẽtiũ semetipsum possit aptare, & verbi ordinẽ
,, pro audientis capacitate dirigere.ad idẽ tex.in c.Sit re
ctor.xliii.distin.§ Prouidendum quoq;.Non enim quan
tũ præceptor docere, sed q̃tum discipuli ingenia ferre
possunt tradendæ sunt doctrinę,& pręsertim legales.
Sextò.not.ibi, Primò leui ac simplici via, quod ex
12 his uerbis infert Ange.ꝙ† qui debet ire ad aliquẽ locũ,
debet ire per uiã planam, non autem per difficilem &
montosam, qui dicit hoc facere contra muliones,vt.s.
non uadãt per uias insolitas.Dicatis, ꝙ alia est qualitas
in uia,ꝙ sit inusitata, alia ꝙ sit difficilis:de difficili,vt lo
quitur tex.noster, potest adduci tex.in l.Qua actione.
,, §.i.ff.ad l.Aquil.ibi, Vel negligentius per lubricũ tran-
sierit.ex hoc enim infertur, ꝙ oẽ damnũ contingens in
itinere difficili, cùm cõtingere uideatur per culpã eun
tis debet imputari eunti. d.§.i.& latè tradũt hic Doct.q
se extẽdũt ad vias isolitas & tortuosas,licet breuiores,
quę non ꝑtinent ad hũc locũ : alibi enim cõmodius tra
ctabuntur. Videntur enim malè seruare pręceptũ Impe
ratoris hic,& eius exemplũ:dum enim docent ipsi leui
ter esse procedendũ ad docendũ Iuuenes, ipsi cõgerũt
plurima,& multitudine rerum etiam impertinẽtiũ eos
onerant,ꝙ si hi iuuenes animũ auertant a studiis, ipsis
debet hoc damnũ imputari,sicut & ipsi mulionibus &
nautis imputandum docent.
Septimò not.ibi,Simplici,iũcto uerbo(multitudine)
13 ꝙ simplex† dicitur quod sine plica est,& non multũ,gl.
in cle.Sepe.de ver.signi. Vos dicatis hic simplici uia di
ci facili, vt.j.de fideicom. hære dum dicitur, Nobis in
,, legibus magis simplicitas,q̃ difficultas placet, & in l.fi.
§.Tales.C.de furtis.ibi,In tanta rerum difficultate sim-
,, plicior sententia placuit.Vnde patet, ꝙ malè ex hoc lo
co inferunt Docto. hic ad statuũ illud,ꝙ positionibus
14 simpliciter† respondendum sit:de quo quia tractatur in
loco ordinario in l.i.§.Si quis simpliciter.ff. dę uerb.
obli.& ibi videndum est latè per ordinarios, ad ibi vi-
denda me merito.
15 Octauò not.ꝙ† rudes anni non sunt multitudine re
rum grauandi:quod pręceptũ si tã benè seruaretur per
docẽtes, vt necessariũ est profectò facilius iuuenes in
doctissimos uiros euaderẽt.Dũ enim quisq; vult ostenn-
tandi gratia examinare & discutere articulos & quęstio-
nes,vt ordinarii facerent, cum etiã plerũq; ipsi non in
telligant, uanisq; disputatiunculis animo iuuenũ gra-
uant,& tẽpus auferunt,& impediunt percurrere tex.&
glossas,faciũt,vt ratio quis accipiat doctoratus gradũ,
qui nedum. non uiderit semel has Institutiones inte-
gras,nedum. Pandectas & Codicẽ,sed(proh dolor)sunt
qui nondum sciant,quid significent rubricæ, & quid in
illis titulus:contineantur:Et ego uidi alias,dum legerẽ
Pisis,Doctorẽ legentem ordinariã nescientem quid si-
bi uellet rubrica Vtrobi, & illud interdictũ quid esset.
Ideo vos præcepto Imperatoris innixi non permittatis
vos vanis blandimentis subtilitatum impertinentiũ de
cipi,sed has Institutiões primò oẽs videte,vt facile, vo
bis omnium aliarum legum intellectus pateat:quod fu
turum spero.Sed quia nimis longè digressi sumus, dica
16 tis hic † rudem animũ nouũ intelligi,&(vt ipse ferè se
exponit)nondum firmum, vt de hac eadẽ re loquẽs di-
xit in l.ii.§.Sed cùm prospeximus.C. de ver. in enn.ibi,
,, Homines rudes, & qui in primis legum vestibulis stãt:
sicut etiam rudes parietes.i.nouos dicit tex.in l.Vsufru
ctuarius.ff.de Vsufru.rudem ergo.i.nondum cultum ap
pellat.& ignarum,vt Cic.de Nat.deo.inquit,Rudẽ me
,, discipulum atq; iterum accipe.
Nonò not.ꝙ non debemus causam dare, ꝙ iuuenes
studia deserant:quod accidit, dum multitudine rerum
confunduntur & pręgrauantur, neq; in eis diffidẽtiam
se posse assequi studia legalia iducere.Benè,enim, quod
,, Fabius inquit lib.i.euenit,si aliter doceãtur,ut qui stu
dia amare nondum potest,oderit,& amaritudinẽ semel
perceptã etiam vltra rudes annos reformidet:quod faci
lè vitabitur,si à leuioribus & facilioribus per grad⁹ do
cebũtur,vt diximus.Nulla enim alia de causa hęc tam
difficilis, & inextricabilis videt disciplina, nisi quia
peruerso

peruerso ordine docentur iunenes: quod aduertit Cic.
,, de legibus,dũ inquit, Sed iuriscõsulti siue errotis obij
,, ciendi causa,quò plura & difficiliora scire videantur,si
,, ue,quod verisimilius est ignoratiooe docendi(nam nõ
,, solùm scire aliquid artis est,quędam ars etiam docẽdi)
,, sæpe quod positum est in vna cognitione, id in finita
dispartiuntur.exemploq; iuuandi suot, dũ ostendit eos
qui hodie habentur pro excellentibus Doct. olim &
ipsos rudes fuisse,& huins scientię & artis ignaros.

18 Decimò†not.uerbum(maturius)hic ooo poni ĩ suo
proprio significatu:nam hic oponitur verbo(seruis)&
sic pooitur pro citius & breuiori tempore,contrà eius
significatum proprium,cùm eius verbi natura sit,ut im
portet in tempore:in quo significatu & Virg. accepit
lib.1.Aenei.Maturate,fugam quáuis non desint qui lo-
cum illũ iotelligant,maturate.i.auite eo modo,vt iterũ
mare nõ turbetur ab impetu & flatu:sed vtitur hoc ver
bo Cic.ad Heren. in fi.primi libri, dum ioquit.Verun-
tamen maturabimus, pro eo, quod est solicitè & ci-
tius q̃ fieri poterit, agemus, & in epist.iii.lib.iii. ad Ap-
pium scribẽs.Est enim maturè facere nec cito.nec tar-
de rẽ peragere,ut scribit P. Nigidius authore A.Gellio
li.Noct. Attica. x.c.xi.

In gl.Incipientibus.Dic, ꝙ immo prima lectura ve-
rior est & coniũgitur uerbo(videntur)aliàs enim ratio
recti sermonis salua esse non posset.

In glo.Nobis.Dicite, vt alias dixi,ꝙ immo loquit ip
se Iustinia.vt s.io proœmio, vbi dicit perfecimus,& io
frà sepius, & latè patet infra de doo.§.Est & aliud.

In glo.Leui cum seq.Ego puto synonyma esse quan-
tum ad huoc locũ leuem & simplicem.i.facilẽ uiam di-
cere,nec vnquam uidi quare magis leui via uerba ipsa
respiceret,q̃ simplici:ideo dicatis,ꝙ supponũtur pro eo
dem,ut leuem seruitutẽ facilem, & quę nõ oimis gra-
uet,dixit Plautus.

Io glo. Diligentissima cũ seq. Glo.diligentissimã in-
terpretationẽ intelligit quò ad subtilia verba,exactissi-
mam quò ad subtilẽ materiã & scientiã:quæ expositio
nimis curiosa est,nã diligentissimã dixit & exactissimã
pro eo,quod est absolutã et in qua nihil intactum omit
tetur,quando.ff. iura docenda erunt.

In glo.Interpretatione.Glo.expooit.i.facili sentẽtia:
vos simpliciter intelligatis,cùm loquaĩ de docentibus,
ut ultimo tẽpore absoluta & perfecta ac plana interpre
tatione leges doceant, vbi ab ioitio simplici & facili
uia,& non congerẽdo impertinentes difficultates,pro-
cedendum est.

In glo.Auertit. Glo.not.hunc tex.cootrà iocõstãtiã,
oam variatio ipsa & mutatio voluotatis damnatur.Sed
in primis attende,quia malè hoc not.elicitur ex tex.no
stro:oam hic dr̃,ꝙ multitudo rerum,quæ docentur,in-
ducit ĩ iuuenibus diffidẽtiã,quę plerũq; à studiis auer-
tit:vnde licet qui auertit à studiis,ut leuis sentẽtię dam
oandus sit,tñ id uidemus ooo sibi imputari, sed præce-
ptori docenti multa in ipsis studiorũ initiis, Non ergo
in eo damnatur incoostantia,sed in præceptore modus
docendi.Tñ Doct.hic videtur ex hoc not.glo. inferre
nimis longè ad articulum illum, an, & quando liceat
mutare voluntatem, & quando quod semel placuit,
possit alias displicere, regula Quod semel de regu.in.
lib.6.& distingunnt, aut io vltimis voluntatibus, aut
in contractus, aut in iudiciis,& subdiuidũt. Ne & uos
à studiis propter multitodinem rerũ deterream,dicatis
19 pro nunc, ꝙ†non licet mutare consilium in alterius dã
oum.l.Nemo potest mutare.ff.de regu.iur. vbi Decius,
quinimmo oec volnntatẽ.d.regula Quod semel placuit
20 de reg.iur.lib.6.Vnde sequitur. ꝙ†variatio & mutatio
21 atq; inconstãtia†regulariter est probita,& in oibus istis
22 casibus,in quibus ꝑmissa est,nõ†est permissa,nisi semel

l.Siquis iusiurandum.C.de reb.credi.Vt tñ cognoscatis
23 q̃ imperfectè†tradatur hæc doctrioa, primò dicit Ang.
ꝙ iotestamentis admittitur & vltimis volũtatibus.l.Si
testamentum.ff.de testa.Sed dicatis ꝙ ex parte agentias
benè potest variatio & inconstãtia tolerari,quia homi
nis voluntas ambulatoria est vsq;ad mortem.l.iii.§.fi.ff.
de adi. lega. cùm si. & ideo potest quis sine reprehensio
oe mutare voluntatẽ.§. Posteriore.qui. mo.testa. infir.
sed ex parte hæredis non põt mutari voluntas,si adiit.l.
ii.C.de iu.& fac.ignoran.& idem est in legatariis:nam
facta semel electione oon licet variare.l. Serui electio-
oe.in prin.ff.de lega.j.

24 Secundò† dicit Ang. ꝙ io contractibus ionominatis
datur variatio & pœnitentia.l.Si pecuniam.ff.de condi.
ob causam.quod intellige ex parte eius, qui pro parte
sua impleuit.d.l.Si pecuniã.vbi Ias.limitat.xiij.modis:
in cõtractibus aũt nominatis distignendũ est, aut coo
tractus noo est perfectus,& licet discedere.j.de emp.&
vend.io prin.declarat Pau.in l.Contractus.C.de fide io
stru.Ias.i.l.Qui bis idẽ.ff.de verb.obli.sed quia materia
est satis diffusa,satis fuit ponere pro incipiẽtibus regu-
las generales:Inter quas illud nunc notasse sufficiat,ꝙ
agens in iudicio,qui vnam viam elegit, variare noo po
test.l.fi. vbi Ias.col.ii.C. de codicill.

Io glos. Maturius. De hoc verbo dictũ est in vltimo
not.Ex hoc glos.not.prouerbium,ꝙ qui uadit plane va
25 dit sane,ad quod†facit quod de Brutedio dixit Tacitus
,, Brutediũ(inquit:)artib⁹ honestis copiosum, & si rectũ
,, iter perageret,ad clarissima quæq; iturum festinatio sti
,, mulabat,dũ æquales.deinde superiores postremò suas
,, met ipse spes ante reparat:quod multos etiã bonos pes
,, sum dedit,qui spretis quæ tarda cum securitate ad præ
matura vel cum exitio properant.

## §. IVRIS PRAECEPTA.

1 *Iuris principalia præcepta tria sunt.*
2 *Honestas spectatur maximè in matrimonijs.*
3 *Cõditio si castè & honestè uixerit,an uerificetur in mu*
*liere transeunte ad secundas nuptias.*
4 *Castè*
5 *Honestè* } *uiuere an dicatur secundò nubens.*
6 *Offendere alium non licet.*
7 *Præceptum pro doctrina accipitur.*
8 *Malo non sufficit abstinere,nisi bonum fiat.*
9 *Bonum & æquum idem est quod iustitia.*
10 *Iurisconsulti quare sacerdotes dicantur.*
11 *Nanq; ponitur pro quia*

NOn potest breuius summari, oec aper-
tior fieri textus diuidendo, nec in eo ca
sus figuratio necessaria est, sed loco ca-
sus diceodum est, ꝙ Imperator expositu-
rus iura populi Ro. præmissa diffinitio-
ne iustię,quę nidetur,quidam quasi finis totius huius
scientię seu iurisprudentię,quam etiã suprà descripsit,
cùm de ea adipiscẽda tractemus, ac posito qualiter io
ipso limine studiorum iuuenes docendi sint, tria iuris
præcepta pooit, tanq̃ tres positiones generales, quas
Græci theoremata appellant, tanquam tres fontes.ex
quibus oẽs leges atq; omnes rationes, tanquam riuu
li quidã,deducaotur. Nulla enim est lex, nulla preterea
ratio legis est, quæ non ad vnum ex his pręceptis redu
ci possit per se,aut rationes subalteroas.

5 Not.ergo primò, tria†esse prima quędã & geoeralissi
ma iuris pręcepta, quæ enumerantur in tex.

Secundò ibi, Honestè viuere, ꝙ vnum ex principali-
bus præceptis iuris est, vt honestè viuam⁹. Primũ enim

omnium(vt inquit Cic.lib.j.Offi.)diligenter cauere de
bemus,ne quid consiliis factisq; nostris rebus denique
omnibus, indecore faciamus,apud quem tria hęc prę-
cepta latius declarata videbis,quis hic:q honestas præ-
2 sertim spectat in matrimoniis,vt dicit† glo. Aliud enim
est licere, aliud honestum esse.l. Non est.ff.de reg.iur.
l.Semper.ff.de ritu nupt.

3 Ex quo inferunt† Ange. & alii ad conditionem, quæ
passim solet apponi in legatis factis vxori, videlicet, si
castè & honestè vixerit,an.s.per secundas nuptias lega-
taria perdat legatū:& quāuis quæstio talis impertinens
4 sit,tn̄ concluditur,q secundò†nubens dicit castè & ho
5 nestè viuere,†tex.est expressus in c.Nicena.xxxj.dist.fa-
cit tex. in l. Mulier. §. Cùm proponeretur.ff.ad Trebel.
vbi Bar.& Doct. in auth. Hoc locū.C.si secūdò nupse-
rit mulier.Quę vera sunt,nisi communis vsus loquen-
di aliud suadeat, quamuis si maritus sit,qui relinquat,
cōtrarium teneat Ang.in d.§.Cùm proponeretur.etiā
circumscripto communi vsu loquendi:quia secundum
eum non est verisimile virum de huiusmodi honestate
sensisse: de quo videnda essent quę latè ponit Alex.in
d.§.Cùm proponeretur. qui per tres columnas prose-
quitur hanc quæstionem.

6 Tertiò not.ibi,Alterum non lædere, q†non licèt ali-
quem offendere secundum Ang.hic, quod intelligitur
secundum eum, nisi ad sui necessariam defensionem.l.
Vt vim.ff.eo vbi dixi.

Sed aduerte, quia in hoc tex. nō solùm cōprehendit
ea offensio,de qua in d.l.Vt vim.sed etiam quælibet in-
iuria:quomodocunq; enim persona,fama, vel res alte-
rius læditur, etiā citrà vim, cadit sub hoc pręcepto:facit
" illud Plauti in Captiuis,Memini cùm dicto haud aude
" bat, facto nunc lædat.l. Si seruus seruum.§. Si fals-
ctum.ff.ad.l.Aquil.

In glo.prima. Expositio glossæ non est necessaria,nā
(vt antè diximus) tex.hic non intelligit. q omnia iura
pręcipiant, sed q omnia iura sub vno ex his tribus prę
ceptis cōprehendant. Nam quod punit, ideo punit,vel
quia aliquid minus honestè factū est, vel quia alter lę-
sus est,vel quia ius suū alteri tributū nō est;quod vetat
aut vetat quod minus honestè fit,aut quod ius alterius
lędit,aut quod alteri ius suum non tribueret:quod per
mittit,ea permittit,quæ nulli ex his trib⁹ præceptis ad
uersantur:& idē est de eo iure, quod consulit, & quod
hortatur,prout exempla facilè cuilibet obuia fient:nec
tex.in l.Legis virtus.aduersatur,quia(vt dixi omnia ad
hæc tria pręcepta reducuntur:& ideo expones simplici
ter iuris precepta.i.quæ ius generaliter præcipit.Pręce
7 pta enim & præceptiones†eleganter pro doctrinis assu
muntur & disciplinis secundum Vallam:& huc accedit
quod alibi dixit Cice.lib.i.Offic.de iustitia, quòd iusti-
tię primum munus est, ne quis alteri noceat,nisi la-
cessitus iniuria.

In glo.Ius suum.Dicit glo.q non solùm non sufficit
nō lędere alterū, vt in secundo pręcepto dictū est, sed
etiam necesse est adiuuare:quę glossa malè dicit:nam il
la uerba,Ius suū cuiq; tribuere, nō illud important, vt
quis adiuuandus sit, nisi hoc alia rōne debeat,puta pie
tatis,vt in patre,vel honestatis,quib⁹ casibus,quia cùm
ad adiuuandum teneatur,non dr̄ eis ius suū tribui, nisi
pręstetur quod eis debetur: & ideo verba plane intelli
genda sunt pro eo,quod cuiq; debetur: dictū benè est
8 verum in se quò ad Deum.s.vt non sufficiat†abstinere à
malo, nisi fiat bonum text. est in c. De forma.xxij.q.vl-
ti.in l.In illa stipulatione.la.ii. vbi Ias. in princ.ff. de
verbo.oblig.

In ea.glo.ibi,Sed nōne.Glo.quærit.an hæc uerba,Ius
suū cuiq; tribuere,eodē modo accipiantur hic,sicut in
diffinitione iustitię, & concludit q non,nam dicit,q
in d.diffinitione hęc uerba comprehendunt tria pręc-
cepta,hic uerò tertium tantùm: quod secundū Io.Fa-
br. & Iasonem inde est, quia illa duo honestè viuere,
alterum non lædere, hic sunt expressa argu.l.Doli clau-
sula.ff.de uerbo.oblig.

Mihi uidetur uerum esse,q aliter hic accipiātur ista
verba, q̄ in diffinitione:nam proculdubio ille habitus
animi cōstans & perpetuus ius suum vnicuiq; tribuēs,
qui habitus iustitia est, in se hęc omnia pręcepta con-
tinet virtualiter. Qui enim honestè viuit, sibi ac famę
suæ tribuit quod suum est, cum ex pręcepto iuris hoc
debeamus nobis ipsis, q̄uis & honestè viuere plerūq;
etiā ius alterius respiciat:similiter & præceptū illud,Al
terum non lędere:cum enim,vt dicit tex.in l.Vt vim.ff.
eo.natura inter nos cognationem quandā constituerit,
hoīem homini insidiari nefas est, debetur homini ex il
la naturali cognatione, vt sit immunis ab alterius hoīs
insidiis:qui ergo alterū non lędit,ei tribuit, quod ei de
betur Nec ratio & difficultas, ob quā glossa & Docto.
posuerunt hanc quęstionē,obstat,superfluitatis.s.cum,
si id semel expressum erat, non deberet vlterius expri-
mi.§.Quibus. in prima consti.C.nam (vt diximus) iu-
stitia ipsa est uirt⁹, ius aūt est iustitiæ administer quidā,
cum sit ars ipsius iustitię, cum pro eodem supponant
9 ęquum & bonum,cuius ars ius est,quod†& iustitia,ni-
mirū ergo si eadem cōprehendit,Nec(vt alias diximus
in procemio)superfluū quid dici pōt, dum declarando
ponitur, & ineptū plerūq; est argumentū à superfluita
te verborum,præsertim in constitutionibus Imperato-
ris quod benè procedit à superfluitate decisionū in cō
pilationibus harū legū.Explicitè ergo ponit Imperator
hic tria illa præcepta, tāq̄ tres generales positiones &
doctrinas, ex quibus tanquā ex materia pręiacente alię
omnes rationes ducantur, ut dictum fuit.

In ea.glo.ibi,Et nota.Glossa dicit,q per hoc repro-
bat oppinionem Py.& aliorum,qui dicebāt in hoc titu
lo ius non definiri, cuius diffinitio illa est ex l.i.ff.eo.q
est ars boni & æqui,cui⁹ meritò nos quis sacerdotes ap
pellat s̄m glo.quæ in hoc decipitur,q illa verba, Cuius
meritò quis nos sacerdotes appellat sint de diffinitio-
ne iuris, quia diffinitio iuris est tātū in illis uerbis,Ius
est ars boni & æqui.

Et dum glo.dicit, q illa uerba, Iuris pręcepta,æqui-
pollent illi verbo(ars) cum ars sit collectio præcepto-
rum,malè dicit,quia aliud est ars,aliud pręcepta,ut pa-
tet ex diffinitione artis, quam etiam ponit glo.si enim
ars est collectio præceptorum,ergo differt à præceptis,
quę colliguntur.

Et dum glo.subdit, q honestè viuere,alterum non
lędere,idem est, quod boni & æqui similiter decipitur.
Nam bonum & ęquū idem est, quod iustitia,ut latissi-
mè declarat Budæus in d.l.i.ff.eo .ergo si bonū & æquū
est ipsa iustitia,tria hæc pręcepta cōprehendit,ut s.pro
ximè in hac eadem glo.dicitur.

Magis etiā ineptum est,quod dicit glos.q ius suum
vnicuiq; tribuere æquipolleat illis uerbis, Cuius meri-
tò nos quis sacerdotes appellāt:nam(ut dixi)illa uerba
non sunt in diffinitione iuris, & idem importaut,ac si
diceretur,cuius iuris beneficio quis appellat iurecon-
10 sultos sacerdotes:quod†qua ratione dictū esset, dictū
fuit suprà in procemio, & declarat Budęus in d.l.i.ff.eo
Nam illa uerba,Cuius meritò &c. non exponuntur,ue
dicit hic glo.i.sacra uel iura sua cuilibet ministrantes,
sed exponuntur simpliciter,quia,cum Iustitia olim pro
Dea habita sit,qui eam colūt sacerdotes ipsius Iustitię
meritò appellātur, ut etiā diximus suprà in procemio.
quod apertè patet ex uerbis d.l.i.in qua redditur ratio,
quare appellentur sacerdotes, dicendo,Iustitiam nanq;
11 colimus &c.cū dictio(nanq;)sit redditiua†rationis,&
idem

idem importet, quod quia l. fi. de doli excep. Bar. in l. Demonstratio falsa. §. Quod aũt. ff. de condi. & demon. col. ij. Ideo dicas cũ Io. Fabro & Iacobo de Are. ꝙ hic nullo modo diffinit ius, quod tam clarũ est, vt nullis ea u illationib. possit cõtrariũ ostẽdi, aut fieri verosimile.

## §. HVIVS STVDII.

1 *Positiones. i. maximæ, uel qualitates generales quas Græci thes[...]r appellant.*
2 *Axioma quid sit.*
3 *Res. i. imperium.*
4 *Studium, q̃uis in malam partẽ plerũq; accipiatur, accipitur aliquando in bonam.*
5 *Ius publicum } quod sit.*
6 *Ius priuatum }*
7 *Genus apud legistas est species apud Dialecticos.*
8 *Azo fuit preceptor Accursii.*
9 *Sacerdos est persona publica.*
10 *Sacerdos potest alteri stipulari, & in quibus.*
11 *Iniuria facta sacerdoti est publica, & datur pro ea, publica accusatio.*
*Sacerdotes plures esse ĩ ciuitate reip. ĩterest, & quare.*
12 *Dominia distincta fuerunt de iure gentium.*

Diuidit̃ in tres partes, in prima ponitur prima diuisio iuris. s. ꝙ aut est publicum, aut est priuatum, & declarat̃ vtrunq; in secunda proponit dicendum esse de iure priuato: in tertia ius priuatum diuidit in naturale, gentium, & ciuile: partes patent.

Summatur, Ius aut publicũ est, aut priuatũ: publicũ quod ad rem Romanã, priuatũ quod ad singulos pertinet: dicendũ de priuato, quod aut naturale est, aut gentiũ, aut ciuile. h. d. & sumitur ex l. j. §. Huius studii. ff. eo.

Casus in §. diuidente non ponitur.

1 In tex. ibi, Positiones, dic Positiones† appellari regulas quasdã, & (ut uulgò dr̃) maximas & qualitates generales, q̃ q̃uis aliqua indigeant demonstratione, non tñ per hoc necessaria est earum probatio penes discipulũ; reperitur enim positio, quã Græci thesim appellant: re
2 peritur & axioma, quod† Cicero latinè dixit enũciatũ: ea aũt inter se differunt, quia axioma uel enunciatũ illud est indemonstrabile: est enim cõis animi oium conceptio, ut puta, bis bina quaterna constituunt: natura enim ipsa sponte sine doctore hoc scimus. Thesis aũt siue positio in singulis disciplinis discit̃ à p̃ceptore hoc tñ demonstrante & admonente: est enim thesis, quam hoĩes ipsi posuerunt, vt puta, oẽs à centro ad circũferentiã lineas esse æquales, ut latius attigit Budęus. ff. eo. l. i. quamuis ego libentius genera aut species positas dixerim, cum si pro thesi simpliciter interpretemur, una forsan esse deberet, non duę: est enim vna positio ius, sed sciditur studium hoc in duo genera iurium, priuatum. s. & publicum.

In tex. ibi, Ad statũ rei Romanæ spectat. Rem Roma
3 nam. i. imperiũ dixit, vt etiã exponit† glossa, si glossa est, quæ ad hoc allegat tex. in §. Ius aũt. j. de patria po. qui non facit in proposito: potest adduci illud Virgilii.

Postq̃ res Asię Priamiq; euertere gentem.
Immeritam visum superis. Et ibidem,
Res Agamẽnonias: victriciaq; arma secutus. Et facit illud Ausonii.
Imperium, litem, Venerem, cur vna notat res?

Not. primò ibi. Hui⁹, ꝙ hęc dictio significat principiũ tẽporis ſm Bar. in l. i. §. Huius studii. ff. eo. qui plura iura allegat ad huc, quæ non faciunt in proposito, quia loquuntur in dictione (hinc.)

Secundò not. in verbo, Studii, ꝙ ius nostrum studio quærendum est. i. vehementi applicatione animi: quod verbum hic in bonam partem accipitur, prout etia in l. Ex verbis. C. de dona. inter vi. & vxo. q̃uis aliter sępius accipi soleat in malam partem, si materia ipsa hoc suadeat l. ii. ff. qui pe. tuto.

5 Tertiò not. ꝙ† aliud est ius publicũ, aliud priuatum, illudq; publicũ est quod principaliter destinatione qua-
6 dã publicam vtilitatẽ spectat, q̃uis† accessoriè & in consequẽtiam priuatam etiam utilitatem respiciat: magnũ enim cõmodum redit ad priuatos etiã ex his: priuatũ aũt ius est, quod principaliter ad priuatorũ vtilitatem pertinet. q̃uis in cõsequentiã etiã publicam vtilitatem respiciat. cũ reip. intersit subditos habere diuites, & ꝙ re sua quis malè non vtatur. §. fi. j. de iis qui sunt sui uel alie. iur. Nam illud, quod in consequentia & accessoriè venit, non consideratur, sed id tñ, quod principaliter, vt est tex. optimus ad hoc in l. i. in prin. ff. de autho. tut. Difficile enim est, ꝙ publica priuatam etiam vtilitatem non respiciant: & ècontrario priuata publicam: de quo latius videndum erit in loco ordinario in l. i. ff. soluto matrimo.

Quartò not. Ius priuatũ collectum esse ex pręceptis aut naturalibus, aut gẽtiũ, aut ciuilibus, quę in sequenti titulo declarabuntur.

In glo. prima, dũ exponit studii. i. artis quęrendæ per studium, mihi placet, ꝙ intelligatur simpliciter pro ipsa exercitatione literarum prout accipitur. in c. De quibusdam. 37. distin.

In glo. in verbo, Positiones. Refert gloss. duos intellectus huius verbi, alterũ Placẽtini, qui exposuit positiones. i. species, alterũ Azonis, qui exposuit. i. genera, & reprehendit Placentinum: nam ratio, quare Azo reprehendebat Placẽtinum, erat, quia cũ Legistæ species accipiant pro ipsis indiuiduis, vt Stichus pecunia, quæ est in arca, & hoc, vel illud aial, sequeretur incõueniẽs illud, quod considerat glossa post Azonem: tñ (vt dicit gl.) hi duo intellectus conueniunt, quia species Pla. appellat ſm Logicos, Azo aũt appellat genera ſm Legi-
7 stas; Genus aũt apud Legistas est species apud Dialecticos, ut declarat. Bar. in l. Męuis. §. Duobus. ff. de lega. ii. & sic patet, ꝙ Azo & Pla. conueniunt, & ꝙ non merebãtur reprehẽdi. Qua rõne Io. Fab. hic optat hãc glossam esse deletam vna cum aliis quæ magis onerant, q̃ prosunt, & q̃ reprehendendi. magis causa factę sunt, q̃ docendi: quo magis detestanda sunt hęc tempora, in quibus nullo alio maiori studio tenemur, q̃ parergis & impertinentibus quęstionibus onerare materias, ac reprehendere aliorum dicta. Vos dicatis positiones hic intelligi, vt diximus suprà in tex.
8 Ex hac glo. notant Docto. quòd† Azo fuit pręceptor Accursij.

In glo. in verbo, Publicũ, Addit gl. quod fuerat omissum in tex. s. quid esset publicum ius, & in quo consisteret ex l. i. §. Huius studii. ff. eo. vt s. in sacris, sacerdotibus, in magistratibus consistat allegat gl. tex. in §. Quia verò ita. in Auth. ut li. ma. & auię. colla. viii. vbi dr̃. ꝙ in uenerabilibus domibus, & sic in ecclesiis, in quibus peccatorum uenia peti debet, non sunt scelera admittenda, adducit enim gl. illum tex. ad exemplificãdum illud quod dr̃, ꝙ ius publicũ cõsistit in sacris, ut patet ex gl. in d. §. Huius studii. in verbo, In sacris, quæ illum eundem textũ allegat. Sed aduertatis ꝙ tex. noster elicitur ex lib. i. Institutionum ipsius Vlpiani, ut patet ex d. l. i. ff. eo. Vnde potius referenda sunt ad ea quę de diis & sacris Romanis in legibus cauebantur, ut facile est videre apud Cic. lib. ii. de Legibus: & eodẽ modo potest dici in tex. in epistolo. Inter claras. C. de summa Trini. & fi. catho.

vbi

ubi loquitur de sacerdotibus: Nam ex eodē loco Ciceronis facilè dignoscitur, quæ iura publica essent sacerdotes ipsos respicientia.

Ex hac eadē glo. colligunt Doct. q cùm ius publicū consistat in sacerdotibus, sacerdotes dici possunt perso
9 nę publicę: ex quo inferunt, q† alteri stipulari possit sa-
10 cerdos. c. Quamq̄. de vsur. lib. vj. l. j. C. de ijs, qui † i eccle. manu. §. Quantum. in Auth. qui mo. na. effi. le.

Circa quam quęstionem quia Doctores laiè se extendunt communis & vera resolutio est, q in ijs, quæ sacerdotale officium respiciunt, vt est restitutio vsurarum, & huiusmodi possint, in cęteris nō possint, & ita com-
11 muniter concludit in l. j. ff. eo. Melius inferretur ex hac gl. q†ex quo sacerdos est persona publica, iniuria eidē facta publica fit. i. pro ea detur publica accusatio. l. Si quis in hoc genus. C. de epis. & cler. Inferri etiā melius potest, q reipu. interfit plures esse sacerdotes in ciuitate, & q remotio sacerdotum lædit ius publicum, vt in not. casu scribit Alex. in cōsi. 101. Circa primum nume. 3. lib. vj. quia sacerdotes peccata hominum comedunt, & suis precibus ea delent & consumunt. iij. q. j. c. Nulli x. q. j. c. Quia sacerdotes. & multitudo facilius exauditur à Deo, cap. Fleat. de pœni. dist. j.

In glo. in verbo, Rei Romanę. Hæc glo. in antiquis codicibus nō reperit, nec tex. d. §. Ius aūt. aliquid facit.

In glo. in verbo, Spectat cùm seq. Declara, vt dixi in not. per tex. in d. l. j. ff. de autho. tuto.

In gl. De iure priuato. Glo. plana est, & benè respondet in j. & iij. q. de secunda videbimus in glo. sequenti.

In glo. in verbo, Tripartitè. Gl. per se clara est, sed mihi magis placerent exempla sequentis tituli, vt diceremus totum ius Romanum collectum esse ex præceptis naturalibus quę. s. circa procreationem & educationē filiorum, marisq; ac fęminæ coniunctionem versantur item gentium, vt sunt ea. s. quæ rerum dominia, & contractus concernunt: ciuilia verò, quæ & contractus de iure ciuili itroductos, adoptionē, patriam potestatem, capitis diminutionem, ipsasq; vsucapiōes, & alia iuris ciuilis inuenta respiciunt: & quamuis fortasse hęc iuri publico non cōueniant, hoc nihil refert, cùm non dicatur, q ius publicum sit tripartitè collectum sed priuatum tantùm, nec necessaria sunt exempla iuris priuati, quę conueniant iuri publico, quę procedant de iure naturæ, quia hoc esse nō potest: quod probo ratione inconuincibili: Publicum ius consistit in sacris, sacerdotibus, & magistratibus, ita dicit tex. in l. j. §. Huius studij. ff. eo. sed sacra, sacerdotes, & magistratus nō fuerunt de iure naturæ, sed sunt de iure gentium, ergo non debemus quęrere ius publicum in iure naturæ, in eo. s. iure naturæ, quod ponitur ad differentiam iurisgentium: probatur hoc per tex. in l. ij. ff. eod. vbi posita descriptione iurisgentium in fine. l. primæ ponūtur exempla sub his verbis, Veluti erga Deum religio, vt patrię pareamus: ergo religio in Deum, sub qua sunt sacra, & sacerdotes, necnon obediētia patriæ, quę nihil aliud importat, quàm magistratus, de iure gentium sunt: & ita omnia de plano procedent. Nam illud exemplum de iure naturę, Neminem cum alterius damno fieri locupletem, non intelligitur de iure naturę, sed de iure gentium, ut glos. innuit in d. l. Nam hoc natura: quod aper-
15 tè probatur ex eo, quòd†dominia de iure naturæ non erant distincta, sed fuerunt distincta de iure gentium, ut est tex. in l. Ex hoc iure. ff. eo. Non enim, potest dari damnum aut lucrum alterius, vbi nihil erat proprium. §. Seruus. infra de capit. dimi. ut benè aduertunt hic Doct.

Alia, quę circa hanc glo. & exempla eius congerunt hic Doct. alibi opportunius declarabuntur.

DE IVRE NAT. GENT. ET CIVI.

1 *Exempla rem apertius declarant.*
2 *Censtri peritia qualiter exponatur.*
3 *Ius naturale quid sit.*
4 *Coniunctio maris & fœminæ est de iure naturæ.*
5 *Alimenta liberis præstare est de iure naturæ, & quomodo, & qualiter dicatur etiam de iure ciuili.*
6 *Filio possunt denegari alimēta ex omnibus illis causis, ex quibus potest exhæredari.*
7 *Pater si occideret filium, qui unā ex causis cōtra patrē cōmisisset, ex quibus pōt exhæredari, nō incideret in parricidiū, sed teneretur tantùm. l. Corn. de sicarijs.*
8 *Mater tenetur usq; ad triennium lactare filios.*
9 *Humanum nō ab humo, sed ab homine dicitur, ideo de hominibus tantùm intelligitur.*
10 *Videmus, hoc uerbum refertur ad oculum intellectus.*
11 *Testis dicens, Vidi, de ijs, quæ sensu uisus non percipiuntur, saluatur.*
12 *Natura* } *idem uirtualiter sunt, & quid sit natura.*
13 *Deus* }
14 *Lex Mosaica habuit præcepta naturalia, indicialia, & cæremonialia.*
15 *Cœlum. i. aer.*
16 *Matrimonium præsumitur inter masculum & fœminam ex longa consuetudine de iure ciuili, secus de iure canonico.*
17 *Matrimonium ad sui perfectionem exigit copulam.*
18 *Matrimonium diuersis respectibus potest dici de iure naturali, gentium, ciuili, & canonico.*
19 *Sponsalia non sunt de substantia matrimonij.*
20 *Filius, quando habet unde se honestè alere possit, nō est alendus à patre.*
21 *Pater tenetur alere filium etiā post assignatā legitimā.*

## IVS NATVRALE.

Diuisio Angeli tā tituli, q̄ huius principii, potest procedere. Ius naturale est quod oībus aīalibus cōe est veluti cōiunctio maris & fœminæ, liberorum procreatio, & educatio, h. d. ex l. i. §. Ius naturale. ff. eo. titu.

Casus figuratio in tex. diffiniente non est necessaria: Nam cùm in fine tituli pręcedentis dixerit ius priuatum, de quo dicturus erat, colligi ex pręceptis naturalibus, gētiū, & ciuilibus, & ut ea præcepta declararet. proposuerit rubricā de iure nat. gen. & ciui. ea declaraturus
1 diffinit, quid sit ius naturale, & exēplificat, vt rē clarius demonstret. l. Damni infecti stipulatio pertinet. in fi. ff. de damno infec. l. Scire oportet. §. pe. ff. de excu. tuto. In tex. ibi, Sed & omniū animalium, quæ in cœlo, quæ in terra, quę in mari nascūtur, aduertendum est, q tex. in d. l. i. in §. Ius naturale. ff. eo ex quo hic locus sumptus est, non ita dicit in emēdatis, sed hęc eius uerba sunt,
„ Sed omnium animalium, quę terra, mariq; nascuntur, auiū
„ quoq; cōe est. Inepta enim est expositio. glo. q aues in cœlo nascantur, dum in arboribus nascuntur, quorum radices in terra sunt. Vnde aut Triboniani error fuit, qui Vlpiani Verba aliter transtulit in hūc locum, aut legendum est (vescuntur) vt albi scriptum annotauimus. Sunt enim aues quædā, quæ in aere ex insectis vescunt, vt hirundines, & id generis: sed cùm totum hoc principium ad literam transcriptum sit ex d. l. j. mihi magis placet prior lectio, etsi videam Tribonianum aliqua

verba

„ verba illius tex.contempsisse: Theophilus tñhic ita in
„ quit, Ius naturale est quod ad omnia aoimantia, qoç i
„ terra, in aqua, Vel in aere sunt, extenditur
In tex.ibi, Videmus etenim Cætera quoq; animalia
2 istins iurisperitia censeri. Budæus in d.l.j. dicit se†non fa
cilè intelligere qualiter boc in loco verbum (censeri)
accipiat. Nisi me deterreret exēplū arcbetypi in d.l.j. vbi
hæc verba ita posita reperiūtur, ego libeutius legissem
(perita) non peritia, quasi ꝙ censerentur aīalia, & existi
marent perita hui⁹ iuris naturalis, sed qa oō est temerè
recedendū à vera lectura, interpretāda sunt illa verba,
Censeri peritia buius ioris.i.habere peritiam vel existi
mari perita, seu magis connumerari ioter perita huius
legis. Sensus enim clarus est, quāuis elocutio alibi rarò
reperiatur. Videndum est in Annotationibus.
3 Not. primò quid sit ius naturale. Est enim†illud ius,
quod natura oīa aīalia docuit, & quod cōe est omnibus
aīalibus. Erit ergo instinctus ille oaturę, vt ſm natoram
propriam quodcunq; aīal operetur: quod benè elicitur
ex l.j.ff.si quadru.pau.fecisse di. & idē dicit tex. in c. Ius
naturale.i.dist. vbi tñ magis ius gentium diffiniri vide-
tur, cùm ibi ius naturale restrictum sit ad homines.
4 Secundò oot.ꝙ†maris & fœminę coniūctio de iure
oaturę est, & descendit à iure oaturali: quod quidam in
telligūt in brutis tm̄. quæ restrictio fieri oō debet, quia
cùm tracter de ea cōinnctione, quę de iure naturæ est,
& cōpetit oībus aīantibus, necesse est, vt intelligat etiā
de ea coniunctione, quę ipsius etiam hoīs sit propria:
quod pater in illis verbis, Nam ius istud noo solum hu-
„ mani generis propriū est &c. Vnde intelligas, ꝙ ille in-
stinctus naturalis coniunctionis ad propagandā sobolē
dr̄ esse de iure naturæ, quę perpetuitatē sui quęrit hoc
modo, qui instinctus ita est in hominibus, sicut io bru-
tis. quāuis postea ciuilibus constitutionibus, necnon &
religionis & honestatis causa cōiunctio ipsa receperit
apud nos diuersas leges ac prohibitiones, de quibus di-
cemus in glo. quod suadent quę ex Arist. & alijs refert
Gellius lib.xix.c.ij. ꝙ coitus & gustus cum belluis ma-
ximè communis est.
Tertiò not.ibi, Hinc liberorom procreatio & educa-
5 tio, ꝙ†alere liberos dr̄ de iure naturę: quod intellige (vt
dictum est) de coniunctione.s. ꝙ ille instinctus naturę,
quo impellimor ad alendos filios, dr̄ de iure natorę, nō
autē necessitas, qua astringimur: qa q̄uis illa necessitas
sit īducta à l.ciuili ī defectū deprauatæ volūtatis paren-
tū. qñ.s. pietatē paternam deserunt, & illa se exuūt, tñ il
la introducta est ratiōe naturali, eò ꝙ pater eo casu (vt
dixi) videtur deseruisse officium paternom. l. Si quis à li
beris.ff.de lib.agnos. & per totū illū titulū: & ꝙ hoc in
stinctu naturali fiat in nobis, pulchrè dicit Quintilia. li.
„ 2.c.17.in fi.ibi, Nam & moliri cubilia, & nidos texere,
„ educare fœtus & excludere, quin ēt reponere ī hyemē
6 alimēta. Circa quod†nota, ꝙ in oībus illis casib. in qui-
bus filius potest exhæredari ex xiiii.causis, de quibus io
Auth. vt cum de app.cogoo. §. Aliud quoq; capitulum,
possunt ei alimenta denegari gl. in verbo, Detulerit io
d.l.Siquis à liberis.§.Si iudex.ubi Bar. & Docto. tradunt
maximè Claudius in l. i. §. Ios naturale. ff. eo. seq. Ca-
gnolus in l. Iura sanguinis. ff. de regu. iur. num. 7. Ra-
tio aūt prędictorum est, quia cū filius vnū ex prædictis
cōmisit io patrem, videtur desinere esse filius, & lex nō
habet illū amplius pro filio, & cum ipse se exuerit pie-
tate erga patrem, lex exuit illom oībus priuilegiis filia-
tionis, nec habetur in aliquo ut filius: quinimmo & si
7 pater†illum occideret nō teneretur l. Pompeia de parri
cidijs. sed simpliciter l. Cor. de sicariis, Bar. per illū tex.
in l. Diuus.ff.ad l. Pompe. de parri. & quod dictū est de
alimētis intellige in vtroq; parēte, qa ita pariter respe
ctu filii tenetur pater, sicut mater, & èconcrario, licet
qñ postea est contentio inter patrem & matrē quis edo
8 cet, & alat, dici soleat, ꝙ†mater vsq; ad triennium lacta
re tenet, vlterius pater, gl. est ubi Bal. in l. pe. C. de pa.
pōt. in l. Si cōpetenti. C. de alen. lib. quod declarandū est
ꝑ ea, quæ tradūt Bar. & alii io l. Alimēta. C. de neg. gest.
Quartò not. ꝙ licita cōiūctio maris & fęminę apud
oos matrimonium appellatur: quid autem sit matrimo
nium, declarat infrà in titulo de pa. potest.
9 Quintò not.ibi, Non solùm humani generis, ꝙ†q̄uis
omnia animalia ex bumo cōstent, sicut homo, tñ huma
num genus de bominibus tantū dr̄: sed ea ratio petēda
à Grāmaticis est, & q̄uis ſm Varro. homo ab humo di-
catur, tñ humanum non ab humo, sed ab homine deri-
uatur, & ideo ad eos tantùm restringitur.
10 Sextò not.ibi. Videmus etenim, &c. ꝙ†dictio ista (vide
mus) refertur non solum ad oculum corporeum, sed ad
oculū etiā intellectus: de quo per Doct. in l.i. in fi. prin.
ff. de verb. obli. ubi Alex. ex quo ioferri solet ad dictū te
11 stis dicētis in causa sciētię†vel aliter, se vidisse id, quod
oculis cerni non potest, sed iudicio intellectus percipi
Bart. io l.i.ff. de aqua quoti. & de hoc est bonus tex. in l.
Item apud. §. Siquis sic. ff. de iniurijs. l. Si Tirio: & mihi.
io princ. ff. de leg. ii. l. i. §. Idē Pōponius. ff. deposi. in quo
significatu & passim apud Latioos authores inuenitur.
12 In glo. prima, dū primò†exponit natura.i. Deus, q̄uis
13 oatura & Deus idē sint uirtualiter, vt inquit, †Seneca in
„ lib. de beneficiis, dū ioquit, Quid aliud est natura, quam
„ Deus, & diuina ratio toti mūdo partibusq; eius inser-
„ ta? Ergo nihil agis ingratissime mortaliū, qui te negas
„ Deo debere. sed naturæ, quia nihil natura sine Deo est,
„ nec Deus sine natura, sed idē est uterq;, nec distat offi-
cio. Attamē naturā appellare solemus illā naturalē Dei
operatioo ē, quæ mētibus nostris insedit, cuius ipse De⁹
author est. c. Flagitium. 32. q. 7. & ita accipi debet bic na
tura.i. instinctus & inclinatio illa nobis insita à natura
est enim vis quædam, quę in animo est.
Dum postea subdit, Et nominatiuè & ablatiuè &c.
dic, ꝙ verbum (natura) oominatiuus est, & nemo dubi
tat de hoc, excepta glo.
In ea glo. ibi, Pro iure pactorū. Dic, ꝙ ualde errat gl.
nam q̄uis in suis edictis Pretores oaturalem æquitatem
sequerentur, tō sua edicta sunt portio iuris ciuilis, noo
naturalis, vt. j. eo. §. Constat. & §. Prętorum. Nā pleræq;
leges rationi naturali innituntur, tñ à iure naturali vel
inuētione, uel qualibet alia causa, ob quam etiam à no
mine ipso recedimus: & idem dicas de eo, quod dr̄ de
restitutionibus per tex. in l. i. ff. de mioo. nam & illa ex
edicto Prætorio est, & sic est ius ciuile.
In ea glo. ibi, Sed ſm Cañ. Docto. bic declarant & be
14 oè, & in l. i. §. Ius naturale. ff. eo. ꝙ†lex Mosaica habuit
diuersas leges: aliæ enim cęremoniales fuerunt, aliæ iu
diciales, aliæ morales, unde benè morales fuerunt natu
rales, sicuti. x. præcepta, quæ etiam per aduentum Chri
sti remanserunt, pręcepta verò cæremonialia & iudicia
lia fuerunt sublata, quia non erant naturalia. stetissent.
enim si naturalia essent. §. naturalia. j. eo.
In fi. glo. Errat (ut diximus) qa casus ē nominatiuus.
15 In glo. in verbo, In cœlo. Dum†exponit cęlum pro
aere. de hoc tex. in l. Aequissimum. §. Si tamen. ff. de vsu
fru. ibi, Nisi cœlum agri corrumpant.
Sed dum dicit, ꝙ aues nascūtur in arboribus, & ideo
in cœlo, malè dicit, ut declarauimus in textualib. ideo
dic, ut ibi. Nec §. Apium. facit, quāuis enim dicātur con
sidere in arbore, tñ per hoc ibi non nascuntur, & si na-
scerentur, nasci dicerentur in terra, non in cœlo.
In gl. Hinc. Dic. i. ab hoc naturali instinctu nobis in-
sito prouenit appetitus ille propagādæ sobolis, & cōiū
ctionis maris & fœminæ cum enim sint uerba Vlpia. in
l. 1. ff. eo. noo possunt interpretari, vt interpretatur glo.

In glo.

In glo. Cõiogatio. Dic (ut diximos alias) ꝙ quamuis nuptias noo coneubitns, sed consensus faciat, hoc ẽ ex eo, quia nuptię & matrimonium pro eodem supponũt ꝭ.de pa.potest. in prin. & sic sit cõmunctio illa regula ra a iure ciuili: sed hic non loquitur de ea, cùm loquatur de coniunctione communi alias animantibus; ideo oon potest intelligi de cooiunctione animorum, cùm ea animantia sensu, idest intellectu careãt. l. i. ff. si quad. pau. se. dica. Et dum dicit, quòd nuptias nõ concubitus, sed consensus facit, dicatis ꝙ hoc intelligitur in vnico
acto rantùm, sed si haberet quis consuetudioem cum
16 muliere, de iure ciuili matrimonium pręsumitur. l. In li
beræ. ff. de ri. nup. sed de iure canooico secus; quoniam
præsumitur fornicatio. glo. in c. Illud. de præsump. in
verbo, Vxore, & hoc est uerum respectu ipsorũ coeun
tium, non autem respectu filiorum, Abb. in c. Lator. qui
filii sint legi.

17 Et dum dicit, ꝙ † consensus nõ concubitus facit, dicatis, ꝙ hoc est uerum, vt dicatur matrimonium, sed non ad sui perfectionem. c. Debitum. de biga. ubi dr, ꝙ duo sunt in cooiugio, coosensus animorum, & corporum cõmixtio. facit tex. in c. Ex publico. de coouer. coniuga. ubi interpretãtur oerba euangelii, Non liceat uiro dimittere vxorem, intellige, post corporũ commixtionẽ: nam antè causa religionis relinqui potest, vt not. hic Ang. sed postea non: dic, ut per eum.

In glo. io verbo, Matrimonium. Glossa exponit. i. effectũ matrimonii: Tu intelligas simpliciter: cùm enim cõiunctio maris & fœminæ io diffinitioẽ matrimonii ponatur, ut geous, dicendum est ipsum matrimonium esse illam couiunctionem, oon autem coniunctionem esse effectum matrimonii, cùm (ut dictum est) quamuis hodie matrimonium consensu, noo cõcubitu fiat, hoc intelligeodum est, si simpliciter contrahatur, sed vt perfectum sit matrimoniom, necessaria est ipsa coniunctio, vt diximus suprà: quinimo si ad hoc, vt noo possit dissolui matrimonium. & sic ad hoc, vt habeat illam indiuiduam vitę coosuetudinem, exigitur commixto corporum, nõ possumus dicere sine ea esse matrimonium saltem perfectum, quod nihil aliud est, q̃ coniunctio illa, quæ indiuisibilẽ uitę coosuetudinem continet. vt. ꝭ. de pa. pote. in prin. Est enim copula, quæ perficit matrimonium, & facit illud iodiuiduum. c. Verum. de cõuer. coniug. & hinc est, ꝙ ecclesia nõ separat, oec dispensat io matrimonio cõsummato per copulam, vt late Ripa. lib. ij. Respon. de rescrip. c. j. & ij. Soz. coosi. 28. lib. j. Deci. consil. 112. circa fin.

18 In ea. glo. ibi, Et sic nota. Verum est, ꝙ diuersis respectibus matrimoniũ potest dici esse diuersorũ iurium, habito respectu ad diuersa. Si enim originẽ inspicimus, cùm ab instinctu illo naturali procedat, potest dici de iore naturę, prout autem postea receptum est ab hominibus, & moderata illa coniunctio maris & fœminæ, quę brutorũ in morem passim & temere fiebat, & propter filiorum iocertitudinem redacta ad certas mulieres, potest dici de iure gentium: Si verò formam ipsius matrimonii, soleonitatum, ac quarnodam nuptiarũ prohibitionem inspicimus, potest dici de iure ciuili, quo iure prædicta inueota suot: si prohibitionem certorom graduũ, de iure diuino. c. Literas. de resti. spolia. si formam verborum, de iure canonico. Vnde in hoc est aduertendum, ꝙ tunc potest dici matrimooium de iure naturæ, quando coniunctionem inspicimus, & de iure ciuili, quando formam & solẽnitatem, & sic de cęteris, ideo nõ absolutè & simpliciter, sed habito respectu ad id. de quo tractamus.

In ea. glo. in fi. Dic, ꝙ hæc gl. benè dicit, ꝙ matrimonium hodie potest dici de iure ciuili, eò quia à iure ciuili addita est forma & solennitas, & prohibitio, & hęc
gl. melios loquit, q̃ gl. in d. l. Ius ciuile. quæ sponsalia in
19 telligit esse de substãtia matrimonii, qđ † falsum ẽ, cùm
possit & sine eis matrimoniom fieri gl. l. i. ff. de sponsa.
Item dum uidetur uelle, ꝙ consensus de pręsenti sit de
iure ciuili: nam in otroq; gl. illa malè dicit, cum consen
sus iuris naturalis sit. l. i. ff. de pactis.

In glo. in uerbo, Et educatio. Dic, vt dixi io notabilibus, & dum. gl. alleg. tex. in d. l. Scripto. in fi. illa lex oon facit ad hoc, ad quod allegatur: loquitur enim, ut uotũ naturæ sit commune & pareotum, ot in bonis eorum succedãt filii, hic verò agit de alimentis: sed gl. decepta forsan fuit, quia putauit illum tex. loqui de legitima filiis debita, de qua eadẽ ratio habetur, quæ & de alimentis, sed ille tex. loquit generaliter in hæreditate vniuersa, vt patet ex eius uerbis ibi, Cùm parentes ad boa liberorum &c.

In glo. ibi, Et ad hoc etiam tenetur parens. Hæc uerba in aliquibus exemplaribus Accorsii ooo habeotur,
20 facit tex. in l. fi. ff. de libe. agno. & ex ea habetur, ꝙ quan
do filius potest aliunde se alere, pręsertim ex aliquo ar
tificio, non est alẽdus à patre: quod intellige, si illud ar
tificium honestum sit, & possit s̃m qualitatem persona
rũ honestè exerceri. l. Nepos Proculo. ff. de uerbo. signi.
21 & ita declarat Bar. in d. l. Siquis à liberis. Non † tamen
qood alias dicebam, ꝙ vsq; adeò uerum est, ut parentes
ad alendos filios teneatur, ꝙ hoc onere nõ liberentur,
etiam si legitimam illis assignauerint, tex. est in l. Libertus
qui operarũ. ff. de ope. lib. Alex. in l. Si cum dotem. §. 1.
ff. solu. matrimo.

## §. IVS AVTEM CIVILE.

1 *Populus quiliber potest sibi condere ius ciuile, & quando, & quo modo.*
2 *Pat. a impositio spectat ad habentem iurisdictionem.*
3 *Statuta, q̃ sibi quisq; populus facit dicũtur ius ciuile.*
4 *Ius ciuile quid sit.*
5 *Relatiuum quis uel qui an, & quando restringat, uel declaret.*
6 *Lex* } *differunt.*
7 *Consuetudo.*
8 *Copula ponitur inter diuersa.*
9 *Iuris communis appellatione an ueniat ius gentium, uel Romanorum.*
10 *Statutum, ꝙ in casibus non decisis recurratur ad ius commune, intelligitur Romanorum.*
11 *Ius ciuile unde dicatur.*
12 *Ius gentium est ratione naturali introductum.*
13 *Ius gentium apud omnes gentes pariter seruatur.*
14 *Testamentum factum ab Italo in Numidia uel in Babylonia coràm duobus testibus ualet.*
15 *Populus Rom. usus est partim proprio, partim communi iure.*
16 *Materiæ non sunt confundendæ.*
17 *Lex in dubiõ intelligitur secundum materiam tituli.*
18 *Ius ciuile an, & quando comprehendat Prætorium.*
19 *Vsucapio tollit potius ius gentium, q̃ naturale.*
20 *Vsucapio ratione naturali introducta est.*
21 *Cessante causa cessat effectus.*
22 *Religio erga Deum* }
23 *Obediẽtia erga patriã & parẽtes* } *sunt de iure gentiũ.*
24 *Defensio suiipsius.* }
25 *Patria preferenda est parentibus data pari necessitate, & quando.*
26 *Filius sciens periculum imminere patri, & desciens, uel non reuelans, punitur vt parricida.*

Diuiditur

Diuiditur in quatuor partes, vt alias diximus. In prima ponitur distinctio, ꝙ oēs
populi aut proprio inre vtuntur, aut com
muni oīum gentium, In secunda declara-
tur quid sit ius proprium: In tertia quid
cōe & gentium: In quarta dicitur, ꝙ Po. Romanus vtro
que iure vsus est. secunda ibi, Na quod, tertia ibi, Quod
verò, quarta ibi, Et populus.

Casus literaliter figurat potius per modum cōtinua
tionis: cum enim videndū esset de tribus his iuribus, &
visum iam esset de naturali, sequebat̃ videre de iure gē-
tium: & ciuili: & cum hæc iura sint communia hoibus
tantum, non videbantur in noīe diuersificanda sm̃ esse
eiusdem speciei: Cuius contrariū decidit̃, & dr̃, ꝙ diuer
sa sunt, diuersitas aūt sumitur ab origine, declarando, ꝙ
qñ ius apud oēs gentes peræq; obseruatur rōne quadā
naturali, tunc est ius gentium: qñ vero ex dispositione
particulari huius vel illiꝰ ciuitatis, quod ius ex moribus
diuersarū ciuitatū etiā in se diuersificatur, illud appella
tur ius ciuile, quasi ius illius ciuitatis: & quia de iure
Romanorum tractandū erat, subdit Po. Ro. partim suo
proprio iure, partim communi vsum esse.

Sūmatur vt alias dixi. Quilibet populꝰ aut iure à se
sta tuto vtit̃, quod dicitur ius ciuile, aut cōmuni homi
num naturali ratione introducto quod ius gentium vo
catur: & Po. Ro. vtroq; vsus est h. d. & sumitur hic tex.
ex l. Omoes popnli. ff. eo. titu.

1 Primò not. ꝙ oēs † populi possunt sibi condere ius ci
uile, & sic statuta: & qm̃ hęc materia latè tractatur per
Bar. in l. Oēs populi. ff. eo. & eius Repet. impertinenter,
quinimmo contra pręcepta Imperatoris. s̄. ti. i. §. His igi
tur, trāsplantatur & transfertur per Io. de Pla. & Ang. in
hunc locum, ideo vos omissis superfluis dicatis, ꝙ qui-
libet populus non carēs iurisdictione potest facere sta-
tuta. l. i. C. de eman. lib. l. Vt gradatim. §. i. ff. de mune. &
hono. & intellige statuta etiam iuri cōmuni cōtraria: fa
cit tex. in l. Ius pluribus. ff. de iusti. & iu. ibi, In quacūq;
ciuitate, cum non quælibet ciuitas haberet iurisdictio-
nem. l. Si duas. §. j. ff. de excu. tuto.

Hoc tñ non procedit, si princeps est pręsens: nā hoc
casu exigitur eius cōfirmatio, vel licentia, Bald. in l. Hu-
manum. in. 3. not. C. de legi.

Itē etiā non procedit quòad impositionē pœnæ, Nā
2 non † hñtes iurisdictionē nō pñt imponere pœnam vio-
lantibus statuta: quia pœnę impositio spectat ad hñtem
iurisdictionē c. Sine de coniugij. §. In hoc. 33. q. 2. Ang.
& Alexan. in l. j. ff. si quis ius di. non obtemp.

3 Secundò not. ꝙ statuta, q̇ sibi † quilibet populꝰ facit,
dñr ius ciuile, ita probat iste tex. ibi, Vocaturq; ius ciui
le, & tex. in d. l. Oēs populi. ff. eo. ti. Alibi dixit Cic. ī To-
4 picis, ꝙ ius ciuile est † æquitas cōstituta ijs, qui eiusdem
ciuitatis sunt ad res, suas obtinēdas. Est enim ius ciuile
ius quoddam locale, ex vsu, necessitateq; rerum latum,
quo loco circunscribit̃, & supplendis ijs, quibus cuiq;
loco opꝰ est, destinat̃, & tollit ea, quę illi loco nocitura
essent, vt hic scribit Theophilus, ponens exempla legis
Lacedęmoniorum & Atheniensiū. Et hinc est, ꝙ Arist.
dicebat lib. 3. c. 6. Politico. & lib. 4. c. i. ꝙ hoc ius est ac-
cōmodatum loco, tempori, naturęq; personarum.

Tertiò not. ibi, Oēs populi, qui legibus & moribus
5 reguntur, sm̃ gl. hic in verbo, Legibus, ꝙ † relatiuū quis
vel qui ponitur restrictiuè: quæ intelligentia reproba-
tur per oēs tam hic, q̄ in d. l. Omnes populi. ratio autē,
quare reprehenditur, est, quia dicūt, ꝙ qñ qualitas adie-
cta p relatiuum cōpetit cuilibet de genere cui adijcit̃,
non ponit̃ restrictiuè, sed declaratiuè, & ita nec auget,
nec minuit, prout est natura declarationis l. Hęredes
palàm. §. Sed & si notam. ff. de testa. l. Adeò. §. Cum quis.
ff. de acqui. re. domi. at nullus est populus, qui non le-
gibus, vel moribus regatur vt ipsi præsupponunt, meri-
tò ista qualitas, quæ adijcitur per relatiuum qui, decla-
rationem inducit non restrictionem: & quamuis commu
nis omnium resolutio hæc sit quò ad tex. nostrum, di-
cantq; Docto. hanc gl. improuidè locum fuisse, mihi
videtur, ꝙ glo. optimè saluari possit, quia Doct. in repre
hendo hanc gl. præsupponunt illud, quod disputatur.
Vt enim cognoscamus, an relatiuum (qui) in hoc tex. re
stringat, necesse est ex doctrinis eorum videre, an com-
petat cuilibet de genere, & ad videndum hoc necesse
est cognoscere, an aliqua gens sit, vel aliquis populus,
qui nec legibus, nec moribus regatur, & hoc est, quod
præsupponūt Doct. pro constanti, ꝙ nullus inueniatur
populus talis: gl. autem præsupponit contrarium, vt pa
ret. j. in gl. in verbo, Legibus & ideo quæstio potius est
facti, q̄ iuris, & cum hodie repertæ sint plures gētes ac
populi, qui nullis patrijs institutis regunt̃, vt scripserūt
qui noui huius orbis situm atq; hominum mores me-
moriæ mandarunt: ergo possumus dicere, ꝙ etiam rela
tiuum possit hic stare restrictiuè: Benè verum est, ꝙ re-
gula tradita per Doct. vera est, ꝙ si qualitas adiecta per
relatiuum cōpetit cuilibet de genere, stat declaratiuè:
si nō competit, stat restrictiuè. l. Ea tñ adiectio. ff. de le-
ga. iij. nam ibi oia, quæ habebat testator, non erant para
ta gratia vxoris, & ideo illa verba, Quæ vxoris gratia pa
rata sunt legatum restringunt: & hæc vera sunt, nisi ad-
iecta esset copula, vt probatur in d. l. Ea tñ adiectio. pu-
ta, si dictum sit, lego vxori oia ornamenta & quæ eius
causa parata sunt, nam veniunt in legato parata gratia
vxoris, etiam quę ornamentorum appellatione nō con
tinerentur. & hæ sunt principales doctrinę, quę in hac
materia traduntur.

6 Quartò. not. ibi, † Legibꝰ & moribus, ꝙ differunt lex
7 & cōsuetudo. † Natura enim copulæ est copulare diuer
8 sa, vt est gl. quę semper † allegatur ad hoc in rub. ff. de iu.
& fa. igno. tradit Decius in c. Maioribus. de prębē. q̄uis
enim eandem vim habeant lex & consuetudo. l. De qūi
bus. in. fi. ff. de legi. tamen in modo introducēdi diuersa
sunt, vt dicemus inferius in §. Constat eo. tit.

Quintò not. ꝙ omnes populi partim suo proprio iu
re vtuntur, partim iure gentium. concor. tex. in d. l. Om
nes populi. vnde hic sumitur.

9 Sextò Not. ibi, Partim cōi omnium hominum, ꝙ † ap
pellatione iuris communis venit ius gentium, quod no
ta. non benè sumitur ex hoc tex. iudicio meo. Nō enim
hic dicitur simpliciter appellari ius commune sed ius
commune omnium hominū, illa enim adiectio) oīum
hominū) ostendit ius cōe ipsius gentibus, hodie enim
iuris communis appellatione venit ius cōe Romano-
10 rum. Et ideo si statutum † diceret, ꝙ in casibus nō deci-
sis recurratur ad ius commune intelligitur de iure Ro-
manorum, vt tradit Alexan. post alios in d. l. Post dotem.
colū. ante penul. ff. solu. matrimo. Decius in c. Licèt cau
sam. colū. iii. de probatio. & in statuto Pisano ita consu
luit Decius in consilio. 469. in fin.

11 Septimò not. vnde dicatur ius ciuile, & quare. † Dici-
tur enim ius ciuile, quasi ius proprium illius ciuitatis,
de quo dicetur in glo.

12 Octauò not. ꝙ ius gentiū † naturali rōne introductū
est, & quamuis aliqua uideantur introducta à iure gen
tium contrà naturalem dispositionem ac rōnem, tñ in
spectis moribus hominum nihil iam contrariū iuri na-
turę introductum est à iure gentium, quod non natu-
rali ratione introductum fuerit, ut dicemus inferius
in §. Ius aūt gētium. Est. n. quodlibet ius siue gentium,
siue ciuile, aliqua naturali ratione fultū, quamuis & ius
hoc gentium secūdum, & ius ciuile facto potius homi-
nis nitatur, q̄ ratione naturę.

13 Nonò not. ibi, Pereq; custoditur, † ꝙ ius gentiū apud
omnes

oẽs gentes æqualiter seruaꝛ̃,& iden per hunc tea.respõ 14 dit alias Bal.de facto consulius ꝙ†testamentum factũ i Nnmidia à quodam Italo cũ duobus teslibus valebat, quamuis. vij. adhibi non essent quia cùm non docere tur de aliquo particulari iure illius loci debebat ius gẽ tium seruari,quod seruatur peræq;, ẽm quod ius in ore duorum stat omne verbũ. ita idem refert se respondisse in l.Ius ciuile.ff.eo.& alias idem Bal. idem respondit in testamenro cuiusdã Anconitani facti cum duobus testi bus in partibus Babyloniæ,vt idẽ refert.in l.ij.C.quem admodũ.testa. ape. & quia in contrarium solet allegari Bar.in l. Qui à larronib⁹.ff.de testa. qui videtur velle, ꝙ testandum sit ẽm ius ciuile Romanorũ, tñ quia non est materia huius loci,dicatis,ꝙ Corne.in d.l.ij.tenet con tra Bart.Laborat tñ pro cõcordia Io.Bap.i repeti.l.Omnes populi.ff.eo.col.iij.& ibi videndum est.

15 Decimò not.Populũ Ro.vsum † fuisse partim iure gẽ tinm, partim iure proprio , vt alij etiam popnli: qnod patet.ex ijs,quæ habenetur in l.Ea hoc inre.ff. eo.tit.

Vltimò not.ibi,Quæ singula qualia sint suis locis ꝓ- 16 ponemus,ꝙ† materiæ nõ sunt confundendę, sed quęli bet tractanda est suo loco:solet ad hoc allegari tex.in l. Imperator.ff.de in diẽ adiec.qui tea.potius allegandua 17 est ad hoe,†ꝙ lea snb aliquo titulo & tractatu posita in dubio intelligitur loqui de materia illi⁹ tituli , quod di xit gl.in l.fi.in princ.in verbo,Posse. ff.decondi.inde.

In glo.in verbo , Diuiditur.Glo.exponit diuiditur, idest vnum ab alio cognoscitur : Tu dic potius diuiditur.i.distinguitur.

In glo.in verbo,Legibus.Dicit gl.quosdam populos esse,qui solis moribus regũtur, quosdam solis legibus, quosdã nec moribus,nec legib⁹,vt homines syluestres. Quãuis hæc gl.vt diai in not.reproberur cõiter per Docto.hic,& in d.l.j.Omnes populi.tñ porest exẽplificari in §.Ea nõ scripto.ĩ.eo. vbi dr̃ Lacedęmones moribus viaisse,Athenienses scriptis legibus: de tertio aũt mem bro potest poni exẽplum in hoc nouo orbe. vt diai in not.Cùm ergo tex. possit intelligi de illis populis , qui vtroq; iure reguntur moribus.s.& lege,nõ inconuenit, ꝙ relatiuum ster restrictiuè, eùm reperiantur aliqni po puli.qui solis legibus , aliqui qui solis moribus, aliqui qui neutris vrunitur.

In glo.Communi dic potius eo iure , quod naturali ratione inter omnes gentes peræq; custoditur , vt dicit tea.in versic.Quod verò.

In gl.Ius ciuile. Dic,vt alias diximus , ꝙ quãdoq; ius 18 ciuile† strictè ponit,& ponitur ad differentiam Prætorij,quandoq;largius,& comprehendit Prætoriũ, & omne illud ius,quod à populo Ro.quoquo modo constitutum est , quãdoq,largissimè , & capitur pro naturali vel gentium recepto à iure ciuili, siue simpliciter receptũ sit,siue aliquid additum,vel mutatum, & ita probatur.in l.Ius ciuile.ff.eo.

In ea gl.in prin.Glossa benè declarat,ꝙ hic ius ciuile ponitur ad differẽtiã turis naturalis vel gentiũ : sed lea municipalis,de qua in d.l.j.C.de emen.libe. non dr̃ ad differentiam iuris gentium, sed ad differẽtiam iuris communis Romanorum . Municipale enim ius dr̃ priuatum ius cuiusq; ciuitatis,quod quamuis possit appellari ius ciuile illius ciuitatis, puta , ius ciuile Mutinensium,tñ ita distinguitur ad differentiam vniuersalis iuris ciuilis Romanorum.

In ea glo.ver.Secundo modo.Dic,ꝙ ille tex. non magis intelligitur de legib⁹.xij. tabularum , q̃ de vniuerso corpore iuris ciuilis,cùm dicat, Hoc igitur ius nostrũ: totum enim corpus iuris ciuilis amplectitur,quãuis gl. ibi,& malè referat tantùm ad leges.xii.tab.

In ea.glo.ibi,Quintò quicquid scriptũ.Melius põderasset glo.illũ tex.dum dicit,Proinde nec iuris quidem ,, professoribus ius dicent: qui enim profitentur ius ciuile,omnes eius partes profiteri necesse est.

In ea.glo.ibi,Vel detrahitur iuri naturali,vt in vsucapionibus.Hæc gl.malè loquitur: dicere enim ꝙ per vsucapiones est detractũ iuri naturali,nihil aliud est dicere q̃ ꝙ dominium esset de iure naturę,quo dñs per vsucapionem de iure ciuili priuaꝛ̃ : quod est falsissimũ , eùm dominia distincta fuerint de iure gentium l. Ea hoc iure.ff.eod.titu.& ita glossam reprehendunt Doct. in d.l. 19 Ius† ciuile.Nam vsucapio ipsa & ꝓscriptio tollit potius ius gentium secundarium,quo dominia fuerunt distincta,q̃ naturale, secundùm quod nõ dabatur meum,nec tuum d.l. Ex hoc iure.quinimmo ad vnum aduertaris, 20 ꝙ† imo vsucapio & ꝓscriptio rõne & æquitate naturali suadẽte introducta est , & hoc est, quod dicit tex.in l. j.ff.de vsucap.bono publico introductam esse vsucapionẽ:q̃uis enim naturali rõni aduersetur, vt quis locupletetur cum aliena iactura.l.Nam hoc natura ff.de condi. inde.tñ ad remouendas lites,& ne rerum dominia semper essent in incerto , inuenta est vsucapio , ne semper hoies de rerum dominio inter se contenderent : cùm enim oia præcepta tam naturalia, ꝙ ciuilia,ad hoc vnũ maximè tendant.s.ad bonum, totı⁹ vniuersi, quãuis ad hoc bonum , & ad conseruationem totius cõueniat neminẽ cũ alieno dãno locupletem fieri d.l. Nam hoc natura.tñ hoc non conuenit, qñ rerum dominia remanerent in confuso, quia confusio bonorum paci & cõcordiæ hoium aduersatur: finis aũt oium legũ est,vt in pace viuatur,vt patet in proœ.Gregoriano in princ.vnde cùm ipsa vsucapio introducta fuerit rõne concordiæ & pacis habendæ inter hoies, qui finis est oium legum , & ẽm naturalem rõnem propter illam cognationem, quã inter nos natura genuit.l. Vt vim. ff.eo. ideo meritò dr̃ bono publico introducta , nec rõni naturali aduersari , sed eum ea conuenire. Fuit enim expediens propter pacem & concordiam habendam inter hoies,vt statueretur certus terminus, infra quem qui res suas nõ cognoscerent,earum dominium amitterẽt:& ideo non est dicendum,ꝙ vsucapio ipsa sit introducta contrà naturalẽ æquitatem, quia illa æquitas naturalis, qua nõ licet aliquem cum alterius dãno locupletem fieri,tendit ad bonum publicum,& ad debitum finem conseruationis pacis,& concordiæ inter hoies , & ipsius humani generis sed hæc rõ cessat , quia in casu vsucapionis aliter expedit ad bonum publicum & cõseruationẽ ipsius pacis, 21 & ideo † cessante causa cessat effect⁹.l. Adigere.§.Quãuis.ff.de iu.patro.c.Cùm cessante.de appel. & ideo non est dicendum,vt dicit gl. vsucapionem esse contrariam iuri naturę,sed immo naturali æquitati ac rõni maximè conuenire , & saluatio Christophori hic nihil valet , vt per se quilibet cognoscere porest.

In gl.in verbo,Naturalis ratio.Dic,ꝙ in §.Singulorũ. probat quod dicit gl.in illis verbis, Quod cum ipso genere humano rerum natura prodidit. Intelligitur enim ille tea.de illa rõne naturali,quę insita est animis oĩum : quod aũt gl.subdit:ꝙ ideo est immutabile per tex.in d. §.Sed naturalia.quamuis aliqui glossam reprehendant: Vos dicatis,ꝙ glo.benè dicit,quia ille tex.in §. Sed naturalia non loquitur de iure naturali , sed de iure gentium,vt patet in illis verbis , Quæ apud omnes gentes peræq; obseruantur.

22 In glo.in verbo,†Vtuntur.Glossa exemplificat ius gẽ 23 tiũ in religione erga † Deum, in obedientia parentibs, 24 & patrię , necnõ † in defensione.Hæc enim oia de iure gentium sunt,cùm cõi opinione in hæc consensum sit, vt inquit Quintilianus lib.v.c.x.Deos esse, præstandãq; pietatem parentibus. Addit hic Theophilus complures ,, leges iurisgentium, Inquit enim , Exempla autem eius ,, sunt cędes vetari , adulterium puniri , furem pecunia

mul-

„ mulctari,qm & in pecunia nos lædit. vt debitor memo
„ rem se ostendat beneficij & gratum aduersus eum, qui
„ in rebus angustis necessitati ipsius succurrit, vt seruus
„ domini iussis, quæ lex non prohibet,dicto sit audiens,
„ vt contractus celebrentur,donationes fiant,testamen-
„ ta conscribantur.Et dum Ang.primò ponit,cui potius parendum sit,an patriæ vel parentibus,& communiter Doct.concludút,q data paritate terminorum, & sic pa-
25 ri necessitate patriæ & † parentum,tunc patria præferenda esset,tex.est in l.Postliminium.§.Filius.ff.de capti.& postli.re.l.Minimè.ff.de reli.& sump.fune.tradit Soz. consi.35.col.fi.libro.j.quod intellige verum, quàdo verteretur commune periculum vtriusq;,q si de commo-de pecuniario ageretur,patri potius,q patriæ ferre opē filij tenerentur,l.pen. vbi hoc notatur.ff.de posthu. In
26 quo vnum aduertendum est, q † filius deferens in periculo patrem, vel sciens patri imminere periculum, & non reuelans,punitur vt parricida.l.Vtrum.ff.ad l.Pompeiam de parri.

In gl.in verbo,Suo. Dic generaliter suo iure.i.à se cō posito,nō pro se,Ius enim ciuile est,quod populus Ro. pro se & imperio suo statuit, sine lex sit generalis,siue alia pars.§.Constat.j.eo.& in hoc non est difficultas.

In glo.Quæ singula. Prima opi.glossæ & declaratio vera est propter illa verba (suis locis) & ita dicas quò ad sequen.glos.quæ in se claræ sunt.

§. SED IVS QVIDEM.

1 *Solonis &* } *leges, & qui fuerunt.*
2 *Draconis* }
3 *Quirites unde dicti.*
4 *Ius ciuile ab unaquaq; ciuitate nomen accipit.*
5 *Iuris ciuilis appellatione in dubio uenit ius ciuile Romanorum.* (minis.
6 *Aduersatiuæ naturæ est aduersari retēctis ijsdē ter-*
7 *Intellectus nouus ad.§. Sed quoties. Insti. de iure nat. gen.& ciui.*
8 *Iuris appellatione de quo intelligatur.*
9 *Compromissum factum de iure,de quo intelligatur.*
10 *Aequiuocū uerbū intelligitur in suo potentiore signi-*
11 *Dignius &* (ficatu.
*Potentius si concurrant,præfertur potentius.*
12 *Legatū factū ecclesiæ intelligitur de princip.aut ecclesiæ.*
13 *Nostrum ius dicimus,quamuis à nobis statutum non sit,si ei authoritatem præstitimus.*
14 *Antonomasia &*
*Excellentia præstat argumentum, vt de eo, quod excellentius est,in dubio intellectum putemus.*
15 *Vrbis appellatione uenit Roma.*
16 *Magistratus appellatione ueniunt Prætores.*

Diuiditur in duas partes, inprima dicitur, q ius ciuile denominatur, ac nomen speciale recipit ab vnaquaq; ciuitate condente. in secunda ponit, q in dubio appellatione iuris ciuilis venit ius ciuile Romanorum.secunda ibi,Sed quoties.

Summatur, Ius ciuile denominatur à populo condēte, & iuris ciuilis appellatione venit ius Romanorum per excellentiam.h.d.

Casus:dictum fuerat,q vnaquæq; ciuitas poterat sibi ius condere, & q ius illud ciuile appellabatur,Quæsitum fuit,an in iure ciuili esset particularis aliqua appellatio:dubium faciebat,quia cum esset positum ad differentiam iuris gentium, quod vno vniformi nomine appellatur, videbatur idem censeri de iure ciuili.l. Nam hoc iure.ff.de vulg.& pup.eulus contrarium deciditur. videlicet, q ius ciuile denominatur à qualibet ciuitate illud cōdente:ratio autem differentiæ inter ius ciuile, & gentium est ex eo, quia cum illud sit ius gentium, quod apud omnes gentes perinq; custoditur, non potest esse nisi vnicum, cum omnes gentes amplectatur: At ius ciuile,quod diuersificatur sm diuersitates dispositionum à singulis populis factarum,meritò distinguitur per nomina ciuitatum & populorum,à quibus conditur: Sed tunc in secunda parte fuit dubitatum, quid si iuris ciuilis facta sit mentio absq; alia adiectione ciuitatis vel populi,à quo est cōditum,de quo intelligendum sit, & quia debemus præsupponere casum, in quo nulla particulari coniectura ducamur ad interpretandum magis de vno,q de alio,videbatur eadem interpretatio capienda, quæ capitur in alijs verbis æquiuocis l. Duo sunt Titij.ff.de testa.tute. vbi dispositum inualida tur propter incertitudinem :,tamen deciditur contrarium,q per excellentiam & antonomasiam intelligitur de iure ciuili Romanorum, quia alijs coniecturis cessantibus coniectura excellentiæ facit,vt interpretemur disponentem de eo sensisse.

In tex.ibi,Na siquis velit Solonis aut Draconis leges
1 appellare.Solon Salaminus † vnus ex septem Græciæ sapientibus floruit Athenis regnante Romæ Tarquinio Prisco.Is, cū plebs Atheniensium cum Senatu contenderet,tanta cum prudentia atq; æqualitate leges composuit, vt sedatis dissensionibus parem gratiam apud vtrosq;nancisceretur.Is moderatus est Draconis leges, viri quidem optimi ac summæ prudentiæ, iurisq; diuini & humani peritissimi, qui primus oium leges Athe-
2 niensibus † dederat, quæ acerbiores videbantur, q par esset,& ideo tacito consensu illius populi obliteratę & abrogatæ sunt habetur apud Gelliū lib.xj.c.18.
3 In tex.ibi,Vel ius † Quiritū,quo Quirites vtūtur,Romani enim à Romulo, Quirites à Quirino appellātur. Ius Quiritum dictum est ius Romanorum, quia Romani Quirites appellantur à Quirino.i. Romulo, qui qua ratione Quirinus appellatus sit, non satis constat. Ouid.in Fastis.

Siue q hasta quiris priscis est dicta Latinis.
Bellicus à telo venit in astra Deus,
Siue suo Regi nomen posuere Quirites.
Seu quia Romanus vicerat ille Cures.

Sunt qui dicūt ideo Quirinum dictum esse, quia Greci Regem κύριον appellant, notissimum.n. est Romanos tunc temporis Græcos ferè fuisse.Nonnulli dicunt Quirinum à patre Marte denominatum : siquidem Romani tranquillum ac minimè sæuientem Martem, Quirinum appellabant, sæuientem verò, Gradiuum:ab eo & collis Quirinalis dictus est, q ibi tēplum eius esset, & porta quirinalis, q prope Quirini sacellum esset,vel q per eam in collem Quirinalē iretur, & quirinalia sacra quæ Quirino fiebant.vt apud Ciceronem lib.2.epi. ad Q.Fra.legitur, comitialibus diebus, quæ quirinalia dicuntur. Liuius tamen alia ratione dictos fuisse Quirites tradit,dum loquitur de pace facta cum Sabinis : Inde (inquit) ad fœdus faciendum duces prodeunt, nec
„ pacem modò, sed ciuitatem vnam ex duabus faciunt,
„ regnū consociant, imperium omne cōferunt Romā:
„ ita geminata vrbe, vt Sabinis tamen aliquid daretur, Quirites à Curibus appellati.
4 Not.primò,q iª ciuile ab vnaquaq; ciuitate nomē recipit. Ius enim ciuile Romanorum dicitur, Atheniensium,Florentinorum,& Ferrariensium.

Secundò not. vnde Romani dicti sint, & vnde Quirites:quamuis non desinit,qui Romam primùm appellatam fuisse dicant à Roma nobilissima captiuarū, cuius suasu structum fuit oppidum,dū Troia capta, quidem ex

ex Achiuis in ea loca, vbi nunc Romá est, per Tyberim deueniſſent.

5 Tertiò not. q † appellatione iuris ciuilis in dubio itel ligitur de iure ciuili Romanorum: & ita debet intelligi hic tex. quamuis à pluribus allegetur., q appellatione iuris in dubio ius ciuile interpretamur: nam hoc non dicitur in isto tex. sed benè, q appellatione iuris ciuilis ius ciuile, Romanorum intelligitur per excellen-
6 tiam: quod † etiā probari potest ex illa aduersatiua (sed) quæ facit, q intelligantur retineri ijdem termini, dicit Alexan. in l. Filius a patre. ff. de libe. & posthu. & ideo cùm proximè soprà dictum sit de iure ciuili, necessariò verba sequentia de iure ciuili intelligēda sunt. Præterea verba sequentia hoc apertius demonstrant, dum dicit, Quoties non addimus nomen, cuius sit ciuitatis, & sic quando dicimus ius ciuile simpliciter sine adie-
7 ctione, putat † Romanorum, vel Atheniē. & hic est verus intellectus huius tex. vt verba ipsa manifestè demonstrant: Ex quibus cessant oēs alij intellectus Doctorum traditi ad hunc tex. & in primis intellectus Abbatis in rubrica de consue. dum vult, q iste tex. intelligatur, qñ nomen iuris in vna tm̄ specie debet verificari, quia tūc in potiori significatu debet intelligi de iure communi Romanorum, secus esset, quando simpliciter & absolutè fieret mentio iuris: nam iste intellectus est falsus ad húc tex. vt patet ex verbis, pōderatis superius, nisi intelligendo, prout suprà intelleximus nos, quando fit mentio de iure ciuili: siue enim simus in casu, i quo in vna tm̄ specie verificari possit, siue i pluribus, ius ciuile per excellentiam intelligitur Romanorū secus si fiat mentio iuris simpliciter: de quo articulo dicemus inferius Nec alius intellectus Abbatis in d. rubric. & Cardinalis Alexandri. in c. Ius generale. i. distin. & Deci. in c. Licet causam. in ij. noi. & Gommesij. J. de actio. in princ. col. xviij. possunt sustineri propter verba tex. quia (vt dixi) æquiuocant ipsi, quia illa verba, Sed quoties non addimus nomen, nō intelliguntur, quando non addimus nomen iuri simpliciter, sed qñ non addimus nomen iuri ciuili: & huic nostro intellectui astipulatus hic Theo
„ philus, q hæc verba trānsferens ita expresse dixit, Cùm
„ verò quis indefinitè ius ciuile dicit, nō addito cuiusnā ciuitatis, Romanum significat.

8 An autē appellatione † iuris simpliciter intelligatur de iure ciuili Romanorum, vel de quo, vide quę ponit Deci. in d. c. Licet causam. & pro resolutione dicendum
9 est, q † si causa committatur de iure, vel in arbitros cōpromittatur, vel aliter iuris mētio facta est, debet intelligi de illo iure, quod i loco illo pręualet, & ideo si ius commune à statuto sublatum sit, de iure statutario est intelligendum, quia illud ius est, quod obseruatur in loco Bal. in l. Cùm venissent. ii. col. de eo qui mitt. in poss. cum si. vt per Iaso. in l. Omnes populi. in iij. col. in lectura. ff. eo. & ibi Caccialu. col. j. in ii. nota. Ias. in l. Pręscriptione. C. si contra ius vel vti. pub. versic. Adde, q est alia. q. Abb. in c. j. in prin. vt lite pend. Ferdi. Loazes. ī. titu. j. fol. 9. in j. colum. & ita teneatis ratione potentioris significatus.

10 Quartò not. q † verbū ęquiuocum intelligitur in suo potentiore significatu & digniori sm Chrillo. hic: allegatur ad hoc tex. in l. i. §. Qui in perpetuum. ff. si ager
11 vecti. vel emphy. peta. in l. Quæritur. ff. de sta. homi. sed ex illo tex. in l. Quęritur. potius elicitur, q quando concurrunt dignius & potentius, illud quod est potētius, digniori pręfertur, nam ibi sexus masculinus dignior est, & tamen potentior sexus attenditur.

12 Ex hoc infert Io. Fa. hic, q † legatum factum ecclesię simpliciter intelligitur de principali, de quo, quia non est materia pertinens, remitto me ad dicta Doct. hic.

In glos. Sic enim. Dic, q est intelligendum generaliter pro oi iure, qđ à pp̄lo Romano statutū vel receptū est, siue pro se, siue pro subditis, ut diximus in pręced. §.

2. In glo. in uerbo, Quinto. Dic, ut diximus in tex.

In glo. Ciuitatis. Ex hac glo. not. est intellect⁹. ī. traditos per nos, videlicet, q hic tex. intelligendus est, qñ est facta mentio iuris ciuilis, non iuris simpliciter.

13 In glos. Nostrum not. q nostrum dicitur, quamuis à nobis non sit statutum, si authoritatem ei pręstitimus. l. ii. C. de uet. iu. enu.

14 In glos. fin. Dic, quòd hoc intelligitur per antonomasiam, ut ex tex. nostro exemplificat Alcia. lib. 4. de Verb. sign. sicuti etiam urbis appellatione Romam intelligimus, & in §. Ita in ciuitate in l. il. ff. de orig. iur. magistratus appellatione Pręτores per antonomasiā dicūtur, & iurisdictio Pręτoris tribonalia eadē figura significat. l. Stipulationum. la secunda. §. Prætoriæ. ff. de uerb. obli.

### §. IVS AVTEM GENTIVM.

1 *Ius gentium omni humano generi commune est.*
2 *Ius gentium non est posterius iure naturali.*
3 *Ius gentiū nō omne fuit ab ipso initio generis humani.*
4 *Bella orta sunt de iure gentium, & de quo.*
5 *Captiuitates }*
*Seruitutes } introductæ sunt de iure gentium.*
6 *Seruitutes, quæ dicuntur esse contrà ius naturale, dicendum est, q sunt contrà ius gentium.*
7 *Libertas hominū nō est de illo iure naturæ, quod commune est bestijs, sed de eo, quod commune est solis hominibus, & sic de primo iure gentium.*
8 *Ius gentium non potest esse contrariū rationi naturali.*
9 *Homines omnes ab initio liberi nascebantur.*
10 *Contractus ferè omnes introducti sunt de iure gentiū, & quando.*
11 *Emptio }*
*Venditio } sunt de iure gentium.*
*Locatio }*
*Conductio }*
12 *Depositum est de iure gentium.*
13 *Tex. in c. Ius naturale. i. distin. confundit ea, quæ sunt iuris naturalis, cum ijs, quæ sunt iuris gentium.*
14 *Ex denotat causam immediatam.*
15 *Statuta variantur secundùm necessitates hominum.*
16 *Autem pro sed.*
17 *Superfluum non dicitur, quando idem repetitur, vt aliquid addatur.*
18 *Genus est, quod suas species amplectitur.*
19 *Bellū ratione naturali introductum est, & quare.*
20 *Bellum ex vna parte saltem est illicitum semper, & tamen ex vtraq; parte capta in bello fiunt capientium.*
21 *Moderamē in culpatæ tutelæ quod dicitur. & quid sit*
22 *Obligatio ex delicto est dę iure gentium.*
23 *Obligatio naturalis in delictis non oritur ex consensu.*
24 *Consensui nihil magis contrarium, quām error.*
*Error.*
25 *Peccatum non est, nisi voluntarium.*
26 *Pœnam etiam ignorantes incurrimus*

Diuiditur, ut hic per Ang. summatur, Ius gentium oībus hominibus cōe est, vsu ac necessitaoībus ita exigentibus ab eis constitutū, ex quo bella orta, captiuitates & seruitutes secutæ, cōtractus inuenti, quibusdā exceptis. h. d. qui. §. sumptus est. l. Manumissiones. & ex. l. Ex hoc iure. ff. eo.

Casus ita figurari potest, quia i superioribus fuit declaratum

[illegible]stratum quod esset ius gentium, & quod ius ciuile, quæsitum fuit, an ius gentium habeat suas dispositiones & constitutiones, quemadmodum habere ius ciuile demonstratum fuit: & videbatur ꝙ nõ, quia cũ illud dictum sit esse ius gentium, quod ratio naturalis inter oẽs gentes constituit, uidebatur nulla constitutione hominum constare ius gentium, sed sola tantũ natura ac naturali instinctu: cuius contrarium respondet, & assignatur ratio ibi, Nam vsu exigente, & humanis necessitatibus. benè verum est, ꝙ ea omnia, quæ de iure gentium constituta sunt, naturali ratione fuerunt introducta, quamuis contrarium uideatur apparere ex tex nostro. ibi, Et seruitutes, quæ sunt naturali iuri contrariæ de quo dicemus in not. & in hoc differunt constitutiones iuris gentium a iure ciuili, quia hę constitutiones omnium gentium consensu factæ sunt, illæ particulari alicuius verbis.

1 Not. Primò, ꝙ ius gẽtium omni humano generi cõe est. Vt enim in. §. Ius autem ciuile. ĩ. eo. uisum est, ius gentium est, quod naturalis ratio inter omnes gentes cõstituit, quod apud oẽs populos peręq; custodit, uocaturq; ius gentiũ, quasi quo iure omnes gentes utuntur.

In quo aduertendum est ad unum, in quo uidentur æquiuocare Doct. dum uolunt, ꝙ ius naturale sit antiquius iure gentium: nã hoc est falsum Licet enim ius

2 naturale latius pateat, cum sit commune etiam irrationabilibus, tñ ipsum ius gentium, quod cõmune est solis hominibus, fuit eodẽ tempore introductum cum iure naturali; quod probatur per tex. ad literã in. §. Singulorum. ĩ. de re. diui. nam ibi dr̃, ꝙ quarundam rerum dominium nanciscimur iure ciuili, quarundam iure naturali, quod ius gentium appellatur, subdit, quod commodius est à uetustiori iure incipere, palam autem est uetustius esse ius naturale (intellige. i. ius gẽtium, vt. ŝ. fuerat expositum) quod cum ipso genere humano rerum natura prodidit. Si ergo ius gentium proditum est à natura unà cum humano genere, ergo non potest ius naturale esse ante creatum humanum genus, cum sit commune etiam hominibus, & ideo dicendum est, ꝙ ipsum ius gentium coæuum sit iuri naturali, sed hoc restringatur ad homines tantum, illud commune sit omnibus animalibus.

33 plũ de clericis non eſt bonũ, cùm Imperator nõ poſſit
diſponere aliquid circa perſonas ipſorũ clericorũ etiã
in eorum fauorem propter defectũ poteſtatis, & ideo
34 communis Doct.concluſio eſt,ꝙ oẽs leges poſitæ in ti
tulo.C.de ſacroſan.eccl.& in titul.C.de epiſ.& cle.& in
titul.de epi.audi.item plures Authenticæ,ex quibus eli
citæ ſunt Authenticæ poſitæ in illis titulis, non valeãt,
nec poſſint allegari ad deciſionem cauſarum, ita Abb.
in.c.Eccleſia ſanctę Marię.de cõſti.vbi Deci. col.xi. ver.
Ex qua quæſtione,vbi plura allegat ad hoc.
35 In ea gloſ.ibi,Sed nunquid Gloſ.mouet. q. an reſcri-
ptum in dubio cenſeatur perſonale,& reſpondet,ꝙ ſic,
niſi ſint in eo aliqua ex ſignis poſitis in. l. iii. C. de legi.
gl.vera eſt,dum dicit,quòd in dubio reſcriptũ nõ egre
ditur perſonam.Tamen hoc declarãdum eſt dupliciter,
primò quia ſit commune alteri parti.vt dicemus in gl.
ſe ſecũdò niſi reſcribatur ad legis alicuius interpreta-
tionẽ ſecundum terminos.l.fi.§.Diffinimus.C.de legi.

In gl.in verbo Non tranſgreditur. oppo. primò de.l.i.
ff.quod quiſq; iur.nam ibi ius nouum impetratum fit
cõmune aduerſario propter ęqualitatẽ ſeruandam in
iudiciis,non tñ extenditur ad alias perſonas etiam qñ
aduerſarii ſint impetranti per tex.in.l. iii. §. Hęc pęna.
ff.quod quiſq; iu. ſecundum communẽ intellectum, &
hoc verũ eſt, vt dicit gl.ꝙ efficitur cõmune aduerſario,
ſi ad poſtulationem eius ſit impetratum, nam ſi motu
proprio conceſſum ſit à principe, non extenditur ẽt ad
aduerſarium.d.l.iii.in prin.Dic ergo, ꝙ ęquitas illius ti
tuli facit, vt ius nouum communicetur aduerſario,
quamuis poſtulanti ſolùm conceſſum ſit, tñ non effici
tur lex generalis,vt dicit in hoc tex.in quo Imp.diſtin-
guit legem generalem a priuilegio.
36 Dum verò occaſione huius tex. dicũt Doc. ꝙ priuile
gium perſonale perſonam non egreditur, ſed extinguã
tur cum perſona,concor.tex in.c.Priuilegium. de reg.
iur.lib.vi.l.Priuilegia quædã.ff.de reg.in.l. In oibus cau
ſis.eod.tit.l.Cùm patronis.in fi.ff.de leg.ii. l. Quia tale.
37 ff. ſolu.mat.Dicatis,ꝙ in dubio priuilegium eſt pſona
le,& ita debet interpretari,vt not.per gl.in c. Cùm ve-
niſſent.de inſtitutio.in.c.Tua.in glo. fi. de iis quæ fiunt
à præla.Iaſ.in l.Si ſic ſtipulatus.de verb.obli.col.iiii.ver.
Ego circa iſtam materiam.

Secundò declara,vt hoc intelligat,qñ perſona eſt im-
mediata cauſa priuilegii,vt patet in reſtitutionibus mi
38 norum,nam talis reſtitutio dicitur priuilegiũ perſona
le,vt not.in.l.Exceptiones quæ.ff.de except.& tñ exten
ditur ad hæredes.l.Non ſolũ.ff. de in inte.reſti. l.Minor
autem.§ fi.ff.de mino.& ratio eſt,quia perſona minoris
39 non eſt principalis cauſa priuilegii,ſed lęſio.l. Quod ſi
minor.§.Non ſemper.l.Nõ oia.ff.de mino.Tertiò decla
ra,vt tale priuilegiũ, ſi quis perſonale ſit, extendatur ad
40 perſonas acceſſorias,& familiares, qñ alias priuilegiũ
remaneret inutile.c.Licet.§.Cũ conceditur in prio. de
priuileg.lib.vi.Decius in.d.l.In omnibus cauſis.ff. de re
gu iur. Cętera, quæ impertinenter tractantur hic per
Doct.videnda ſunt in locis ordinariis.
41 In gloſ.fi.Exponit,tenent.i.ligant. Dicimur enim te-
neri lege.Cic.pro Cecina,Hoc interdicto Ebutius non
,, tenetur.Et ad Atti.lib.iii.Lege collegæ ſui non teneban
,, tur,& inuenitur paſſim etiam apud nos, ut in.l. Dequi
bus.ff.de legi.

§. PRAETORVM QVO qi.

1 *Prætoribus ex.l.xij.tab.qua authoritas data eſſet.*
2 *prætorium edicta annua erant.*
3 *Edictum tranſlatitium quod.*
4 *Saluius Iulianus collectis omnium Prætorum edictis ea interpretatus eſt.*
5 *Honoraria actio quæ,& quare.*
6 *Honorarium quid.*
7 *Honorarium decurionatus.*
8 *Honorarius arbiter.*
9 *Honorarius tumulus.*
10 *Aedilium creatio quando,& quare.*
11 *Aedilium duo ordines.*
12 *Prætorium edicta habent vim legis.*
13 *Magiſtratus dicuntur honores.*
14 *Prætorum edicta qualiter habeant vim legis.*
15 *Aedilium Curulium edicta ſunt portio iuris Prætorij.*
16 *Quòd,ideſt ideo quia.*
17 *Magiſtratus appellatione veniunt Prætores per excellentiam.*
18 *Aedilitię actiones quare dicantur venire à iuriſdictione Prætoris.*

DIuidit iſte tex.in.iii.partes,in prima poni-
tur,ꝙ Pretorum edicta uim legis obtinẽt
in ſecunda,ꝙ appellatur ius honorarium
ab honore Pręrorum, in tertia,ꝙ pars in
tis Pretorii ſunt edicta Aedilium, ſecun-
da ibi, Hoc etiam, tertia ibi, Proponebant.

Pręrorum edicta, item Aedilium vim. l.obtinent, di-
ctumq́. eſt ius honorarium ab honore Pretorium. h. d.
& ſumitur hic tex.ex.l.Ius autem ciuile.ff eo. titulo.

Caſus nõ debet figurari, cùm procedat deſcribendo,
& exemplificando.

In

In tex.ibi, Prætorũ quoq; edicta &c. Ad declaratio-
nem huius loci ante omnia sciendum est, Prætoribus.
1 l.xij.tab. iurisdictionem datam fuisse his verbis.
Iuris disceptator, qui priuata iudicet, iudicarive iu-
beat, Prætor esto.
Is iuris ciuilis custos esto, huic potestati parento.
Quotcũq; senatus creuerit, pp̃lsue iusserit, tot iunto,
Magistratus annui sunto.
Omnes magistratus auspicium iudiciũq; habẽto.i.ap
pellationem ad populũ vel senatũ, vt Cic.lib.uj.de Le-
gi.interpretatur. Hi non habebãt.l.condẽdæ authorita
tẽ, ut pote qui iuris custodes & disceptatores tm̃ con-
stituti erant, attamen edicta proponebant, quæ annua
2 erãt, sicut & magistratus erat annuus; vnde factum est,
vt pleræq; actiones prætoriç anno finirentur: hoc aper
tè colligit ex verbis Cic. in prætura vrbana.i.lib. uj.in
Verrẽ, Is Verri multa objiciẽs sic inquit, Qui plurimũ
,, tribuunt edicto Prętoris, edictum.l.annuã esse dicunt,
,, ut edicto plus cõplecteris, q̃ lege si finẽ edicto Præto
,, ris afferunt calendę Ianuarij, cur non initium quoq;
,, edicti nascitur à calendis Ianuarij? An in eum annum
,, progredi nemo poterit edicto, quo Prætor alius futu-
rus est, i illũ, quo Prętor alius fuit, regredieẽ. At qm̃ plu
rima erãt in anteriorum Prętorum edictis optimè cõ-
stituta, transferebantur edicta de Prætore in Prætorẽ,
vt hodie etiam fiunt banna Pręsidum ac Gubernatorũ,
quod fuit appellatum edictũ translaticium, de quo me
3 minit Cic. lib.iij.Verri. Sed in re tam vsitata (inquit) sa-
,, tis est ostendere oẽs antea me ita ius dixisse, & hoc ve-
,, tus edictũ translatitiumq; esse. Idẽ in epi.ad Appium.
Sed quia ęmulationis studio accidebat plerũq; vt edi-
cta cõtraria pponerent, lege Cornelia cautũ est, ut Prę
tores ex edictis suis perpetuis ius dicerent, vt inquit
4 Asconius. Saluius inde Iulianus sub Adriano collectis
oĩum Prætorum edictis ea interpretatus est, quod po-
stea seruari cœpit, vt est author Eutropi⁹. Et Spartianus
tradit Seuerũ Imp.in Didij Iuliani inuidiã iussisse Sal-
uij Iuliani decreta aboleri, cuius Didius nepos fuerat,
vt idẽ Eutropius est author, quod postea non obtinuit.
Et inde licet interpretari multas leges, in quibus edi-
cti perpetui fit mentio; quę doctissimus Alciatus aduer
tit lib.ii.Dispun.c.xxi. Prætores aũt creatos fuisse, cum
Cõsulibus bellis finitimis auocatis non essent qui in ci
uitate ius dicerẽt, creatosq; primo fuisse duos, Vrbanũ,
qui inter ciues, Peregrinũ, qui inter peregrinos ius dice
rẽt, testat Pomponius in.l.ii.§.Cũq; Consules.de ori.iu.
In tex.ibi, Hoc etiam ius honorariũ solemus appella
5 re &c. Inde dicta est etiam actio honoraria.i. prætoria
in.l.iij.ff.nau.cau.stabu.& alibi sæpe.
Et honorarium dicitur donum, quod Consulibus pro
6 uincias ingrediẽtibus honoris causa dabatur. Cic.in Pi
sonem, Qui modus fuit tibi frumenti æstimandi, qui
,, honorarij, si quidem potest vi & metu extortum hono
,, rarium nominari.
7 Et honorarium decurionatus appellauit Traianus in
epistola ad Plinium, quod in ipsa susceptione decurio-
natus inferebatur honoris suscepti causa
8 Inde generaliùs dictus est honorarius, arbiter apud
Cic.pro Roscio Comœ.& li.v.Tusc. qui ab vtraq; par-
te controuersię factus est iudex, & honorarius tumulus
9 apud Suet in Claud.Cæsa.
In tex.ibi, Quòd qui honores gerũt. Tex.in.l.Ius aũt
ciuile.ff.eo in antiquis & originalibus ita legit, Quod
,, & honorariũ dr̃ ad honorẽ Prætorum sic nominatum,
,, quàmuis vulgata lectio sit (ab honore) quæ verior rõ
mihi videtur, q̃ illa quæ in hoc tex.allegatur, & idem
,, videtur dici in.l.ii.§.Eodem tempore.ff.de.ori.iur.
10 In tex.ibi, Proponebãt & Aediles Curules &c. Liuius
lib.vi.ad.fi. Ita ab diutina ira reductis in concordiam
,, ordinibus, cũ dignam rem senatus censeret esse, vt lu-
,, di maxima fierent, & dies vnus ad triduum adijceretur
,, recusantibus id munus Aedilibus plebis, conclama-
,, tum est a patricijs iuuenibus, se id honoris deorum im
,, mortaliũ causa libenter acturos, vt Aediles fierent, qui
,, bus cũ ab vniuersis gratiæ actę essent, factum senatus-
,, consultum, vt duos viros Aediles ex patribus Dicta-
,, tor populum rogaret. Erat enim, vt testatur Cic.lib.ii.
de Legi.magistratus, per quem adolescentibus ad am-
plioris honoris gradũ erat ascensus, quod testatur & Li
11 uius li.vii. Erant aũt Aediliũ duo ordines, vt testat Plu
tar.in Mario, alter patricius, q iuri dicẽdo prętrat, qui
Curulium nominabat, alter plebeius, quem quidẽ ma-
gistratũ Arist.vi Politi in secunda specie magistratuũ
necessariorum ponit. Quod esse Aedilium officium, sa
tis deprehẽditur ex.l.i.ff.de Aedil.edic.sed clarius Cic.
in vlti.actio. in Verrem, dum dicit se designatum Aedi-
lem, & quæ ad eius curam spectant.
12 Not.primò, q edicta Prætorum obtinent vim legis, et
sunt pars iuris ciuilis. cõcor.d.l. Ius autem ciuile.ff.eo
&.l.ii.§.Nouissimũ.ff.de orig.iu.
Secundò not. q ius Prætorium dicitur ius honora-
rium ad honorem Prætorum, vt dicit tex.in.d.l.Ius au-
tem ciuile. & honorariæ actiones dictæ sunt, quod ius-
su, & in rem verso, eo q à Prætoris iurisdictione profi-
ciscantur.l.ii.ff. de pecul.in.l.In honorariis.ff. de actio.
& obli.& dictum fuit supra in textualibus. Nec verum
est, quod dicunt Docto. in.l.Iurisg.§. Prætor ait.ff. de
pac. q dicitur ius honorarium, quia in hoc honoraren
tur Prætores, vt eorum edicta vim.l.haberent, sed quia
ipsi, qui honores gerebãt.i.magistratus huic iuri autho
ritatem dederunt, vt colligitur ex hoc tex. & ita elici-
tur ex.l.ii.§.Eodem tempore.ff.de ori.iu.
13 Tertio not. q magistratus dicuntur honores; quod
apud Latinos passim inuenit, & est bonus tex.in.l.iii.
ff. quod me. causa. ibi, Iure honoris, quem sustinet,
idest magistratus.
Quartò no. q hic videtur tex. contra illud, quod dicũt
Docto.in rub.C.qui admi.dum volunt, q edicta Præto-
rũ haberent vim legis, ita demum si approbarent, & tñ
hic videtur contrarium dici, q per se haberent vim le
gis, dũ dicitur q qui honores gerunt magistratus huic
iuri authoritatẽ dederũt. facit ad hoc etiam tex. in.l.ii.
§.Eodem tempore.ff. de orig.iur. Præterea, si, vt edicta
haberẽt vim legis, esset necessaria iuris ciuilis authori-
tas, non diceretur ius Prætorium, sed ciuile à cõfirman
te.l.ii.§.Omnia aũt.C.de vet.iu.enu.l.Adoptio nõ iure
facta.ff.de adop.not.in.l.Et quia.ff.de iur.om. iud.& ita
arguit Decius in.d.rub.C.qui admi in secunda lectu.
14 Mihi videtur, q in hoc resolutio sit facilis, vt dicamus
verũ esse, q Prętores olim non habebãt simpliciter au-
thoritatem.l.condendæ, nisi durante eorũ magistratu,
in cuius initio proponebãt Prætores edicta, de quibus
rebus, & quomodo ius dicere vellent, vt homines se
pręmunirent, quæ habebant vim.l.durãte eorum magi
stratu, sed eo finito, vt dictum est supra in textualibus,
non reddebat ius ex eorũ edicto, sed ex dicto alterius
Prętoris, & sic erit verũ dicere habuisse potestatẽ.l.con
dendæ durante eorum magistratu, & non habuisse, vt
in perpetuum valeret, quod ab eis edicebatur; sed quia
ex vniuersis illis edictis, primò per edictũ translatitiũ,
secundò per perpetuũ, factum est ius quodam separa-
tum ius prætorium, ob illam receptionem dicendũ est
factum esse ius ex illis edictis, ita q & verum est edicta
de per se non fuisse.l.perpetuam, & edicta legem esse,
quod optimè innuit tex.in.d.l.ij §.Eodem tẽpore.dum
,, dicit, Eodem tempore & magistratus Iura reddebant,
,, & vt scirent ciues, quod ius de qua re quisq; dicturus
,, esset, seq; pęmunirent, edicta proponebant, quæ ius
honora-

honorariũ cõstituerunt. Compositum.n.est ius prætoriũ ex diuersis illis edictis, & ita mihi uidet residendũ.

15 Quintò not.ꝙ edicta Aedilium sunt portio iuris prætorii: non enim edicta Aedilium partem separatam iuris cõstituerũt sed admixta cũ edictis Prætoris inserta sunt in edicto perpetuo, & effecta portio iuris ciuilis.

In glo. Quod.i. ideo quia. Hanc eãdem expositionem
16 facit glo. in l. Prętor ait. § Deinde. ff. de ope. no. núc. ad idem tex. in l. Ergo. § Si non hæres. ff. de fideicom. lib. in l. Miles. §. Mulier. ff. de adult. in. l. Eum qui. §. Si nupta. ff. de iniur. in. l. In naue. ff loca.

17 In glo. in. verbo Magistratus. Hoc ideo dr̃, quia magistratus appellatione per antonomasiã, quandã solẽt Prętores venire, vt. ff de orig iur. l. ii. §. Eodem tempore.

In gl. Honorarij. Dic, vt alias dixi, ꝙ hoc est falsum, ꝙ Aediles essent ex Prætoribus, sed benè ius prætorium confectũ est ex edictis Prætorũ & Aediliũ, & erat por-
18 tio iuris prætorii, vt hic dicit; & ideo dicitur, ꝙ ędilitię actiones proueniunt à iurisdictione Prætoris in. d. §. Prętorię. j. de diui. stipu. quãuis nõ ita legat in. d. l. v. §. Prætoriæ. ff. de verb. obli. vbi solùm dr̃, ꝙ proueniunt à iurisdictione, nec ibi fit mẽtio de Prætore, non ꝙ iidem sint Prætores & Aediles, nam hoc absurdissimum est, sed benè in recipiendis edictis Prætorũ fuerunt etiam recepta edicta ædilitia, quia ad instar eorum proponebant, & hoc est, quod dicit, ꝙ ꝓueniunt à iurisdictione Prætoria, si hoc verbũ nõ tollatur. Alias enim esset contrà omnem fidem historiæ, & contra id, quod habetur in. d. l. ii. de orig. iur. in §. Deinde cùm placuisset.

## §. RESPONSA.

1 *Iureconsultorũ opiniones sunt probabiles, nõ necessariæ, nisi à principe hoc priuilegium illis concessum sit.*

2 *Iudex non potest iudicare contrà sententiam iurecõsulti, quod declara, vt ibi.*

3 *Sententia* / *Opinio* } *an, & in quo differant.*

4 *Iureconsultis quando, & quare fuerit data authoritas respondendi publicè de iure.*

Diuiditur in duas partes, in prima ponitur dictum, in secunda ponitur ratio; secunda ibi, Nam.

Responsa prudentũ sunt opiniones iurisconsultorum, qui habent à Cæsare ius, vt iudicibus ab eorũ sententia recedere non liceat. h. d.

Casus nõ figurat, quia ꝓcedit simpliciter declarãdo, & assignat p se tex. rõnem decidendi, dũ dicit, ꝙ ideo habebãt eorũ responsa vim. l. quia ita constitutũ erat ab Imperatore quæ ratio tollit omnem rationẽ dubitandi.

Not. primò, ꝙ opiniones iurisconsultorũ, nisi à principe hanc habeant authoritatẽ, nõ sunt necessarię, & ideo iudex põt ab eis recedere: ita est glo. quæ semper allegatur ad hoc in. l. j. C. de legi. qd aũt hoc sit dicere, authoritas Doctorũ probabilis est, docet Boetius in Topic. Cic. lib. ij. fol. mihi. 49. in paruis. Duplex. n. ẽ authoritas necessaria. s. eorum, qui statuendi potestatem habent, probabilis eorũ, qui professoris titulo insigniri meruerunt. l. i. C. de profes. qui in vrb. Constã. & rõ dicit Deci. in. c. j col. vij num. 71 de postula præla. ꝙ authoritas est Doctorum, non scholarium. Quòd si hanc authoritatem habeant à principe, vt quicquid ipsi respondeant pro lege habeat, tũc ex principis authoritate hoc procedit, ita est tex. hic, facit tex. in. l. j. §. Ne aũt. C. de cadu. tollẽ. ibi. Quod Vlpianus disposuit, & in. l. Cùm Papinianus. in princ. C. de sentẽ. vbi vtitur eodẽ mõdo loquẽdi de Papiniano, & qualiter hoc fuerit introductum sub Augusto, ostẽdit latè tex. in. l. ii. §. Massurius Sabinus. ff. de orig. iur. Hinc ambas authoritates amplectens Cice. pro Cecin. Qui ius ciuile (inquit) contemnendũ putat,
„ is vincula reuellit nõ modo iudiciorum, sed etiã vtilitatis vitæq; cõis: qui aũt interp̃tes iuris vituperat, de hominibus, non de iure ciuili detrahit: si peritis non putat obtẽperandum, non homines lædit, sed leges.

Secundò not. ꝙ olim interpretes iuris de publico deputabant, qui dicebant iurecõsulti, & hoc etiã declara p. d. l. ii. §. Massurius. ff. de orig. iur. & ex quo dictum est hic (antiquitus) docẽt hic Doc. ꝙ hodie non fit, & ideo ꝙ Doctorum hodiernorũ opinio sit probabilis, nõ autem necessaria, q̃uis glo. in. l. Non puto. ff. de iur. fisc. uideat voluisse cõtrariũ, cuius opi. si est ista, falsa est: nã (vt dixi) opi. simplex Doctoris est ꝓbabilis, non necessaria.

2 Tertiò not. sm̃ Ang. ꝙ iudex non põt iudicare contrà sniam & opinionem iureconsulti: sed tu declara, si is est iuriscõsultus, cui hoc à principe cõcessum sit, alias nõ, Et hoc rationi consentaneum est, quia, vt inquit Cice. pro. A. Cecinna, nulla ratione fieri potest, vt aliud de iure responderi, aliud iudicare oporteat, & qñ fuisset ei hoc beneficiũ concessum tunc quemadmodũ snia lata contrà casum legis est nulla sine aliqua appellatione, pariter & qñ lata est contrà relationem talis iurisconsulti: ratio est in prõptu, quia cùm sit constitutũ responsa illius haberi pro lege, efficiunt eius responsa leges, & in leges trãseunt, & ideo nõ est mirum, si snia contrà tale responsum est nulla, quia est contrà legẽ, cùm tale responsum lex fit: & ita declaranda sunt dicta Ang. hic, quemadmodum diximus in. §. Sed & quod principi. de sententia lata contrà sententiam principis.

3 In glo. in verbo Sentẽtiæ. Glo. hæc & sequ. ponit differentiã inter sniam & opinionem. Vult enim sniam esse firmã & indubitatã responsionẽ, opinionẽ verò cum dubitatione sm̃ Io. & hanc differentiam seq. hic. Doct. & cõprobatur authoritate Theophili, hic, q hoc modo definiuit. Dicebam alias, ꝙ hęc differentia cõfundebatur per tex. in. l. Eos. § pen. C. de app. in. l. A. Proconsulibus. eo. tit. l. Sciendum. ff. de appell. recipien. quinimmo sm̃ rectã loquendi rationẽ, qñ proponitur q. dubia, non possumus dicere hæc est mea opinio, sed hęc mea est snia, quãuis (vt dixi) pro eodem supponant. Præterea in hoc tex. non potest intelligi opinio sub dubio responsio, nam inferius dicitur, ꝙ iudices ab his opinionibus nõ possunt recedere, sed si esset sub dubitatione respõsio, profecto non esset dicẽdũ vt tenerẽtur sequi quod. ipsi certe nõ determinassent: supponũt ergo pro eodẽ, & intelligunt quod sentiunt, & quod opinãtur: Et ita ex rõne prædicta hoc in loco sentiendũ est, q̃uis in se verũ sit, ꝙ opi. versat circa ea, q̃ aliter se possunt habere, vt docet Arist. lib. vj. Ethico. & Salomon hic latius.

In glos. in verbo Publiè. Intellige publicè, idest, omnibus petentibus: Et quod de Vlpiano & cæteris dicit, probatur per tex. in. d. l. j. C. de cadu. toll. & dum glo. allegat tex. in. d. §. Iuris ciuilis sciẽtiam. melius allegasset tex. in. d. §. Massurius.

In glo. A Cæsare. Glo. inaduertenter loquitur, & tamen benè exponit, nam dicitur à Cæsare, glo. vult interpretari Augusto, vt ponitur in inscriptione proœmij, & benè dicit, non quia vbicũq; nomen Cæsaris apponitur, de Augusto sit intelligẽdum, vt videtur velle gl. sed quia vere Augustus fuit primus, qui hanc potestatem dedit iurisconsultis, vt habet in. l. ii. ff. de orig. iur. §. pen. ibi, Primus diuus Augustus. Quamuis enim ante Augustũ post. ll. xii. tab. fuerit necessaria iuriscõsultorũ interpretatio, prudentesq; illius ętatis iurecõsulti, qui ex suis studiis hanc fiduciã de iure respondendi habebant, quotidie de iure responderẽt, cùm variè legũ interpretatio fieri posset, respõderẽtq; ex æquo & bono,

tamen

tamen eùm procedēte tempore multiplicatis legibus esset necessaria publica interpretatio, ab Augusto ius respondendi de iure datum est aliquibus, ita ut eorum interpretatio necessaria esset.l.ij.in fi. ff.de orig.iur.

In glo.fi.est cōstitutum.Intellige.i. prout Imperatores constituerunt.

## §. EX NON SCRIPTO.

1 *Leges.xij.tab quando,& quare, & à quibus conditæ.*
2 *Lacedęmonij consuetudinibus non scriptis utebantur.*
3 *Cōsuetudo dicitur illa propriè,quæ scripta non est, qđ declara,ut ibi.*
4 *Consuetudines feudorum fuerunt redactæ in scriptis ab Vberto de Orto.*
5 *Iuris appellatione uenit etiam consuetudo.*
6 *Clausula apposita in cōpromisso,ꝙ causa terminetur ꝗ iure intelligitur etiam de consuetudine.Et de priuilegio.uide sub nu.seq.*
7 *Consuetudo est ius.*
8 *Consuetudo quid sit.*
9 *Diuturnum dicitur quod constat spatio.x.annorum, quàmuis aliquando aliter ponatur,& accipiatur arbitrio iudicis.*
10 *Consensus est de essentia consuetudinis,& ideo errantes non dicuntur consentire.*
11 *Consuetudo an exigat consensum totius populi,an verò sufficiat maioris partis.*
12 *Populus intelligitur deductis minoribus & mulieribus quādo cōsideratur ad cōsuetudinē introducendā.*
13 *Minores } non attenduntur in numerādo populo ad in Mulieres } troducendam consuetudinem.*
14 *Consuetudo fuit posterior.l.scripta.*
15 *Negationes duæ affirmant.*
16 *Eleganter fieri dicitur,quod sumit originem ab optimis constitutionibus.*
17 *Ciuitas potest uti uel solis legibus scriptis,uel solis cō suetudinibus.*
18 *Lex ad sui essentiam an exigat scripturam.*
19 *Consuetudo exigit tempus.x.annorum.*
20 *Præscriptio } pariformiter cēsentur.diuersimodè tamē, Consuetudo } diuersisq; spatijs ītroducūtur,et quare.*
21 *Consuetudo,cum habeat causam discontinuam,quare sit,ꝙ perficiatur.x.annis. præscriptio autem & usucapio exigant tempus, cuius initij memoria in contrarium non existit.*
22 *Consuetudo,ut perficiatur, exigit, ut secundum eam iudicatum sit,& quoties.*
23 *Exemplis non est iudicandū,nisi principis & habentis potestatem.l.condendæ.*
24 *Vsus aliquando probat titulum.*
25 *Diuturna præstatio concurrente longo tempore facit ꝑ sumi titulum,& quando.*
26 *Error tanquā cōsensui cōtrarius impedit cōsuetudinē.*
27 *Consuetudo per errorem introducta tollit. l. sed non trahitur ad casus similes.*
28 *Consuetudinis uirtutes.*
29 *Consuetudo interpretatiua est talis potentiæ, ut non possit ab ea interpretatione recedi, dato ꝙ constet postea, quòd non sit bona.*
30 *Consuetudo interpretatiua nō exigitur,ꝙ sit ꝑscripta.*
31 *Consuetudo an,& quando corrigat legem.*
32 *Lex habens clausulam derogatoriam ad futurā consuetudinem non tollitur à consuetudine posteriore.*
33 *Lex edita in concilio generali censetur habere clausulam derogatoriam ad sequentia.*
34 *Lex regulariter non tollit præcedentem consuetudinem,& an,& quando hoc sit.*

Diuiditur in tres partes, i prima ponitur qd sit ius non scriptū,in secunda qualiter ius ciuile diuidatur i duas has partes, scriptū scilicet,& non scriptum,in tertia ponit ratio dictę diuisionis.secūda ibi, Et nō ineleganter.tertia ibi,Nam origo.

Quod diu usus comprobauit legis habet uigorem, & ius ciuile in scriptum & non scriptum diuiditur ratione originis ipsius.h.d.

Casus.s.dictum fuerat ius Romanorū aut scriptum, esse aut nō scriptum,declaratum aūt fuerat, quid esset ius scriptum,& eius partes,restabat uidere, quid esset ius nō scriptum,ꝙ hinc declaratur illud esse, quod diuturni mores consensu vtentium cōprobati fecerunt & induxerunt:sed tunc dubitatum fuit, quo cōsensus populi posset facere legem·nam duo uidebantur obstare, primū quia non uidetur, ꝙ possit esse par uirtus taciti consensus,qui in consuetudine reperit,& expressi, qui in lege apparet.l.Ex diuerso §.Si in iudicio. ff. solu ma. l.Expressa.ff.de reg.iur.cū vulg.secūdū obstabat,ꝙ cum iā dictum sit,nēm potestatem, & nē imperium populi.Ro.trāslatum esse in Imperatorē.§. Sed & ꝙ principi.§.eo.ita ꝙ clarum sit de iure,hodie po.Ro.non posse.l.condere,ut suprà diximus,non debet posse tacito consensu illud,quod per expressum non potest.c.Cum quid.de reg.iu.li.vj.cuius contrariū responderur,ꝙ immo diurni mores consensu utentium comprobati legem imitantur,& pro lege seruantur,ea rōne,quia continuatus ille & diu obseruatus mos habet in se uniuersalem populi cōsensum & uoluntatem , sicut habet lex expressa. Vt enim dicit tex.in.l. De quibus.ff.de legi.inueterata consuetudo non immeritò pro lege custoditur,quia cum leges nulla alia de causa nos teneant, ꝗ ꝙ iudicio populi receptæ sunt,meritò & ea quę sine ullo scripto populus probauit,tenebunt oēs. Nam quid interest suffragio populus uoluntatem suam declaret,an rebus ipsis & factis?Quare rectissimè etiam illud receptum est,ut leges non solùm suffragio legis latoris,sed etiā tacito cōsensu oium per desuetudinem abrogent.

Non obstat prima rō,ꝙ nō sit eadem uirtus taciti & expressi,quia ex.d.l.De quibus.constat contrarium, & in.l.Cū qd.ff.si.cer.peta.ꝙ æqualis est uirtus utriusq;. Non obstat abdicatio potestatis,quia debemus intelligere quòd hic dr̃,aut in populo non recognoscente superiorem,aut si habet superiorem,ꝙ simus in ijs casibus,in quibus potest legem condere, ut declarauimus in.§.Ius autem ciuile.§ eo.uel ꝙ in hoc tacito consensu censeatur adhibitus etiam consensus tacitè illius, cuius authoritate lex condi potest:& hoc ultimo modo declarandus est hic tex.

1 In tex.ibi,Nam origo eius.Idem dicit originem iuris Romanorum fluxisse ab iostitutis duarum harum ciuitatū,qa cum plebs Ro.uarijs seditionibus ęstuaret . & C.Terētius Trib.ple.ī inuidiam nobilitatis leges ferre contenderet,ut Consul eo iure teneretur, quod populus daret ut est apud Liuium li,iij.fine discordiarum facto tres electi sunt,qui ferrent quę utilia ciuitati pro libertate ęquāda existimarēt:Hi fuerunt SP.Posthumius P.Sulpitius.A.Mālius,qui decreti sunt legati po. Ro.& missi instructis ex publico triremibus in Græciā, ut inde leges & consuetudines afferrent, quas populo Ro.

utiles

utiles fore putarent. Quibus reuersis Decẽuiri creati
sunt, qui ex his legibus & consuetudinibus per eosdem
tres legatos adductis Romanas leges conderent, à qui-
bus postea duodecim illę tabulæ legũ factæ sunt, quod
ius.xij.tabu.appellamus.Hanc omnẽ historiam Liuius
li.iij.tradit, & Dioni.li.x Fusius Fenestella & Põponius
in.l.ij.§.Postea.ff.de orig.iu.quanq̃ ibi fallatur iuriscon
sultus in creatione Decemuirorum.

2 In tex.ibi, ut Lacedæmonij quidẽ magis ea, quę pro
legib. obseruarent, memoriæ mandarent. Scribit enim
Plutarchus Lycurgo sanciente ita Lacedęmone serua-
tum, ut leges ipsas moribus tenerent, ac sibi per manua
ferè traderent, q̃uis Ammianus Marcell.li.vj. Rerũ ge-
starum, de Iuliano Imperatore loquens dicat. leges Ly
curgi sumptuarias Rethris inscriptas iam senescentes
reparasse.

Not.primò ex hoc tex.ibi, Ex non scripto ius uenit,
ꝙ ius consuetudinis constat ex nõ scripto, & sic, ꝙ con
3 suetudo illa dr̃, quę scripta non est, ita etiam probatur
in.d.l.De quibus.ff.de legi.Sed cõtra hoc oppo.de toto
libro feudorum, qui liber cõtinet consuetudines, ut ex
inscriptione patet, quæ tñ consuetudines scriptę sunt,
& facit tex.in c.ij.de præben.libro.vj.ubi similiter con
suetudo scripta reperitur.

Cõmunis resolutio Doct.est in.l.De quibus.ff.de le-
gi.in.l.ij.ff.de vul.& pup.in.c. fi.de consue. ꝙ si inspici-
mus consuetudinem, prout est in fieri, & prout in esse
introducitur illa nõ est scripta: si postea q̃ est in esse in-
troducta, potest in scriptis redigi ad probationẽ, sed
tunc scriptura ipsa non est de essentia aut de natura cõ
suetudinis. Sed hęc responsio uidet̃ falsa ꝑ tex.in c.Cõ
suetudo.§.Cũ itaq;.i.distin.ibi, Quæ verò in scriptis re-
dacta non est consuetudo. benè facit tex. in.§.Constat
s̃.eo.dũ dr̃, Cõstat autẽ ius, quo vtimur, & sic loquitur
de essentia ipsius iuris, & de essentia talis iuris, quod iã
sit in esse introductũ, cũ dicat, Ius, quo vtimur: ex quo
tollitur responsio moder.in rubrica de cõsuetudine ex
tra dum dicunt, ꝙ tex.in.d.§.Cùm itaq;. loquat̃ de con-
suetudine nondũ formata, ꝙ est falsum: nam ille tex.lo
quitur de ea cõsuetudine, quę pro lege seruat̃ deficien
te lege. Sed melior uidetur responsio, ꝙ illa sunt verba
compilatoris, q̃ non habent vim legis.

D.Antonius in rub.extra de consue. col. iij. dicit ꝙ
hæc ita ponunt̃ à communib.accidentib. l. Nam ad ea.
ff.de legi.Vnde q̃uis aliquando redigant̃ in scriptis, per
hoc non alteratur natura consuetudinis.

4 Ias.in.l.ij.ff.de vulg.& pup.dicit, ꝙ cõsuetudines feu-
dorum fuerũt in scriptis redactæ ab Vberto de Orto,
qui non habebat facultatẽ.l.condendæ, & ideo per hoc
non desierunt esse consuetudines.

Curtius in rubrica de consuetu. aliter respondet ꝙ
consuetudo, quæ in scriptis redigitur, dr̃ consuetudo,
cò ꝙ fuit consuetudo arg.l.Insulam in fi.ff.de acqui.re.
do.tñ non dicitur consuetudo propriè.Attamen prima
responsio cõis est, & uera, uidelicet, ꝙ consuetudo, quę
ab initio fuit consuetudo non perdit vires consuetudi
nis per hoc, ꝙ redigat̃ in scriptis, ut dictũ est, & ita vo-
luit Bar.per illũ tex.in.l.ij.in.prin.col.j.ff.de vulga.& pu
pil.facit tex.& quod ibi Pau.de Ca. in. l. Posthumus.in
prin.ff.de iniust.rup.testa.Deci.in.c.Quæstioni, in. j.no.
de appella.in rubrica de consue.col.j.& seq. ubi plura
allegat ad hoc.

Secundò not.ibi, Ius uenit, ꝙ ius uenit etiam ex con
5 suetudine, & ꝙ iuris appellatione uenit etiam consue-
6 tudo: Et ideo si fiat compromissum, vt causa de iure ter-
minetur, potest terminari ſm consuetudinem: & hæc
est uera & cõis opi.Doct. post Abb.in rub. extra de con
sue.Et pro hac opi.facit illa rõ, ꝙ compromittentes ui
dentur potius se retulisse ad consuetudinem, q̃ ad legẽ
& statutum.Bar.& Alex.in.l.Hæredes mei.§.Cum ita.ff.
ad Trebell.cum vulg.

7 Item facit, nam cõsuetudo est ius, vt probat̃ in tex.
nostro, sed ius enunciatum in instrumento debet intel
ligi de valido, & de eo, quod tanq̃ posterius est in viridi
obseruantia, & attẽdi debet, vt diximus in.§. Sed quo
ties.s̃.eo.igit̃ debet intelligi de consuetudine, q̃ ius est,
& est posterius & validius ius, & per quod derogat̃ iuri
statutario: & hanc opi.dicit cõem Ias. in.l.Præscriptio-
ne.C.si contra ius vel vti.pub.in. l. De quibus col.ante-
pen.ff.de legi.l.Oẽs populi.colum. v.de iusti.& in.Feli.
in.c Ius generale.j.dist.in.colum.iij.Et ita tenendũ est.
Clausula enim (De iure) intelligitur de municipali, qñ
illud prævalet, Ias.in.l.Omnes populi col.iij.in lectura
ff.de iusti.& iur.& ibi Io.Bap.in repeti.col.j.in.ij.nota.
Ias.in.d.l.Præscriptione.versi.Adde, ꝙ est alia.q.Abb.in
c.j.in prin.vt lite pend. latissimẽ Ferdi. Loazes in repe.
titu.de iusti.& iur.in Insti.col.j.ix.car. & apposita i lau
do operatur, vt debeat iudicare ſm ius municipale, nõ
ſm consciẽtiam.Bal.in.l.Iustitia.vbi Ange. ff.de iusti.&
iur.cum simi.vt per Vlpia.de Zannis.in repe. huius titu
li in prin.col.xxviij.versic. Vltimò inducit̃ ille tex. de
quo videnda ẽt sunt q̃ tradit Deci. in. l. Legem in. iiij.
not.C.de pact.Et eadẽ rõne dicere solemus, ꝙ ꝯmissa
uel cõpromissa causa de iure, solent attendi priuilegia,
tanq̃ oi alii iuri derogãtia, ut ꝑ Abb.in.d.c.i.vt lite pẽd.
in not.Deci.in c.Ex parte.s̃.de rescript.in.i.not. in.c.Li-
cet causam.in.ii.not.de proba.Rom.in rub.de arbi.col.
iiii.& de hac clausula in proposito vide Soz. in consi.9.
col.vi.versi.Non obstat secundum fundamentum lib.i.
Ludo.Gomesium Insti.de actio.in prin. col. xviii. versi.
Quarta conclusio.

8 Tertiò not.ꝙ vsus diu obseruatus habet̃ pro lege, &
sic consuetudo.Nihil enim aliud est cõsuetudo, q̃ usus
diu obseruatus, ut hic dr̃, & Bart.qui diffinit consuetu-
dinem in.l.De quib.in.i.q.ff.de legi.dicit, ꝙ cõsuetudo
est ius nõ scriptũ, morib.& usib. populi, uel à maiorẽ
parte ipsius rõne initiatum & continuatũ & introdu-
ctũ, habens uim legis: quę diffinitio cõiter approbatur,
ut dicit Deci.in rub.de consue.col.ii.

9 Quartò not.ꝙ diuturnum illud dr̃, quod constat spa-
tio.x.annorum, ut probatur in hoc tex. iunc. gl. & in.l.
Possideri.§.Si seruus.ff.de acqui.poss.ubi glos.l. Si cùm
fideicommissa.§.Arist.ff.qui & à qui.ubi.hoc dicit tex.
ad literam, quamuis aliqñ ponatur pro quinquennio,
aliquando pro anno, aliquando pro biennio, ut no.glo.
in.d.§.Aristo.Regulariter decennium significat, ut per
Io.Crotum in.l.Filiusfa.§.Diui.ff.de leg.i.nu.140. Acci
pitur tamen ſm subiectam materiam arbitrio iudicis,
Negusan.in tract.de pigno.car.mihi.58.col. iiii. nu. 67.
in prima impressione.

10 Quintò not.ibi.Consensu utẽtiũ, ꝙ ad hoc, ut ualeat
consuetudo, requiritur consensus populi, & sic requiri
tur, ꝙ non errent, ut dicetur in glo.

11 Sed dubium est, an requiratur tacitus consensus to-
tius populi, an uerò sufficiat consensus maioris partis:
& cõis uera resolutio est, ꝙ sufficiat cõsensus maioris
partis, ut concludũt Doct.in rub.de consue. & habetur
ꝑ Feli.in.c.i.col.vi.de tregua & pace.qd̃ declaretis, ut
populus, uel maior pars eius utatur, non ut populus,
sed ut hoĩes de populo. Satis enim est, ꝙ aliqui utant̃,
& ꝙ actus illorũ transeant in notitiam populi, uel ma
ioris, partis, ut declarat Pet.de Anch.in.c.fi. de consue.
ubi Curtius in.viii.requisito col.lix.

12 In populo aũt numerando minores non attendunt̃.
Bart.in l.ii.C.quæ sit long.consue.col.v.Anton.de But.
13 Abb.& Cur.in.d.c.fi.de cõsue.Item nec furiosi.l.i.ff.de
legi.nec mulieres, ut ibi Bar.& est cõis opi.in.d.c.fi.nisi
esset cõsuetudo in spectantibus ad mulieres l.i.§.i.ff.de
nar.

uar.& extraordin.cogni. Iason in.d.l.j.ff. de legi.

14 Sextò not.ibi, Legē imitantur, ꝙ consuetudo & eius videtur introducta post legem scriptā, cum necessario imitans sit post imitatum: & hinc esse potest, ꝙ in hoc titulo prius tractatum est de iure scripto, secundò de consuetudine, & in rub.ff.de legi. ponit primò de legibus, & postea de longa consuetudine. q̄uis gl. hic aliter exponat, vt intelligamus imitat.i.tātundem potest, quantum lex scripta. Imitat ergo quò ad effectum, quia habet eandē vim licet in modo introducendi non imitetur, vt patet ex hoc tex.& hęc est vera expositio, quia non videtur dubitandum quin cōsuetudo & eius ius.l. scriptam pręcesserint.c fi §.Ius uerò consuetudinis.vj. distin.& ibi Card.Alex.& idem Io. Andr.in.c.fi.de consue And. Sicu.ibi col.ij.Roccus Cor.post Petrū Rauēn. in.d.c.fi.vel potius in rub. extra de cōsu.in ipso statim limine sui tractatus.

15 Septimò not.ibi, Et non ineleganter, ꝙ duæ negationes affirmāt, de quo dictū est.ſ. in procemio.§. Cumq; hoc.in glo.in uerbo Necnon.

16 Octauò not.ſcd̄m Christo.hic, ꝙ eleganter dicit fieri, quod sumit originem ab optimis constitutionibus: quod notabile ostendit, qđ Chrsto.non intellexit būe tex.quia nō dicitur hic, ꝙ elegās fuerit quod fuit constitutum ad similitudinem Athenarum & Lacedæmoniorum, sed ꝙ non ineleganter distributum fuit ius nostrū in duas partes. s.scriptum & nō scriptum: Fuit ergo elegans ipsa diuisio, non autem fuit elegans imitatio illarum duarum ciuitatum.

Nonò not. ꝙ hæc diuisio iuris scripti & non scripti facta est ab ipsa origine: nam ius nrm (vt hic dr̄) ab initio partim fuit sumptum à Lacedæmonijs, partim ab Atheniensibus, ex quo confectæ sunt decem tabulæ à Decemuiris, quibus postea fuerunt additæ duæ, & factum ius.xij.tabul.à quo omne ius ciuile Romanorum postea deriuatum est, vt colligitur ex lectura.l.ij.ff. de orig.iur.in prin.

17 Decimò not. ꝙ vna ciuitas potest vti solis legib⁹ scriptis, vel solis consuetudinibus: quod colligitur etiā ex §.Ius autem ciuile.ſ eod.iuncta.glo.in verbo, Legibus.

Vltimò not.ibi, Quæ in legibus scripta comprehendissent, ꝙ ex hoc sumitur argumentū ad illud quod di-
18 sputari solet, an lex ad sui essentiam exigat scripturam, & per istum tex.uidetur, ꝙ sic, & per tex.in §.Cōstat.ſ. eod Articulus est disputabilis, vt dicit Deci.in rubrica de constit. in.iij.q. Tn̄ mihi videtur, ꝙ non sit aliqua dubitatio, ꝙ ad essentiam ipsius legis non requiritur scriptura, Statim enim ꝙ ppl̄s iubet rogat⁹ ab eo magistratu, qui hoc ius habet, proculdubio valet lex, quamuis à cōiter accidētibus soleant scribi potius memoriæ causa, & vt habeatur clara probatio, q̄ ꝙ ad substantiam ipsius ea requiratur scriptura: & ita concludendum est & concordanda omnia iura, quæ de hac materia loquuntur, seu quæ magis ponderantur & extorquentur per Doct. vt probent hanc vel illam partem huius dubitationis & præsertim tex.in.§.Singulorum.ſ. de rediui. l.ij.§.Exactis ff.de orig. in.c.j.de renun. lib.vj.l. Humanum.l.Leges.C.de legi.

In glo. Diuturni.Glo.ante oīa quærit, dum dr̄, ꝙ diuturni mores legem constituūt, quanto tp̄e hoc fiat, &
19 ponit duas opiniones, prima ꝙ spatim.x.annorū sufficiat: quod probatur per proprietatē huius uerbi (diu) & (diuturnum:) secundò, quia dr̄ lōga consuetudo, & longum dr̄ quod est.x.annorum. Altera opi.est, ꝙ requiratur spatium, cuius initij memoria in contrarium non existat, & ad hoc allegat quædā iura, tandē residet in illa opi. ꝙ.x.anni sufficiāt. quę opi.vt alias dixi. cōiter approbatur, vt per Ias.in.l.De quibus col.xj.ff.de legi. Sed ante oīa aduerte ad inductionē in.d.l.Si cùm fidei commissa.ff.qui & à quibus.§. Arist.nā si benè aduertatur, videtur dicere oppositum. Verba tex.hęc sunt, Arist.re-
„ spon.à debitore fisci, qui soluendo non erat, manumis-
„ sum, ita reuocari in seruitutem debere, si non diu in li-
„ bertate fuisset.i.non minus decennio: ergo videtur dicere tex. ꝙ si plus decennio stetit, reuocetur: Tamē sensus clarus est, quia procedit expositiuè, & est ac si dixisset reuocatur in seruitutem, nisi saltem decennio steterit in libertate.

Secundò aduertendum est ad tex. in.d.l.j.in fi. ff. de aqua plu.arc.nam ita inducitur, ibi enim appellat longa consuetudo, ex qua seruitus quæritur, & tn̄ in illo casu non potest esse consuetudo minoris temporis, q̄ cuius initij memoria in contrarium non existit.l.ij. §. Idem labeo ait cùm quæritur.ff. eod.tit.in l.Seruitutes in prin.ff.de serui.nam tales seruitutes, quæ causam nō continuam habent, non præscribuntur minori tempore, vt dicemus.ſ.in titulo de seruitu.

Tertiò aduertendū est ad tex.ſ.de vsuca.§.j.nā ibi exponitur longi temporis possessio idest. x. annorū inter præsentes, viginti inter absentes, & sic patet, ꝙ longū tempus accōmodatur ita viginti annis, sicuti decem annis: & ideo pot argui, ꝙ ex illo tex.nō probetur, ꝙ consuetudo introducatur tm̄ decennio, vt dictum est in gl. Sed his oibus pretermissis & disputationib⁹. Doct. vos dicatis, ꝙ vera & cōis resolutio Doct.est, ꝙ cōsuetudo introducat de iure ciuili spatio.x.annorū, vt dixi, & declarat Bart.in.l.De quibus.in.iij.q.ff.de legi.quia diuturnum & longū dr̄ spatiū.x.annorum, vt.C.de pręscrip. long. temp.per totum, & hoc tempus incipit à primo actu, qui verisimiliter venit in notitiam populi, vt declarant Anto.Imol.& Abb.in.d.c.fi.

Sed ad duo tm̄ volo vos aduertere, quorum primum est, quare sit, ꝙ cùm pariformiter cęseant præscriptio
20 & consuetudo, vt patet ex fundamētis Doct.in hac materia adductis, in præscriptione distinguatur, vt.x.anni requirantur inter præsentes. viginti inter absentes, & tū in consuetudine vniforme sit spatium.l.ij. C.quæ sit long.consue. Vos dicatis, ꝙ ratio differentiæ est, quia consuetudo firmatur tacito consensu ppl̄, vel maioris partis, qui ppl̄ semp est præsens, seu p præsentes repræsentatur, p̄scriptio vero inducitur ob negligētiā eorū, contra quos inducitur, quæ negligētia minor est in absentibus, ideo maius tempus requirit: quę rō cessat in consuetudine ex tacito consensu populi, & non pp alicuius negligentiam inducta; Hanc rōnem assignāt Cano. in.d.c.fi.de consu, quæ est verissima. Secundum est,
21 quare sit. ꝙ cū cōsuetudo habeat causam discōtinuam, cùm non semper populus vtat, nec semper fiant actus, consuetudo perficit.x. annis, & pręscriptio & vsucapio non habent effectum, nisi post tempus, cuius initij memoria non existit, vt dictum est.Bart.in.l. De quibus.respondet, ꝙ arg.procedit in præscriptione, quā quis non posset statim inducere: tunc enim si hēt cām discontinuam, procedit quod dictum est, sed consuetudinē posset ppl̄ statim uno actu inducere: Et si dicas, ut dicit ibi Ias.præscriptio posset etiam statim induci in casibus habentibus cām discontinuā, si dn̄s, contrà quem pręscribitur, consentit: respondet, ꝙ in consuetudine solus consensus ppl̄ sufficit: illam enim vnico actu posset inducere, sed in præscriptione requiritur consensus præscribentis, & eius cōtrà quem præscribitur, ita declarat ibi Ias.quæ declaratio nō tollit obiectū: q̄uis enim ppl̄ posset statim & in instanti introducere consuetudinem, statuendo, ꝙ hoc vel illud sit consuetudo, tamē illa uerè non esset cōsuetudo, quia non esset: vt cōsuetudo introducta, sed esset lex, benè diceretur consuetudo, quia.l.ita vellet, tamen re uera non esset cosuetudo scd̄m essentiam cōsuetudinis, & ideo nō videtur ꝙ de

beat

bet fieri differentia 'pp hoc, ꝙ vna in instāti posit in-
troduci,alia nō.Ego(quicquid dicāt alii)puro dici pos
se,ꝙ cū cōsuetudo incipiat(vt dictum est)a primis acti
bus cum ppl'i scientia factis, q̄uis requiratur ab initio
& actus,& ppl'i notitia, tñ in finienda postea & perficiē
da consuetudine censeatur perseuerantia illius præsum
ptæ uoluntatis populi.c.Maiores . de baptism. & ideo
non uideatur quodammodo habere causam disconti-
nuam maximè quia tot actus sufficiunt,quot satis sunt
ad ostendendum consensus populi.Vel aliter & forte
melius,ad perficiādam pręscriptionem requiritur con
tinuatio actuū(puta(possessionis.l.Sine possessione ff.
de usuca.sed consuetudine attenditur & exigitur, non
continuatio , sed frequentia actuum,ut.s̄. dictum est.
22 In ea glo.ibi,Sed nunquid,Glos.mouet.q.quoties re
quiratur,ut iudicetur,ad hoc,ut sit perfecta cōsuetudo
quæ habeat uim legis:& respondet,ꝙ debet saltē infrà
decennium bis iudicari sm̄ eā.Breuiter dicatis, ꝙ ista
opi.coiter dānatur hic & in.d.l.De quibus, & in.c.fi.de
consue.& ratio est manifesta,quia consuetudo induci-
tur ex moribus & usu hominum.d.l.De quibus,& pro-
batur in tex.nr̄o,ergo non requiritur necessariò actus
judicarius,Præterea sequeretur absurdū,ut nunq̄ pos-
set introduci nec iudicari sm̄ cōsuetudinē: nam si exi-
geretur,ꝙ esset obtēta in cōtradictorio iudicio, anteq̄
iudicaretur,non esset consuetudo,& nunq̄ prima uice
posset judicari:cùm ergo necessarium sit,vt habeat ini
tium,deducitur opi.illa ad inconueniens.Benè fatendū
est,ꝙ ex actu iudicario introducitur consuetudo,puta
quia iudex iudicauit contra.l.populo sciente,& nō cō
tradicente : Vnde actus iudicialis sufficit ad probandā
consuetudinem, non ut actus iudicarius,sed quia per
illum actū detegitur cōsensus ppl'i, & ita procedit tex.
in.d.l.Cum de consuetudine. ita tenendum est, ut tra
dit Abb.in.d.c.fi.de cōsue.vbi Curtius in.vi.requisito,
& uoluit Bald.in consil.510.Casus col.iii.lib.i. Sor.con
sil.99.col.ii.lib.i.vbi similiter dicit hāc esse communē
opi.Corn.consi.293.col.iij.in fi.lib.i.consil.155. col.fi.
lib.iiii.Abb.cōsi.73.col.pen.in.iii.du.lib.ii.Vero.ↄs.31.
in fi.Ias.in consi.46.col.ii.lib.i.Aymo. qui dicit cōem,
consil.55.Reuncatur.col.ii.versi.Nō obstat. numero.6.
In ea.glo.ibi.Nūquid ergo.Gl.tacitè opponit, ꝙ si ve
rum esset,ꝙ requireret ad introducendam consuetudi
nem,ꝙ bis sm̄ eam esset iudicatum, vt dicit glo. in.q.
pręced.ergo sequitur, ꝙ exemplis est iudicandū , con-
tra.l.Nemo.C.de sentē.l.Sed licet.ff.de offi.pręsi. cui re
spondet,ꝙ non iudicatur exemplis, sed consuetudine
approbata per exempla,& sic conceditur per consuetu
dinem interpositam, qđ non cōcederetur directè. s.ꝙ
iudicetur exemplis.d.l.Arist. In primis aduertendū est,
ꝙ cum superior opinio sit cōiter dānata,frustra de veri
tate huius oppositionis disputamus, q̄a cū non sint ad
essentiam consuetudinis necessarię duę illę sententiæ,
nō cadit disputatio,an iudicetur postea exēplis. Secun
23 dò dici posset,ut dicebā alias,ꝙ benè verū est , ꝙ pos-
set iudicari exemplis , q̄a data prima opi.s̄.dicta vera.
necesse est,ꝙ tales sententię sint approbatę ex tacito
consensu à populo,& eo,q̄ habebat authoritatem l. ↄ-
dendæ,unde his exemplis postea iudicari potest.c.Affer
te,de præsumpt.glos.in.cap.fin.xxx. distin. Dū verò dr̄,
quòd per indirectū conceditur aliquid , quod directè
non concederetur.d.l.Arist.illa.l. non probat hoc , sed
benè ꝙ possum per aliū,quod non possum per me: sed
ad regulam,q̄ ponit gloss.dicatis,ꝙ immo regula est in
contrariū,ꝙ cū quid vna via prohibetur alicui,ad id a-
lia indirecta non debet admitti.c. Cum quid.de reg.iu.
lib.vj.facit tex.in l.fi.C.Si māci.ita ven.ne prostitua. Et
ideo quod non potest fieri.per pactum non potest fieri
per viam conditionis puta tale quid , quod impediat
liberam testandi facultatem. l. Pactum quod dotali.
C.de pact.
In ea.glo.in fi.Allegat gl.simile,ꝙ ita aliqñ euenit, ꝙ
petamus ea promissione,& sic ex titulo, de quo aliter
24 non ↄstat,nec aliter probat,q̄ ex longo vsu : Ille enim
longus vsus probat titulū.d.l.Cum de in rem verso. ff.
de vsur.Et q̄a ista materia est valde intricata, & eā latè
prosequit Ias.in.l.Si certis annis.C.de pac. vbi limitat.
25 xii.modis,& idē in.§. Pręiudiciales col. fi. j̄. de actio.
Dicatis pro nunc,ꝙ verum est,ꝙ ea diuturna pręstatio
ne cum cursu longi temporis præsumit titulꝰ,siue de
magno,siue de modico præiudicio agatur. d.l. Cū de
in rem verso,& fatent oēs,& in specie Anto.de Bur.in.
c.Peruenit.col.xaii.de censi. & hoc dūmodo, q̄ soluit ,
ꝓstiterit aio se obligādi,alias secus,puta, si protestatus
fuisset,ita Bal.in.l.fi. C.ne de sta. defun. Item dūmodo
probet per agentem, ꝙ solutiones factæ fuerūt ex cau-
sa & titulo,qui allegatur in petitione.Sali.in.l.Si certis
annis in.i.q.C.de pac. Item dūmmodo contrariū non
probetur.Bald.& Pau.de Cast.in.l.ii. C. de do. promiss.
Cin.in.d.l.Si certis annis in. x.q.& ꝙ pręstationes factæ
per decenniū fuerint separatæ, vt dicunt d. Doct.vbi.s.
proximè,&ita teneatis;vno tm̄ casu excepto , videli-
cet qñ verteretur maximum præiudicium, puta, muta
tionis status,& subiectionis personæ , quia tunc non
sufficerent præstationes per decennium, sed requirun-
tur per.xxx.annos secundum Bart.in.l.Solent. §. i. circa
fin.ff.de offi.proconsu.
In glo.Cōsensu.Dicit gl.ideo necesse esse, ꝙ diutur-
ni mores sint consensu vtentium approbati,quia si non
26 esset consensus,non esset cōsuetudo, & cùm error cō
sensui contrarius sit.l.Si per errorem.ff.de iur.om.iudi.
sequitur,ꝙ error cōsuetudinē impediat.d.l.Quod non
ratione.Sed ut dixi alias,hęc opi.gl.hic,& in. l. De qui-
bus.ff.de legi.& in.c.Frustra.8.distin.reprobatur cōiter
per Doc.in.d.l.De quib.& in.d.c.fi. de cōsue. ubi con-
cludunt,ꝙ consuetudo per errorem inducta tollat le-
gem,& ualeat,sed bene non trahat ad casus similes , &
est hoc quod dicit tex.in.d.l.Quod nō ratione. qui tex.
probat apertè contrarium eius, ad quod allegatur per
gl.cùm dicat,ꝙ illud, quod errore primum inductū est,
& postea consuetudine confirmatum, non debet ad ca
sus similes trahi: Ponunt exemplum Doct. in quibusdā
locis reperitur consuetudo,ꝙ dn̄s vini,qui apponit ma
nus ad plaustrum,si casus accidat ,subeat ipse periculū,
& rusticus non teneat:nam hęc consuetudo ita per er-
rorem sine aliqua rōne ab initio inducta obtinet in ca-
su suo,tñ non extendit,puta,ad oleum,vel alia: sed ubi
esset tantus error,qui tolleret consensum ppl'i,tūc pos-
set habere locū quod dicit gl.hic,quia deficeret causa
efficiens cōsuetudinis,quæ nulla alia de cā subsistit,nisi
pp consensum:vbicunq; ergo erit error in iure,non in
ducetur consuetudo:q̄uis enim ab initio faciētes actū
putauerint iure facere,& errauerint,tñ si in hunc erro
rem consensum est à ppl'o,valebit consuetudo, secus si
error sit in facto, quia si errore in facto existēte consen
sum sit,consensus non inducit cōsuetudinem,& ita de
clarant Doct.in. d.cap.fin. & ita tenendum est. Et dum
dicitur per tex.in.d.l.Quod non ratione. quòd consue
tudo potest esse irrationabilis, intellige, non quòd sit
contra rationem naturalem,sed sine ratione. nam si cō
tra rationem esset,nō valeret.ca.j.de consti.lib.6. quod
tamen totum arbitrio iudicis relinquitur. Hostien. in
summ.de consue.§.Quid sit consuetudo. Oldra. consi.
220.Supposita.
In glo.in uerbo,Imitantur.Glo.primo loco exponit,
ꝙ dum in tex.dr̄ ꝙ mores diuturni legem imitantur,in
telligitur,ꝙ eiusdem potentiæ sit consuetudo , vbi lex
scripta nō est,cuius est lex , ubi scripta est, & iō hēt uir
tutem

rutem consuetudo imitandi legem.i. tantundē præstandi. Item interpretandi: vbi lex est dubia.d.l. Si dę interpretatione; præterea corrigendi.d.l.De quibus. & io.§. Sed naturalia.uersi.Ea uerò.j.eo.

Mihi uidetur, ꝙ ista uerba sint aliter accipienda, ut.s. dicamus consuetudinem legem imitari.i.habere easdē vires, quas habet lex, & idem posse, quod lex; nā nihil aliud est dicere imitatur.l.q̄ si dicamus, habet oēs effectus legis. Sicut ergo lex qñq; statuit aliquid, ut plerúq; euenit, ita & consuetudo, quę est tacita quędam lex, ut hic, & in.l.De quibus. Sicut lex aliqñ interpretatur aliā legem dubiam, ut hr̄ in.l.fi.C de legi.ita & consuetudo pōt interpretari; Sicut lex aliqñ in totū tollit aliā legē, pariter & consuetudo pōt tollere. Et quemadmodū lex pōt aliqd contra primā legē inducere, ita pōt inducere
ēt consuetudo.& hoc est, quod dr̄, ꝙ imitai legē ipsa ꝯ-
28 suetudo. Dū verò gl.dicit, ꝙ tres sunt virtutes consuetudinis, glo.in.l.ij.C.q̄ sit longa consuetu dicit ꝙ sunt quatuor. Hostien.in summa de consuetu. ponit quinque Cardi.Flo.in.c.fi.de cōsue.q.45. ponit septem. Tu uno uerbo declares, ut dictum est, quia omnes reducuntur ad illam, ut sit paris potentię cum lege scripta. d.l.De quibus.

Dum aūt glo.dicit, ꝙ cōsuetudo habet vim interpre
29 tandi legem, dicatis, ꝙ usq; adeò uerum est, ꝙ standū est consuetudini interpretatiuæ, ut q̄uis postea cōstet, ꝙ illa interpretatio non sit bona, tñ non est ab ea recedendum ob uirtutem cōsuetudinis, ita dixit Abb.in.c.
30 Cùm dilectus in.vij.not de consue. Et hęc consuetudo interpretatiua non requiritur ꝙ sit pręscripta. ut tradit Decius in.c.At si clerici in princi.col.xv. de iudi. Curtius in rubrica de cousuetu.in.iiii.q.

31 Dum uerò in tertio membro dicit, ꝙ habet consuetudo uim corrigendi legem, glo.distinguit. ꝙ si est uniuersalis.ubiq; uincit legē: aut est in aliquo loco speciali, & i eo loco, in quo uiget, pręualet legi, si est posterior, alias enim tolleretur consuetudo à.l. sequente, in aliis uerò locis, ubi consuetudo non reperitur, stat lex, & ita residet.

Vos dicatis breuiter omissis iis, quæ latissimè circa hoc traduntur per Doct. ꝙ consuetudo generalis generaliter uincit legem, specialis specialiter in loco, in quo est.d.l.De quibus. Derogat enim consuetudo posterior legi.præcedenti.facit tex.j.de satisda. in princi. Quod aūt diximus, ꝙ specialis consuetudo, puta, unius ciuitatis, non uincit legē, nisi in illa ciuitate, addatis uel eius districtu s̄m Bar.in.l.Ex ea.ff.de postu.& in.l. ii. q.xxxvi. C.quæ sit longa consuetu.

Vnde dicebam alias, ꝙ iste tex. erat fic intelligẽdus, ꝙ libertas erat naturalis facultas eius, quod cuiq; facere libet, nisi quod vi. i. violentia, aut iure. f. in se ꝓhibitũ est, non quod prohibitũ est perfonis particularibus, sed quod de fui natura est prohibitũ. Nõ enim minus quis est liber ex eo, ꝙ non posfit facere homicidiũ, quia illi hoc prohibeat a. l. nec minus est liber, qui ligat^o detinetur, & ideo prohibet ire, aut aliud quid facere: & ita pater, ꝙ facere testamentũ, & alia quæ fui natura nõ funt prohibita, non competent seruis, & fic potest procedere iste tex. sed vide hic in Annotationibus.

In glo. in verbo Cõstitutio. Glo. bene dicit, ꝙ seruitus fuit vnum ex iis, quæ disposuit & constituit ius gentium, vsu & humanis necessitatibus ita exigentibus. §. Ius autem gentium. ĩ. tit. i. non ipsum constituitur, sed ipsum ius constituitur, ut dixi in tex.

In ea. glo. ibi, Sed hodie. Dicit gl. quod quamuis serui

42 tus inuenta fit de iure gẽtium, ubi dominus pôt hodie dici de iure ciuili ꝑ receptionem, & quia data est q̃ ad dã forma, cùm limitata fuerit dominorum potestas in ipsos seruos. d. §. pen. & cùm quid additur uel minuitẽ, efficitur ius ciuile. d. l. Ius aũt ciuile. ff. de iusti. & iur. Et dũ gl. dicit, hodie potest seruitus de iure ciuili dici formatione, non intelligas, vt Iaf. hic, formatione. i. quia data est forma, sed reformatione, quia diuersa est hodie potestas dominorum ab antiqua potestate, & in hoc fuit reformata seruitus.

43 In glo. in uerbo, Dominio. Glo. dicit ꝙ aliqñ seruus quis reperitur absq; dño: quod durũ videt, cùm nomen hoc sit correlatiuũ, ita ꝙ posito seruo necessariò videatur poni dñs, sicut posito filio ponnit pater. Bal. in rubri. C. de reb. cred. in. fi. allegat tñ gl. tex. in. l. j. §. i. ff. de diui. vbi dr̃, ꝙ hæreditate iacente res hæreditariæ in nullius bonis sunt: ergo seruus hæreditarius in nullius bonis est, ergo est sine dño. Sed respondio est, ꝙ hæreditas

44 personæ vicem sustinet & dñi, propter futurum hæredem. ĩ. de stipu. serui in prin.

Secundò tex. in. l. fi. ff. pro dereli non probat, nam ibi non soluendo alimenta, sed relinquendo Titio videtur in eum ius suum transtulisse, vnde meritò potuit ab eo postea ad libertatem vocari.

Tertiò ad. l. Quod seruus. ff. de stipu. seruo. vbi stipulatio serui habiti pro derelicto nulla est, quia dñs deficit,

45 & sic seruus habitus pro derelicto est, seruus sine dño, dicatis, ꝙ habetur pro derelicto seruus languens, statim fit liber. l. Seruo. ff. qui fine manu. ad lib. peru e. aut

46 sanus, & tunc ius seruitutis pẽdet: nam si ipse se præoccupet in libertatẽ, efficitur liber. l. fi. ff. ꝓ derelict. Bart. in. d. l. Quod seruus. si verò non se præoccupet, sed patiatur ab alio occupari, tunc efficitur seruus illius. d. l. Quod seruus. & censetur seruus illius ex tempore, quo fuit habitus pro derelicto, vt dicit tex. in. d. l. Quod seruus.

Quartò allegat tex. in. d. l. Si vsumfructũ. qui mihi nõ uidetur hoc probare, quia non dicit esse fine domino, & esse seruum.

In glo. in verbo, Contrà naturam. Declara. vt alias de claraui, & vt dixi. ĩ. in. vj. not.

In glo. in verbo, Seruare. Habes seruum dici à seruando, non à seruiendo, vt dictum est ĩ. in. vij. not. Tamen seruus venditus ad pretium participandum dr̃ seruus, & tñ non est seruarus, sed à seruiendo dictus est. Dic, vt superius in prin. dictum fuit.

47 Secundò habes, ꝙ seruus publicus. i. tabellio dr̃ à seruiendo. Allegat ad hoc duo iura, quæ simpliciter probant tabellionem appellari seruum. non autem ꝙ à seruiendo dictus fit: quod quamuis probabile fit posset tñ dici dictum esse à seruandis scripturis, de quibus scribendis rogatur.

48 Tertio habes, ꝙ seruus non potest esse tabellio. est

49 tex. clarus in. l. Generali. allegata in gl. sed tunc videtur obstare, ꝙ seruus pôt esse argẽtarius. l. Prætor ait. §. Sed & si seruus. ff. de eden. & tñ officiũ argentarij habet publicã causam, vt dr̃ in. l. Argẽtarius. ff. de eden. Decius in l. Quod attinet. ff. de reg. iu. dicit, ꝙ olim de iure. ff. sicut poterat esse argentarius, poterat esse tabellio: quod postea fuit immutatum per. d. l. Generali. in qua pondera verbum (Deinceps) quod ostendit id in futurũ cautum, ergo prius non prohibitum.

§. SERVI

## §. SERVI AVTEM.

1 *Serui aut nascuntur ex ancillis nostris, aut fiunt captiui*
2 *Seruiens an ex ebrietate.* *(tate.*
3 *Seruus sit iure ciuili, si patitur se vendi ad pretium participandum.*
4 *Locus Iuuenalis nouiter declaratus.*
5 *Homo non est dominus membrorum suorum abutendo quod declara, vt ibi.*
6 *Condemnatus ad mortem potest sibi preiudicare non appellando.*
7 *Venditio est de iure gentium*
8 *Libertatis sua quilibet dominus est, et usq; ad venditio*
9 *Seruorum conditio una tantùm est.* *(nem.*
10 *Filius ancilla, quamuis ex patre libero, seruus est.*
11 *Partus quò ad statum sequitur ventrē, & quare. vide*
12 *Filius libera & ascriptitij liber est.* *(ibi.*
13 *Nascentis fortuna consideratur scd'm statum uentris,*
14 *Vendēs se ad pretiū participandū debet esse maior. xx. annis, & quare, & an hoc habeat locum hodie.*
15 *Seruus vt quis fiat p uēditionem sui ipsius, qua requi-*
16 *Correcta ratione. l. corrigitur dispositio.* *(rantur.*
17 *Vxoratus non pōt pati se uendi ad participandum pretium inuita uxore.*
18 *Libertas est res inastimabilis.*
19 *Minor. xxv. ann. maior. xx. qui passus est se uēdi ad participandū pretiū, an habeat in integrū restitutionū.*
20 *Rei uendicatio an cōpetat patri uel affini, ad reuocandum in libertatē pro īteresse suo filium uel affinem, qui uendidit se ad participandum pretium.*
21 *Patronus non reuocat ea, quę non sunt alienata in fraudem ipsius.*
22 *Patronus an habeat plus iuris in libertum, quàm pater in filium.*
23 *Seruus non est capax dignitatis.*
24 *Dignitas qualiter intelligitur, quando loquimur de seruis, & quòd accipiatur diuersimodè secundùm subiectam materiam.*
25 *Veteranus } quis sit.*
*Nouitius.*
26 *Multi dicuntur secundum subiectam materiam: dicuntur tamen duo vel tres.*
27 *Testes dicētes se audiuisse à multis non probant famā.*

Diuiditur iste text. in. iij. partes, in prima ponitur diuisio, qūo. s. fiant serui: in secunda declaratur diuisio prædicta: in. iij. ponitur differentia inter conditionem liberorum & seruorum, & declaratur. secunda ibi, Nascuntur ex ancillis. tertia ibi, In seruorum.

Non pōt breuius summari. Tamen potes dicere, serui vel nascuntur ex ancillis nostris, uel fiunt captiuitate, uel uēditione ad participandum pretium; & omnes pariter serui sunt: liberorum uerò quidam ingenui, quidam libertini. h. d. ex. l. Et seruorum. ff. eo.

Casus nō pōt figurari, nisi literaliter, ideo figura p te.

1 Not. primò, q serui aut nascútur ex ancillis nostris,
& dominio nostro subiectis, aut fiunt captiuitate de
iure gentium. concor. tex. in. §. Item ea, quę ex hosti-
bus. j. de re. diui. in. §. Ius autem gentium. s. tit. j. in ver-
sic. Seruitus. s. e. & qui nascitur ex ancillis nostris noster
seruus fit iure gentium. l. Et seruorum. ff. eo. Circa quod
libet referre quod dicit glos. in. c. Ius gentium. j. distin.
& l. j. ff. de ijs qui sunt sui uel alie. iu. Alb. de Ro. in. l. Ma
numissiones. ff. de iusti. & iur. (quæ omnia addēdà sunt
ad ea, quæ. s. posuimus in. d. §. Ius autem gētium) quòd
2 quidam eam non à iure gentium, sed ex ebrietate, non
captiuitate, sed maledictione, & uolūtate unius Noe na
tam fuisse seruitutem dicunt, referuntq; historiā illam
ex Gene. c. ix. vbi Noe ebrius & nudus à Cham filio vi-
sus, & à Sem & Iaphet coopertus, cùm omnia rescisset,
maledixit Cham eius filium dicens, seruus eris fratrum
tuorum, vt habetur in. d. c. Sexta die.

Vnde glos. in. d. c. Ius gentium. dicit approbatione iuris gentiū fuisse, non inuentione, quod est falsum. Nam cum Noe dicat, Seruus eris, non constat, q fuerit primus seruus, quia & hodie serui fiunt, & per hoc non est hodie inuenta seruitus, quinimmo probat seruitutem prius fuisse. Præterea q̄uis illa fuisset occasio primi serui. quod negatur, tñ per hoc non impediretur, qum de iure gentium fuerint seruites introductæ, Si enim dubitaretur, an ex captiuitate vel ebrietate, caderet cōparatio, quia vtraq; sub iure gentiū esset, sed inter ius gentium & ebrietatem inepta est comparatio.

3 Secundò not. q serui iure ciuili fiunt, qñ patiūtur se
vendi ad pretiū participandū, si habeant qualitates, de
4 quibus in tex. & hoc est, quod dixit Iuue. Saty. iij.

Et præbere caput domino venale sub hasta.

Quem locum cōmentatores non intelligunt. Sed cō
trà hoc opp. dr̄ in. l. Liber homo. ff. ad. l. Aquil. q nemo
5 est dñs membrorum suorum abutendo, sed videtur in
cōueniēs. vt qui non est dñs partis, fit taliter dñs totius,
vt totum in alium transferre possit, facit tex. in. l. Aut
damnum versic. Proinde ff. de pœn. Tamen videtur, q
responderi possit, q illud dictum non sit verum simpli-
citer, quia quando cum voluntate sua cōcurrit authori
6 tas. l tunc certè est dñs, patet hoc, quia reus non appel-
lando potest sibi præiudicare, si ad mortem fuit condē-
natus. l. j. §. fi. vbi Bar. ff. de quæstio. Licet enim ipse non
sit dñs suorum membrorum, lex tñ & resp. est ipsa do-
mina vt Bar. not. dicit in. l. Titio centū. §. Tertio cētum
el secundò versic. Tertia ratio. ff. de condi. & demon. &
ita in simili respondet Deci. in. c. Inter cæteras in. ij. li-
mitatione col. penu. de rescrip. & idem voluit Deci. si
cum voluntate hominis concurrit authoritas cōsuetu
dinis in. c. ij. in. ij. lectu. col. iij. versic. Nec obst. si dicatur
de consti. per easdem rationes.

Secundò opponit, dicitur hic, q fit seruus iure ciui-
li: Sed contrà hoc videtur opponi posse, nam venditio
7 est de iure gentium. §. Ius autem gentium. s. titul. j. l. Ex
hoc iure. ff. de iusti. & iu. vnde non videtur, q debeat di
ci seruus de iure ciuili, sed de iure gentium, cùm fiat
per mediam venditionem. Sed respondetur, q q̄uis ip-
sa venditio sit de iure gentium, tū seruus ex ea fit, non
constitutione iuris gentium, sed ex dispositione & cen-
sura iuris ciuilis, & ita procedit tex. noster.

8 Tertiò not. q quis est dominus suæ libertatis etiam
usq; ad venditionem & distractionem: de quo dic, vt. s.
dixi in præced. notab.

Quartò not. q̄ requirātur ad hoc, vt quis fiat de iure ciuili seruus: de quo latius dicemus i gl. i verbo Maior.

9 Quintò not. q nulla est differentia in conditione ser
uorum: Sunt enim oēs pariter serui, q̄uis aliqui postea
sint serui pęnæ, aliqui ascriptitij, vel censiti aliqui or-
dinarij, vel vicarij. Est enim vnus omnium status, q̄uis
officia ipsorum varientur, vt declarat hic glos. in verbo
Nulla, vbi dicemus. Neq; enim quisq̄ est minus seruus,
q̄ alius seruus, quia seruitus ipsa nō pot est scindi in ali
quas species, vt dicit hic Theophilus.

Sextò not. q liberorū hoium aliqui sunt ingenui, alii qui libertini. Itē aliqui sui iuris, aliqui alieni iuris: sed quia illa non est conditio, quæ respiciat ita intrinsecè statū, sicut ista, ideo de hac hoc in loco nihil ponitur

Septimò not. multas differentias duas dici quinimmo vnica tantùm differentia videtur hæc, quæ ponitur in tex. de quo dicetur in gl. in uerbo Multæ.

In glo. in verbo Ex ancillis. Habes ex glo. ꝙ si puer na
10 tus sit ex pater libero, & matre ancilla, nascitur seruus:
11 ratio est, quia quò ad statum, partus sequitur ventrem quàuis quò ad honores & dignitates, sequatur patrem d.l. Partum. vbi not. Sed contrà hoc videtur opp. posse de ſtitul. seq. dum dicitur, ꝙ mater, quę serua peperit, & conceperit, ingenuum parit, dummodo medio tempore libera fuerit mater. Sed respondetur hoc non esse, quia non sequatur matrem, quia immo sequitur, sed cùm tempore, quo est i vtero, libera efficitur, tũc procedit fictio iuris, quæ habet, ꝙ qui est in vtero, habetur pro nato quò ad sibi commoda. l. Qui in vtero. ff. eo. tit. ideo nascitur ingenuus, quia est, ac si natus tunc esset, cùm libera erat, cùm nõ debeat calamitas matris ei nocere, qui in vtero est. Sed quę est ratio, ꝙ magis partus sequitur matrem quò ad statum, q̃ patrem? Dicit Saly. in d.l. Partum. ꝙ hoc est fauore partus: nam si deberet attendi pater, illi non posset proficere, nisi tempore cõceptionis, at mater potest proficere tribus temporibus conceptionis, partus, & medij temporis: nam solo tempore conceptionis agit pater, & est causa efficiens. Hęc ratio habet colorem, tñ puto veram rationem esse propter certitudinem. Sed primã rõnem Bald. sequitur hic etiam Ange. qui videtur fundari ex tex. in l. fi. C. de lib. cau. ibi, Quarum mox visceribus exponuntur. & latius declarabitur in titulo seq. in prin.

12 In ea. glos. ibi, Quid si ex ascriptitio. Pari rõne dicit glo. ꝙ natus ex libera & ascriptitio sequitur ventrẽ, si-
13 cut si natus esset ex libera, & ex seruo. Fortuna enim nascentis cõsideratur secundùm vẽtris statũ, vt dicit tex. in d. Auth. const. quæ ex ascrip. in prin. facit tex. in d.l. fi.
„ C. de li. cã. in. pri. vbi dr̃, Placuit eos, qui nascunt, matrũ
„ cõditionib' vti, quarũ visceribus mox exponunt. facit tex. in l. Idem Pomponius. §. Idem scribit. ff. de rei vend.

In gl. in verbo Iure ciuili. Glos. addit tertiũ modũ. s. quando qui asserit se in libertatem, vel asseritur in seruitutem, per annum abfuerit, omnino est seruituti obnoxius. d.l. j. §. fi. C. de asser. toll.

Sed mihi videtur, ꝙ non possit dici modus inducẽdæ seruitutis ille ex illa cõtumacia, Debet enim præsupponi, vt in princ. illius l. vel ꝙ ille, qui est in possessione libertatis, vocatur in seruitutem, vel qui est in possessione seruitutis, asserit se in libertatem: nam vtroq; casu contumacia ipsius videtur inducere tacitam quandam confessionem ius sibi non competere, & ideo si erat in statu seruitutis, in ea remanet, nec potest dici, ꝙ efficiatur seruus: si erat in possessione libertatis, & asseratur in seruitutem, videtur fateri ius actionis subsistere: quo casu non videtur fieri seruus, sed videtur detegi, ꝙ illa possessio libertatis, in qua reperiebatur, erat vana, & ꝙ ille verè erat seruus. facit tex. in l. Diui. §. j. ff. de lib. causa. qui solet pro contrario allegari, quia aliud antiquius remedium inducit.

In ea. glos. ibi, Et est quartus. melius probatur per tex. in l. ij. C. de liber. & eor. lib. & in l. Alimenta. §. j. ff. de lib. agnos. vbi refertur constitutio Commodi hoc disponentis.

14 In gl. in verbo Maior. Primũ ergo requisitum est, vt
15 sit maior viginti annis ille, qui se ipsũ vendit: ratio autem huius tẽporis assignatur in tex. in d.l. Ministeriũ, videlicet, ne antè libertatem inconsultè amittat, quam alijs propter ætatis rationẽ sine consilio præstare non posset. Anterius enim tẽpus non est visum aptum ad decernẽdum quicq̃ nec de sua neq; de aliorum libertate.

Sed tunc quæro, hodie mutatũ est illud tempus, & dispositum, ꝙ dñs, qui impleuit. xvij. annum possit libertatẽ seruo dare. §. fi. J. ex qui. ca. ma. non lic. an idem erit, vt possit etiam ipse libertatem suam alienare? & videtur dicendum, ꝙ sic, quia correcta ratione legis cor-
16 rigitur dispositio. l. j. ubi glo. & Bar. ff. de legi. tutor. Areti. in l. ij. col. vlt. verific. Et tangendo aliquid. ff. de vulga. & pupill. latè declarat Deci. in c. j. in j. lectu. col. iiij. in fi. de consti. Io. Crotus in rep. l. Si cõstante. col. xl. versi. Secunda conclusio. ff. solu. ma. cum vulg. igitur videtur reducta ad illam eandem ætatem etiam potestas vendendi seipsum. Tamen ego alias dicebam cõtrarium ex eo, quia ille. §. Cùm ergo. est introductus fauore libertatis, vt. s. facilius serui ad libertatem peruenire possint: nam est remissa prohibitio trium annorum à. xvij. vsq; ad. xx. sed si hoc pateret, ꝙ minores. xx. annis possent se priuare libertate, hoc redundaret in odium, contra. l. Quod fauore. C. de legi. Secundò respondetur, ꝙ tex. in d. §. fi. loquitur tm̃ in vltimis voluntatibus, ergo non debet trahi ad actus inter viuos, & ita respondet hic Io. Fa. Non obstat quod dicebatur, ꝙ correcta rõne. l. corrigatur lex, quia correcta est limitate in vltimis voluntatibus, ergo limitatum parit effectum in eis. l. In agris. ff. de acqui. re. domi. Itẽ deduceretur res (vt dixi) ad absurdũ hoc, vt quod fauore libertatis introductum est, in eius damnum ac pręiudicium reduceretur. d.l. Quod fauore. Item responderi posset, ꝙ licet correcta sit ratio. l. remanet eius authoritas, vt dicebat Io. An. in c. Post translationem. in glos. in verbo, Cessante. de renun. §. Fœminæ. iuncto. §. præceden. infrà. de nup.

In ea. gl. ibi, Itẽ & vt eo aĩo. Gl. ponit secundum requisitum. s. ꝙ eo animo vẽdat se, vt pretium participet: melior est tex. in l. Liberis. ff. de lib. causa. in prin. & §. j. Idem multò magis, si vt totum consequeretur.

In ea. glo. ibi, Item & ꝙ verè. Glo. ponit tertiũ requisitum. s. ꝙ verè participauerit pretium. d.l. j. ff. qui ad li. procl. non lic. & est tex. in l. j. C. eod. titul. & in d.l. Liberis. in princi. ff. de libe. cau.

Sed circa hoc orit̃ dubitatio, quomodo possit participare pretium sui cum verè sit seruus, & seruus nihil habere possit, quod non sit domini. infra. de ijs qui sunt sui vel alie. iur. §. j.

Aliqui dicũt, ꝙ participat anteq̃ sit seruus. s. nondum concurrentibus omnibus requisitis ad perficiendã seruitutem: quod est falsum, & contrarium probat tex. in d.l. Liberis. §. j. vbi participatio pretij facta est post. xx. annum, & post ipsam venditionem, & sic tempore, quo erat seruus.

Christo. hic dicit, ꝙ hoc est ex eo, q̃a regula. d. §. j. J. de ijs qui sunt sui vel alie. iur. & l. Placet. ff. de acqui. hę re. dispensatur & limitatur i hoc casu. s. vt ille, qui patitur se vendi authoritate. l. possit retinere, & vti pretio suijpsius, licet sit seruus. Cùm enim lex velit, ꝙ possit se vendere, vt participet, intelligendum est, vt possit cũ effectu participare. l. j. ff. si ag. vec. vel emphy. peta. aliàs frustratoria, & verbis imposita esset lex, contra. l. ij. C. cõ. de leg. & hęc responsio mihi bona videtur.

In ea. glos. ibi, Itẽ ꝙ vendatur ignoranti. Glos. ponit quartum requisitum. vt. s. emptor nesciat conditionem hominis venditi: si enim sciret emptor, esset in mala fide. d.l. Liberis. §. Si quis sciens.

Item addit quintum. s. vt sciat conditionem suam, si enim ignoraret, non efficeretur seruus. d.l. ij. ff. si lib. inge. esse dica. qui tex. non probat hoc, & minus probat tex. in l. pe. ff. de libe. cã. qui solet allegari ad hoc. Christo. hic allegat tex. in l. pen. ff. qui ad lib. procla. non li. Tamen verum est in se, quia ignorans nõ posset aliquo modo se vendere, nec libertatem suam in alium posset quoquo modo transferre.

Adde tu sextum requisitũ. s. ꝙ vendat se per mediam personam alterius, non autem per seipsum, nã emptor

si seipsum

si seipsum venderet, semp esset in mala fide: si enim crederet ipm liberũ, emere non posset, vt dictũ est in quarto req̃sito: nec si crederet seruũ, secus sciret ad aliũ pertinere. & p. consequens, ꝙ non haberet sui potestatem.

27 Sed vlterius aduertendum est, ꝙ hũs vxore non potest etiam his concurrentibus inuita uxore pati se vendi. Antè enim q̃ fiat, vẽditio impeditur, post factam, tenet venditio, vt latè declarat Præpo. in. c. t. de coniu. seruo.

In ea. glo. ibi, Nec etiam dñs accipere compellitur. Gl. dicit, ꝙ vno ex his requisitis deficientibus potest de iure communi qui passus est vendi pronocare in ingenuitatem, aliàs non posset, etiã post manumissionẽ, iuribus in glo. allegatis, nisi restitueret pretium dño spõte accicipiente: nã non cogitur dñs, quamuis aliqui voluerint contrariũ. Est ergo conclusio glo. ꝙ dñs non põt cogi prætiũ accipere, si tñ vult, & manumittat, resoluit, & dissoluitur macula seruitutis, & fit ingenuus seruus.

Sed contra hanc opi. glo. põt argui per tex. in. d. l. 2. ff. si lib. inge. esse dica. quẽ tex. ita intelligit glo. in. §. Dominus infra de noxa vbi seq. Io. Fab. & Ange. facit tex. in. l. 2. C. de pat. qui fili. distra. in. l. Pignori. ff. de bere. insti.

18 Secundò probatur, quia cum libertas sit inęstimabilis res. §. fi. ins. qui ex cau. manu nõ lic. videtur habere locũ. l. 2. C. de rescin. ven. vbi fit rescissio in deceptis vltra dimidiam insti prętij. Prætereà videmus hoc esse in pluribus alijs casibus fauore libertatis introductum. d. §. Dominus. infra de noxa. c. 1. de Iudæis. l. fi. C. de episc. & cle. l. 1. C. ne Iud. Christ. man. l. 2. & fi. C. de postli. reuer. l. Senatus. ff. de legi. j. Tamen verior est opi. gl. & Doct. hic, ꝙ non cogitur dominus accipere prętiũ p regulam. l. Nec emere. C. de iure delib. l. 1. C. qñ lic. ab emp. disce. & qa quod nostrum est, non debet sine facto, & uoluntate nostra à nobis auferri. l. Id quod nostrũ. ff. de reg. iu. oẽs autem casus, qui in contrariũ adduci possunt, sunt casus singulares, qui non sunt trahendi ad consequentiam. §. Sed & quod principi, & ibi not. sup. titu. 1.

Non obstat. d. l. 2. quia glo. ibi intelligit, quando dominus spontè, & voluntariè recepit, & ita intelligit. & l. 2. C. de patri. qui fili. distra. est casus specialis.

Ad. l. Pignori respondetur, ꝙ ibi dominium serui remã serat penes debitorem, cùm pignoris causa dominus creditor factus non esset.

Non obstat quod dicitur, ꝙ ex. l. 2. debet rescindi, cùm libertas sit inęstimabilis, quia respondetur, ꝙ illa lex procedit, vbi est facta deceptio in dimidia insti prætij, ergo. d. l. 2. cessat. Secundò respondetur, ꝙ cùm emptor emerit hunc, ut seruum, nõ ut liberum, (aliàs enim nõ ualuisset emptio. d. §. Si quis sciens) sequitur, ꝙ non debet consyderari, ꝙ sit uendita libertas, quia qui emit, non potuit velle emere liberum, & ita teneas.

19 In ea. gl. ibi, Sed nunquid. Quærit glo. an minor. 25. annis, maior tamen uiginti, qui se uenire passus est, habeat in integrum restitutionem: & dicit, ꝙ non, per tex. ubi est casus in. l. Si ex causa. §. Pomponius. . . . . . Papinianus. ff. de minor. vbi tex. assignat rationem, quia in totum mutatus est status hominis per seruitutem, quę quoad ius ciuile annihilat in totum eius statum. l. Quod attinet. ff. de reg. iur. & hoc modo respondetur ad tex. in. l. 3. §. Si quis minor. ff. de mino. vbi rescinditur arrogatio, quia quamuis mutetur status per arrogationẽ ex minima capitis diminutione, tamen non annihilatur, nec in totum, & funditus tollitur, vt in seruitute, quę est maxima capitis diminutio infra de capi. dimi. §. Maxima. Quod autem dr̃ de solennibus non mutandis, non est necessarium, cùm habeamus tex. in. d. §. Pomponius. allegantem suam rationem, quia status mutatus est in totum, immo redactus de statu ad non statũ. §. Seruus. infrà. de cap. dimin.

20 In ea. gl. in fi. ibi, Sed nunquid patri vel affini. Gl. quærit, an si filius, vel affinis vendat se ad participiandũ prætium, competat vtilis rei uendicatio ipsi patri, vel affini ad reuocandũ ipsum in libertatem: & Doct. similiter dubitant de patrono: & concludit glo. ꝙ nõ datur reuocatio, cum qua cęteri transeunt, ut dicit hic Ias. & Ang. dicit ipsam procedere, quando scientibus patribus vel affinibus uel patronis facta est uenditio, alias secus.

Tu dicas, ꝙ datur rei uendicatio. d. l. 1. ff. de rei uendi, nisi sciẽte patre aut patrono facta est uenditio: & prius dispiciendum est in patrono, in quo uidebatur clarius hoc decidi in. l. 4. ff. de lib. cã ubi hoc uidetur determinari ad literam. Nec obstat, ꝙ ibi dicatur hoc qñ ad iniuriam patroni id factum est, ut patet ex. l. 1. & seq. usq; ad d. l. 4. quia respondetur, ꝙ immò ex hoc solo, ꝙ vendit se, interest patroni reuocare libertum, quod interesse, non iniuria, consyderat, ut patet expresè in. l. Interest. ff. de lib. cã. ubi apparet per illam dictionem (enim) ꝙ in illa. l. ponitur ratio. l. superioris. Consideratur ergo interesse, non ꝙ libertus in iniuriam patroni se uendat. Quod autem dicit hic glo. respondendo ad omnia illa iura, videlicet, ꝙ ibi non mutauerat statũ, sed mutare uolebat falsum est, quia immo mutauerat: nam nõ daretur reuocatio à seruitute, nisi seruitus esset, cùm priuatio præsupponat habitum. Accedat ratio manifesta, ꝙ id quod nostrum est, sine facto nostro non aufertur. l. Id quod nostrum. ff. de reg. iur. & illud, quod dicitur, ꝙ sicut morte uera præiudicat patrono libertus, ita ficta, est falsum, quia illud ꝓuenit à natura, & fato, hoc facto hoĩs, quod prohibetur in. d. reg. Id quod nostrum.

Confirmatur, quia sicut patronus agit ne libertus fiat ingenuus, multò magis agit, ne fiat seruus. l. pen. ff. si li. inge. esse dica. & est responsio, quę solet dari ad illũ tex. ꝙ ibi non agitur, ut ingenuus reuocetur in libertinitatem, sed agitur, ut appareat, ꝙ non erat uerè ingenuus, hic uerò tractatur de reuocando uerè seruum in libertatem, est responsio uerbalis. Sicut enim iura prouiderunt ne iuri patronatus præiudicaretur per propositam ingenuitatem, ita curandum est, ne pręiudicetur per seruitem argu. sumptò à maiori.

21 Non obstat quod solet dici, ꝙ patronus non reuocat non alienata in fraudẽ. l. 1. & l. 2. C. si in frau. patro. Nã hic reuocatur propter interesse principale ipsius patroni, ut dicitur in. l. 5. ff. de lib. cau.

22 Hoc præsupposito dico, ꝙ idem est, & multò magis in patre, & affinibus, de quorum ignominia agitur, etiam si nõ hoc faciat, qui uendit se, ut ignominiam faciat affinib. & parenti. sequitur enim ex se, & ex natura rei, & illa consideratur. l. 2. ff. de lib. cã. Nec est uera ratio Pet. ꝙ maior sit ratio in patrono, q̃ in patre, quia patronus reuocet alienata per libertum, pater non. l. Nullum. ff. de obse. pat. præst. l. 1. & 2. C. si in frau. patro. nã d. l. Nullum loquitur in emancipato. Prętereà ius quò ad personam par est, immo maius, & potentius patris. l. Quidam. ff. de hęre. insti. l. fi. C. de cura. fu. Nec obstat tex. in d. l. Tutelas. §. Si libertate. quia, ut dicit hic Ias. ille tex. loquitur, ꝙ non datur restitutio ex illo edicto, non aũt ex alijs. Tamen hæc responsio non placet, quia non est dare rõnem diuersitatis, & tex. in uerbis uidetur inferre contrariũ, dum dicit (Nulli restitutionem) & sic loquitur uniuersaliter. l. Iulianus. ff. de lega. 3. Sed aduertendum est, ꝙ ille tex. aut facit in cõtrarium, aut nihil probat: nam ibi dicitur, ꝙ non datur restitutio contrà seruum, sed benè datur utilis actio contrà dominum, nisi defendat: nam hoc ostendit, ꝙ ibi non loquitur de restituẽdo ipso seruo in libertatem, sed de restitutione danda ei, qui agere poterat contrà seruum. Si. n. non defendatur, insolidum mittitur creditor in possessionem bonorum, quæ erant ante libertatem ademptam, & (ut patet ibi) non loquitur de eo, qui liberè, & sponte uendidit

didit libertatem, sed de eo, cui fuit adempta (puta) ob ingratitudinem: verba enim non aptantur ad illum casum, & ita tenendum est, ꝙ pater & quilibet affinis possit reuocare oblato prætio, nisi sciente eo facta esset vēditio. d.l.3.ff.de lib.causa.

Et quamuis Ias. hic dicat, ꝙ scientia non nocet patri, sicut patrono, quia hoc non reperitur in eo cantum, & maiore iniuria afficitur. l. a. ff. si libe. inge. esse dic. & dicit ita se pulicè sustinuisse, tamē dicatis, quòd contrarium est verius, ut dicit hic Ang. quia est imputandū ei, si passus est sciens, quòd filius eius vendatur, ex quo poterat prohibere, & non prohibuit, & hęc opi. verissima est, quam teneas.

In glo. in uerbo, Venundari. Glos. est uera, ut est tex. in d.§.1. expressus: text. autem in d.l. Si ministerium. non probat, nisi à contrario sensu. Ideo enim ibi non impeditur proclamare, quia ea nesciente data est in dotem, aliàs sibi prǫiudicasset. d.§.1.

In glo. in verbo, Nulla. Dum primò dicit aliquos seruos esse in dignitate, aliquos nō, & allegat tex. in.§. Sed pęna. infra de iniur. aduertendum est, quòd ille tex. non probat: quamuis enim dicat, quòd secundum gradus dignitatis, & honestatem uitæ crescit & minuitur æstimatio iniuriæ, & quòd hoc seruatur etiam in seruis, tamē illa verba (qui gradus condemnationis, & in seruili persona non immeritò seruatur) non inferunt gradus dignitatis, sed gradus condemnationis pro conditione personę, nam seruus non est capax dignitatis. l. Genera

23 li. C. de tabul. lib. x. ubi propter hoc prohibetur esse tabellio, & ideo non potest esse index. l. Cùm Prætor. §. fi. ff. de indi. nec miles. l. penul. § fi. C. qui mil. non poss. Et

24 quamuis in d.l. Sed & si quid. dicatur, ꝙ debeant uestiri secundum dignitatem mancipiorum, non debet intelligi de propria dignitate, sed de ea, quæ potest cadere in persona seruili, uidelicet, de gradibus officiorum, vt dicit hic gl. & declarat etiam glo. ibi, Abusiuè enim dignitas appellatur, quia diuersimodè accipitur, prout subiecta materia patitur, ut est tex. quem ad hoc solebat ponderare Are. in l. Moris. §. Potest. ff. de pœn. faciūt dicta per Bart. in. l. Quod principi. ff. de leg. 2.

In ea glo. ibi, Item alij veterani. Pro intelligentia quis

25 sit ueteranus, & quis nouitius, uide Alcia. qui distinguit tres casus lib. 4. de Ver. sig. in. 29. casu, ubi defendit iurisconsultum in. d.l. fi. ab impugnationibus Vallę: de quo alibi dicturi sumus.

In ea glo. ibi, Licet olim magis vnus, &c. aduerte, ꝙ tex. in. d.l. vnica loquitur tam in seruis, ꝗ in alijs rebus, in quibus erat nudum dominium ex iure. Quiritum, ut patet in fin. ibi, Siue serui aliarum rerum.

In glo. in uer. Multæ. ibi, Dic ergo. Glo. malè dicit, quia illa est subdiuisio libertinorum, quę etiam hodie est sublata, & erat sublata ante compositas Institutiones, vt supra de liberti. §. Libertinorum. ibi, Duabus constitutionibus hoc emendauit.

26 In ead. glo. in fi. Dic. breuiter, quòd dictio (multa) & (multi interpretat secundum subiectam materiam pro pluribus, & paucioribus, prout res exigit: de quo uide Alexan. in. l. 1. in. 7. col. ff. de lega. 1. Ias. in. l. 1. colum. 4. C. de fideicom cum simi. Quòd autem multi dicantur duo, vel tres. l. Multis. C. de lib. cau. tradit. Campegius in trac. de dote in. 3. par. q. xlvj. Areti. in. l. Continuus. §. Item qui. ff. de uerb. obli. Bart. in. l. 1. §. Hoc rescriptum ff. ad Sylla. & ibi latè Alex. in apostill. Et hinc dicebat A-

27 le. in consi. 101. Circa primū col. 2. nu 9. libr. 6. quòd testis, qui dicit se audiuisse à multis, non probat famam & sic quòd audiuerit à maiori parte, quia multi dicuntur duo uel tres, ut dictum est, & idem dicitur in consi. 138. Visa copia col. 2 nume. 5. eo libro. 6.

## RVB. DE INGENVIS.

Continuatio tam manifesta est, ut uix indigeat admonitore, nam cùm dictum sit supra proximè, ꝙ in seruorum conditione nulla est differētia, in liberorum autem plures, & inter alias hęc prima, & principalis, ꝙ quidam sunt ingenui, quidam libertini, hanc diuisionem declaraturus Imperator præmittit gratia iuuenum tractatum de ingenuis separatū à tractatu de libertinis, quamuis in tit. ff. eod. in eadem lege omnia ponantur, ut patet. in. l. Et seruorum. ff. eo. unde elicitus est titulus præsens ad uerbum.

### INGENVVS EST.

1 *Ingenuus est is, qui liber est statim, cùm nascitur.*
*Ingenua facta quæ dicantur.*
*Ingenuitas quæ.*
2 *Sed etsi, ponit diuersitatē in facto, et identitatē in iure.*
3 *Sed si, ponit diuersitatem in facto, & in iure, quamuis aliquando confundantur.*
4 *Partus sequitur uentrem quò ad libertatem.*
5 *Ingenuus est natus ex matre libera, patre incerto.*
6 *Patre incerto nasci olim obijciebatur probi loco.*
7 *Vulgò conceptus quis dicatur.*
8 *Calamitas matris non debet nocere ei, qui est in utero.*
9 *Nullus debet alterius odio prægrauari.*
10 *Alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri.*
11 *Sine culpa non debet quis puniri.*
12 *Res iudicata pro ueritate habetur, quod quare sit introductum, uide ibi.*
13 *Ingenuitas non exigit iustas nuptias.*
14 *Filiatio directè non probatur, sed pręsumptiuè.*
15 *Murilegulus est, qui addictus est muricibus legendis.*
16 *Filia Senatoris senatoria est.*
17 *Filius sequitur originem paternam.*
18 *Calamitas propriè quæ dicatur, & unde.*
19 *Vel id est saltem.*

Diuiditur vt hic per alios, & hoc dicit, Ingenuus est, qui ex liberis aut libertinis nascitur, & satis est matrē esse liberam aliquo tempore, dum est pregnans, quamuis pater vel seruus, vel incertus sit: & sumitur iste tex. vsq; ad. §. Cùm autem ex. l. Et seruorum. §. Ingenui. ff. de sta. ho.

Casus ita figurari potest: cùm suprà dictum fuerit liberos, aut ingenuos esse, aut libertinos, declaraturus quī sint ingenui, prius diffinit eum esse ingenuum, qui ex duobus ingenuis nascitur: & hoc primum dictū nullā patitur difficultatem, quia decet filios esse eiusdem conditionis, cuius est pater. Sed subdit Imperator ꝙ etiam dicitur ingenuus qui ex duobus libertinis nascitur, vel altero libertino, altero ingenuo: in quo videbatur difficultas, ꝙ parentes transmitterent in filios nobiliorem quandam conditionem, ꝗ ipsi in se haberent, contra regulam. l. Nemo plus iuris. ff. de reg. iur. sed contrarium dicitur, ꝙ immo nascitur ingenuus: ea autem est ratio, quia qualitas libertinitatis non potest competere ijs, qui serui non fuerunt. Est enim libertinus qui ex iusta seruitute manumissus est, vt infrà titu. j. in prin. Sunt. n. liberi, tamen in pristinæ seruitutis memoriam dicuntur libertini, quæ qualitas, cùm cohæreat personę ipsorum ex ipsa manumissione, vt ex dicta diffinitione patet,

non

non poteſt transfundi in ipſos filios.
Sed tunc fuit dubitatum quid de eo, qui ex matre li-
bera, patre verò ſeruo naſcebatur, nam dubium facie-
bat, quia cùm ingenuitas ſit quędam ſpecies dignita-
tis, videbatur, ꝙ in ea attendenda eſſet conditio pater-
na. l. Liberos in ti. ff. de ſena. Attamen contrarium reſpō
detur. quia quantum pertinet ad libertatem, & ingenui
tatem ſpectatu venter, vel quia facilior eſt aditus ad li
bertatē, cùm tria tempora libertatis conſequendæ ha-
beat partus ex perſona matris, cōceptionis. ſ. & partus,
& medij temporis prægnationis, vbi in patre ſolummo
do tempus conceptionis poſſet inſpici, quia illo tempo
re ſolùm pater agit in filium, & eſt eius cauſa quædam
efficiens, vt ſuprà dictum eſt in tit. præced. §. fin. in gloſ.
in verbo, Ex ancilis. Vel, quod magis placet, vt ibi dixi-
mus, & dicemus inferius in not. propter certitudinem,
quia venter ſemper certus eſt. Fuit poſtea dubitatum,
quo tempore fuerit neceſſarium matrem liberam eſſe:
& dubitationis ratio erat, quia videbatur partus ſpectā
dus, quia tunc propriè in lucem editus homo dici po-
teſt. l. Cùm inter. C. de fideicom. liber. ſed reſpondetur
quòd ſufficit aliquo tempore fuiſſe liberam matrem,
dum partum gerebat, ratio autem illa eſt, quia ſtatim
ꝙ mater libera eſt, vertitur fauor fętus in hoc, quia ſi
tūc & illa hora, qua libera eſt, naſceretur, proculdubio
naſceretur liber, & ingenuus, cū natus foret ex matre li
bera; Sed habemus, ꝙ is, qui in vtero eſt, quò ad ea, quę
ſibi ſunt commoda, quamuis alio tp̄e naſcatur, habe-
tur pro nato illo tempore, quo ſibi magis expediret,
ideo ſi ſibi magis expediſſet natum eſſe illa hora, qua
mater prægnans fuit libera, cenſetur illo tempore na-
tus, & per conſequens liber, & ingenuus. l. Qui in vte-
ro. ff. de ſta. ho. & ita declarandus eſt iſte tex.
1 Not. primò, quis ſit ingenuus, i. ſ. qui ſtatim, ut natus
eſt, liber eſt. Hinc Liuius li. 10. in pſona P. Decij loquēs
,, contra nobiles inquit, En vnꝗ́ fando audiſtis patricios
,, primò eſſe factos, non de cęlo demiſſos, ſed qui patrem
ciere auumq́; poſſent. i. nihil vltra ꝗ̄ ingenuos. Ducitur
enim, vt dixit Boetius in Topicis, gentilitas ab ingenuo
rum antiquitate; Hinc facta ingenua. i. viris nobilibus
digna, vt Plautus in Militie vſus eſt. Et ingenuitatem La
tini pro nobilitate, & honeſtate acceperunt. Iureſcon-
ſulti tñ ingenuitatem pro ingenuorum ſtatu, & habitu
,, acceperunt, vt in. l. Non diſtinguemus. ff. de arbi. ibi, Ea-
,, dē dicēda ſunt, ſiue de ingenuitate, ſiue de libertinitate
q̄ſtio ſit. Siue ergo ex duob⁹ ingenuis, ſiue ex duobus li
bertinis naſcat quia ſtatim natus liber eſt, dr̄ ingenuus.
2 Secundò not. ibi, Sed & ſi quis. ꝙ iſta dictio (ſed & ſi)
ponit diuerſitatem in facto, identitatem autem in iure;
3 econuerſo verò dictio (ſed ſi) ſine copula ponit diuerſi
tatem in facto, & in iure, ꝗ̄uis aliqñ confundātur: de di
ctione (ſed & ſi) eſt exemplum hic; nā factum eſt diuer-
ſum, & tñ eadem deciſio; ad idem. l. 3. in prin. ff. de in-
iuſt. rup. in. l. Indebiti ſoluti in. t. 2. &. 3. reſponſo. ff. de
condi. indeb. §. Siquis rem ſuam. infrà de lega. Deci. in
cōſi. 386. nu. 8. Cōtrariū tamē obſeruatur in. l. 3. in prin.
ff. quod quiſq; iur. ibi, Sed & ſi impetrauit. cùm pona-
tur caſus diuerſus in facto & in iure à præcedentibus;
de dictione verò (ſed ſi) eſt tex. in. l. Iul. in. fin. ff. de uerb.
obl. §. Sed ſi vxori. ver. Sed ſi ꝗ̄ infrà de leg. Ia. in. l. Quod
dicitur in. 3. notab. de verb. obli. Aliter tñ ponitur in. l.
Quo minus. ff. de flumi. de qua diuerſitate videnda ſunt
quæ ponit Barth. in. l. P̄ris, & filij. ff. de vul. & pup. & ibi
mod. Bart. in. l. 2. ff. ne quis eum. in. l. Sed ſi lege. de peti,
hære. Soz. in. l. 2. in. 3. colu. de lega. 1. & dixit Ioan. Cro-
tus in. l. 4 §. Cato. numero 99. ff. de verb. oblig. ꝙ repetit
qualitatem, quæ eſt in oratione præcedenti.
Tertiò no. ꝙ ſatis eſt, ꝙ mater libera ſit, ad hoc vt quis
ingenuus naſcatur, ꝗ̄uis pater ſit ſeruus; quātum enim
attinet ad libertatem, & ingenuitatem, partus ſequitur
4 ventrē. Inſpexit enim, ut dixi ſuprà lex certitudinē; Vn-
de eſt illud Homeri primo Odyſſeę in perſona Thele-
machi, qui interrogatus an eſſet Vlyſſis filius, reſpondit
ſe hoc neſcire, matrem tamē ſibi affirmaſſe ex illo ſe ge
nitum; Patrem enim (vt ille inquit) nemo noſcit, be-
nè facit tex. in. l. fi. C. de lib. cau. ibi, Quaſi ū viſcerib. mox
exponuntur. in. l. 5. ff. de in iua vo. Ioan. Fab. hic, quē alij
referunt & ſeq. addit caſum, in quo ex duobus ſeruis
quis liber naſcitur, qñ ventri libertas relicta eſt. l. Cùm
inter. C. de fideicom. lib. & hoc eſt verū in ſe, quia cum
ſit commodum ipſi ventri, ꝙ eo tempore natus eſſet,
quia ei daretur libertas fideicommiſſaria, ideò habetur
pro homine, & pro nato. d. l. Cū inter &. d. l. Qui in vte-
ro. Sed ad vnum aduertendum eſt, qui iſte caſus non fa-
cit ad propoſitum huius tituli. Hic enim tractamus, qs
naſcatur ingenuus, ibi autem ille, cui in ventre relicta
eſt fideicommiſſaria libertas, nō naſcitur ingenuus, ſed
libertinus. §. Qui autem. infra de ſing. reb. per fideicō. re
li. Benè poſſet ex illo tex. argui contrà diffinitionē text.
noſtri, nam ſi relicta ſit fideicommiſſaria libertas ventri
& mora ſit facta, vel manumiſſus fuerit, hic ſtatim, qui
naſcitur, liber naſcitur, & nihilominus eſt libertus, non
ingenuus. Vnde dic, quòd fingitur prius natus tempo-
re relictæ libertatis. d. l. Qui in vtero. vnde fingitur na-
tus ſeruus, & manumiſſus. aliàs enim non poſſet cade-
re manumiſſio in iam exiſtente libero. infrà titu. 1. in
prin. Addit Io. Fa. alium caſum ſimilē in. l. Cùm verò. §.
Apparet. & in. l. Si quis rogatus. ff. de fideicō. lib. vt. ſ. in-
genuus naſcatur ex matre ſerua: matri. n. fuerat ibi re
licta libertas per fideicōmiſſum, deciditur ibi, ꝙ ſi erat
prægnans, ex die, quo peti potuit libertas, ſi mater erat
minor, naſcuntur ingenui: ſi maior, ex die, quo mora fa
cta eſt: & ita eſt intelligendus tex. in. d. §. Apparet. vt de-
clarat ibi Alberi. Ratio autē illius deciſionis ea eſſe vide
tur, ne negligentia, vel mora alterius ei debeat inferre
damnum; cùm non debeat alteri per alterum iniqua cō
ditio inferri. c. Non debet. de reg. iur. lib. 6.
5 Quartò no. ꝙ natus ex matre libera, & p̄re incerto na-
ſcit liber, & ingenuus eadem ratione; Incertitudo enim
patris nō attenditur in hoc, cùm & ſi ſeruus fuiſſet, om
nino naſceretur liber, vt dictum eſt ſupra in præce. no-
ta. nam (vt dixit hic Chriſto.) quādo aliqua perſona nō
concurrit ad effectum faciendum, non refert, ꝙ ea cer-
ta ſit, an incerta, qui ea nihilominus non attenditur, fa-
cit glo. in. l. Qui teſtamento. §. j. ff. de teſta. in. l. vnica in
prin. C. de rei vxo. actio. Et obiter notādum eſt, probri
6 loco obijci ſolitū eſſe hoc, ꝙ incerto patre quis natus
,, eſſet, Cicer. pro Sex. Roſ. Amer. quæſo (inquit) Eruci, vt
,, hoc in bonam partem accipias (non enim exprobrandi
,, cauſa, ſed commonēdi gratia dicam) ſi tibi fortuna non
,, dedit, vt certo patre naſcerere, ex quo intelligere poſ-
,, ſes, qui animus patrius in liberos eſſet, at natura certè
,, dedit, vt humanitatis non parum haberes.
7 Quintò not. ibi, Quoniam vulgo conceptus eſt. ꝙ ille
qui naſcitur incerto patre, dicitur vulgò conceptus,
ſeu vulgò quæſitus. l. 1. §. 1. l. 2. in prin. ff. ad Tertull. Eſt
enim vulgò conceptus ille, qui patrem demōſtrare non
poteſt, quamuis etiam extendatur ad eos, qui eum ha-
bent, quē habere non licet, ꝗ̄uis certus ſit. l. Vulgò con
cepti. ff. de ſta. homi. Non enim propriè ij vulgò conce-
pti ſunt, ſed legis interpretatione, quę non agnoſcendò
eorum patres, habet eos quò ad cenſuram legum, ac ſi
patrem certum non haberent: quod ſatis deprehendi-
tur ex. §. Si aduerſua. infrà. de nup.
Sextò not. ꝙ ille, qui naſcitur ex ea, quæ libera conce-
pit, & peperit facta ancilla, naſcitur liber, & ingenuus
ratione iam dicta, quia prius fingitur natus; & hanc. q⁹
mouet. Quintilia. lib. 3. ca. 7. vnde ducatur ſtatus, dum
dicit

dicit secundú quorundá opinoné tempus esse vnum ex
nouem elementis, veluti cú quæritur an is, quem, dum
addicta est, mater peperit, seruus sit natus.
8 Septimò not. ꝙ non debet calamitas matris, nocere ei
qui in ventre est. d. l. Et seruorum. ff. eo. ratio autem est,
9 quia nullus debet alterius odio prægrauari. l. Non de-
bet. ff. de regu. iur. l. Si quis suo. §. Legis. C. de inoffi. test.
vbi latè Ias. l. Sancimus. C. de pœn. nec debet alteri per
10 alterum iniqua conditio inferri. l. Cohæredibus. C. fa.
herc. l. Si vnus. §. Ante omnia. ff. de pact. cum si. Punire-
11 tur enim partus sine culpa, quod esse non debet. c. Sine
culpa. de reg. iur. lib. 6. c. 2. de consti. cum simi.
Octauò not. generaliter ex hoc tex. ꝙ partus sequitur
ventrem. s. quò ad libertatem, & statum; de quo dicetur
in glo. in verbo Sufficit.
In tex. ibi, Et Marcellus probat legendú Martianus; ná
l. Et seruorum. est Martiani ex lib. 1. Institutionum, vt
patet ex eius inscriptione in Pandectis Florentinis.
In glo. 1. Dicebatur in tex. ꝙ ingenuus est qui statim,
vt natus est, liber est; supplet glo. ꝙ etiá aliter quis est
ingenuus, videlicet, per sententiam. Qui enim pronun
ciatus est ingenuus, si ea sñia in rem iudicatam transi-
uerit, habetur pro ingenuo quò ad oés. d. l. Ingenuum.
12 ff. eo. quæ assignat rationem ex eo, quia res iudicata ha
betur pro veritate. l. Res iudicata. ff. de re. iu. Hoc enim
est in iure introductum, vt aliqñ litium finis sit; fingit. n.
lex ita esse, quãuis contrariú sit, ad tollendá litium im-
mortalitatem. Ité & supplet glo. qñ quis est natalibus
restitutus, non suis (nam seruus natus est) sed primis &
generalibus omniú. l. 2. ff. de nata. resti. quod est ex prin-
cipis indulgentia, ideò non oportet insistere.
In glo. Ex duobus. Intellige, ꝙ illud verbum (matrimo
nio) referatur solùm ad illos tres casus. s. si ex duobus
ingenuis, vel duobus libertinis, vel altero ingenuo, al-
tero libertino; quæ verba non erãt necessaria, cùm quò
ad ingenuitatem non referat, an ex iustis nuptijs, vel a-
13 liter conceptus sit. l. Et seruorum §. Ingenui. ff. eo.
In glo. in verbo, Nihilominus. habes, ꝙ quò ad statum,
& sic ad libertinitatem, vel ingenuitatem, semper consi
deratur venter. d. l. Partum. quò verò ad dignitates, pa-
triam, & honores, sequitur patrem, vt dicetur. i. in gl. in
verbo, Sufficit, nisi sint procreati ex coitu extra matri-
moniú; nam tunc quò ad omnia sequũtur matré, vt di-
cetur Inferius; Ratio autem, quare hoc factum sit, est
(vt dixi) ratio certitudinis. l. 5. ff. de in ius vocan. & di-
ctum fuit suprà in not. Nec obstat ratio, quam hic consi
derat Christo. ꝙ si hoc esset verum, nó haberet locú in
nato ex matrimonio, quia in eo semper pater est certus
præsumptione iuris, cùm ille dicatur, quem nuptiæ de-
monstrant. d. l. 5. ff. de in ius voc. Nam respõsio clara est,
14 ꝙ filiatio directè non probatur. l. Lucius ff. de condi. &
demonst. respectu patris tantùm, quamuis præsumptio
ne iuris dicatur filius, qui natus est ex vxore nostra, ta-
men verè non constat ipsum esse filium, vt declarat gl.
in. d. l. 5. & ratio, quam dicit se excogitasse hic, est ratio
Doc suprà. tit. 1. § fi. in glo. 1. vbi dixi.
In ea. gl. ibi. l. fi. C. de ser. fug. Glo. ponit exceptionem à
regula suprà posita, videlicet, ꝙ partus nó sequatur ma
tré ꝑ tex. in. l. fi. C. de serui. fugi. nam ibi serui publici pu
blicis operibus deputati, si ad alios dominos fugiát, &
cum eorum ancillis contubernium ineant, restituentur
operi, & labori pristino, vnà cùm filijs, & vxoribus; Et
quãuis dubitari possit, an ille tex. loquatur in verè ser-
uis, an verò in liberis seruitio publico addictis iuxta. l.
Mancipia. § fi. eo. tit. tamen mihi videtur, ꝙ hæc disputa
tio nõ sit præsentis speculationis, quia satis est, siue ser-
uus sit, siue in seruitute, aut seruitio positus, ꝙ filij eo
rum non sequuntur matrem, & eius conditionem, sed
sequuntur patrem, & addicuntur operi publico, & hoc
in odium illius prioris domini, vt optimè declarat Al-
be. de rosa. ibi. Sed veritatis indagandæ gratia nó video,
quid obest, ꝙ ille tex. loquatur simpliciter in seruo pu-
blico, qui, si ad alios dños cõfugiat, & consortiú, & con
tubernium cum eorum ancillis faciat, restituatur pristi
no labori, & operibus, & sic reuertatur ad opus publicũ,
& in eo statu, & conditione, in qua erat ante fugam, &
sic filij ex eo nati, cum nati sint ex ancilla, serui sunt, &
sic quò ad statum sequuntur conditionem matris, licet
quò ad dominium non sequantur, quia aliud est quæ
re de dominio, in cuius. s. sint dominio, aliud de statu, &
conditione personarum. s. an serui sint, vel liberi: an in-
genui, vel libertini: Sequitur ergo statum matris filius
in casu illius. l. quia seruus est, sicut mater: quinimmo &
sequitur etiam dominium, quia cú dictorú liberorum
mater in odium domini, quo sciente ipsa contuberniú
inijt cum seruo publico, adimatur à domino priore, &
applicetur operi illi publico, cui applicati erant serui il
li, qui se illis ancillis adiunxerunt, vt dicitur in illo tex.
sequitur, ꝙ in consequentiam liberi sequuntur etiam
matris conditionem, & ita videtur intellexisse Cy. ibi,
quem qui reprehendunt Iac. Bu. & Saly. potius distin-
guunt verba, quam sensum. l. & ita tene.
In ea. gl. ibi, Et nisi murilegulo. Gl. ponit secundam fal
lentiam ad regulam suprà positam, vt. s. in murilegulo
nõ sequatur matris statú, sed patris. Est autem murilegu
15 lus qui addictus erat muricibus legendis, vt exponit
glo. in rubr. C. eo. tit. li. 11. quæ exceptio benè probatur
in. l. fin. C. eo. tit. vbi dicitur, ꝙ siue ex matre, siue ex pa-
tre murilegulo natus sit filius, hanc conditionem sequi
tur: nam tex. in. l. 2. qui. concor. cú regula, vt. s. natus ex
filia murileguli conditionem matris sequatur; & tex. in
l. Ingenuæ. non facit in proposito, quia ibi ipse, qui se
immiscuit societati murilegulorum, efficitur illius có
ditionis, non autem aliquid dicitur de filijs.
Quæ glo. ponit de iure Longobardorum nihil perti-
nent ad intentionem & propositum nostrum.
In glo. in verbo, Sufficit. Iam dictum est, ꝙ filius quò
ad statum sequitur matré, quæ certa est. l. 5. ff. de in ius
vo. quò verò ad honores sequitur patrem, Vnde filia Se-
16 natoris senatoria est. d. l. Liberos. §. fin. ff. de Sena. dum
tó fuerit concepta, dum pater erat Senator. l. Emancipa
tum. § Siquis conceptus. ff. de Senato. item quò ad ori-
17 ginem, quia habet eandem originem, & patriam, quá
habet pater. d. l. Assumptio. §. Filius. bene facit tex. in. l.
Cùm legitimæ ff. de sta. ho. vbi gl. not. declarat, & in. l. j.
ff. ad muni. Allegat glo. vlterius text. in. l. Si procurato-
ré. ff. máda. in. l. Si id quod. §. Filius. ff. pro soc. in. l. Sed an
vltro. ff. de neg. gest. quæ iura parum faciunt in proposi
to; Inducuntur autem ex eo, quia sicut in illis cõtractib.
attenditur quoddam initium, ita etiam in honoribus
& patria attenditur origo paterna.
18 In glo. in verbo, Calamitas. Glo. malè exponit quasi ca
damitas à cadendo. Est enim calamitas propriè miseria
quædam & erũna, & quia miseriam quandam afferre so
let grando rusticis, quia calamos solet imminuere, di-
cta est etiam calamitas ipsa grando, & procella, quo no-
mine significantissimè vsus est Cic. in Verré act. 3. Ca-
lamitatem ergo appellauit hic Imperator miseriam il-
lam, qua immersi sunt serui. Vtitur iurisconsultus hoc
verbo in. l. Si ab arbitro. §. fi. ff qui satisda. cog. Doct. hic
(vt aliàs dicebam) assignant rationem, quia ius iá quæ-
situm nó debet tolli; Sed tu declara, vt dixi in casu, quia
cum expediat infanti natum esse illa hora, qua mater li
bera erat, fictione iuris censetur tunc natus. d. l. Qui in
vtero. ff. de sta ho.
In glo. Liberam. Illud simile de. l. Si Iusta. non benè
quadrat. nam quamuis ibi. 17. anno. manumissa sit quasi
serua, tamen illa manumissio fuit de facto, cum iam li-
bera

bera esset, iuxta tex.in.§.fi.J.eo.& sic non verè erat serua, sed hic presupponitur, q redacta sit verè in seruitutem, ibi, Deinde ancilla facta pariat.

10 In glos.Vel.i.saltem. Mihi magis placeret exponere, Vel medio tépore.i.etiam medio tempore: tñ pro prima expositione pro saltem, Terentius in Phormio. Postremò si nullo alio pacto vel fœnore. & est tex.in.l. Multum.ff.de hære. vel actio.vendi.in.fi.l.iij.§.pen.ff.de statu lib.l.In creditore.ff.de euic.glo.in.l.Et seruorũ ff. eo.in.l.Oues.in verbo, Quidã.ff.de abige.in.l.Indebiti. §.j.ff.de condi.indeb.in.l Illud.ff.de consti.pec.

In glos.Medio tempore. Tex.in.d.l.Adeò. non facit in proposito, & puto glo.non esse Accur.cùm in.l.Et seruorum.ff.eo.nihil dicatur in glo.de hoc.

## §. CVM AVTEM.

1 *Possidere, & esse in possessione, differunt.*
2 *Priuilegiũ cõcessum scholaribus intelligitur studẽtibus.*
3 *Ingenuus natus, etiam q de facto seruiat, si manumittatur, efficitur ingenuus.*
4 *Natalibus restitui dicitur non solùm libertus, sed etiam plebeius.*
5 *De facto fieri nõ sufficit aliqd, ut sequatur effectus iuris.*
6 *Continuatio §.ad § non est necessaria.*
7 *Natales qui dicãtur, & quot modis, & præsertim in ecclesia Christiana.*

Diuiditur in duas partes: in prima ponit dictum: in secunda rationẽ. secunda ibi, Sepissimè enim.

3 *Legitima ætas, legitimum dominium, & legitimus modus manumittendi qui dicantur.*
4 *Aetas naturalis } Dominium naturale } quæ dicantur. Modus manumitendi }*
5 *Latini liberti quibus modis olim fiebant.*
6 *Latinorum libertorum conditio quæ.*
7 *Lex Iunia Norbana.*
8 *Senatusconsultum Largianum.*
9 *Edictum Traiani circa libertos Latinos.*
10 *Dedititiorum conditio quæ.*
11 *Iusta libertas, iusta sententia, iustum pullum, iustus amor, iusta vxor quæ dicantur.*
12 *Iustum significat aliquid vltra legitimum.*
13 *Lex non tollitur per non vsum.*
14 *Principali sublato tolluntur accessoria.*
15 *Subiecto sublato cessant qualitates. Qualitas sine subiecto esse non potest.*
16 *Ciuis verè quis potest effici, quamuis non sit.*
17 *Aureus } Solidus } pro eodem accipiuntur.*
18 *Solidi nummi vnde dicti.*
19 *Aurei valor.*
20 *Filius emancipatus nõ uocat patrem in ius sine venia, etiam si imploretur officium iudicis à filio.*
21 *Liberti vindicta manumissi non reuocabantur olim in seruitutem propter ingratitudinem.*
22 *Libertus quãdo propter offensã reuocetur in seruitutẽ*
23 *Infans etiam in uentre manumitti potest.*
24 *Seruus inuitus manumitur.*

Libertinorũ hodie vna est conditio, sublatis antiquis differentijs dedititiorum, & Latinorum. h. d.

Casus non figuratur: nam ponitur hic tñ correctio. Ius enim antiquum est pro ratione dubitandi, ius autem nouum, & ipsa correctio Iustiniani est fauor libertatis, & vt plures ciuitate Romana decorentur, alia complura absurda per eum considerata in. l. 1. C. de lati liber. toll.

5 In tex. ibi, Libertinorum autem status antea tripartitus fuerat. Huc alludit Ausonius.

Triplex libertas, capitisq; minutio triplex. Erãt enim libertini ciues Ro. libertini Latini, libertini dedititij. Libertini ciues Romani efficiebantur, vt dixi, si vindicta, testamento, vel censu liberabantur, de his omnibus his
,, verbis loquit Caius lib. 1. Institu. Liberti, aut ciues Ro-
,, mani sunt, aut Latini, aut dedititij. Ciues Romani sunt
,, qui his tribus modis. i. testamento, in ecclesia, aut ante
,, Consulẽ fuerunt manumissi. Latini sunt, qui aut p epi-
,, stolam, aut inter amicos, aut conuiuij adhibitione ma
,, numittũtur. Dedititij verò sunt, qui post admissa crimi
,, na supplicijs subditi, & publicè pro criminibus cæsi
,, sunt, aut in quorum facie, vel corpore, quæcunq; indi-
,, cia, aut igne, aut ferro impressa sunt, vt deleri non pos-
,, sint: hi si manumissi fuerint, dedititij appellãtur, sed
,, inter hęc tria genera libertorum ideò ciues Ro. melio
,, rẽ statũ habent, quia testamenta facere, & ex testamẽto
,, quibuscunq; personis succedere possunt: nam & Lati-
,, ni, & dedititij nec testamenta cõdere, nec sibi ex testa-
,, mento aliorum quid dimissum, possunt aliqua ratione
,, vendicare: tñ Latini certis rebus priuilegia ciuium Ro.
,, libertorum cõsequuntur: dedititij verò nulla rõne possunt ad ciuium Ro. libertorum beneficium peruenire.
,, Nam Latini patronorum beneficio. i. si iterum ab ipsis
,, aut testamento, aut in ecclesia, aut ante proconsulẽ ma
,, numittantur, ciuium Ro. priuilegia consequuntur. Hęc
Caius. Latius tñ rem aperuit Theophilus antecessor in Institutionibus nostris, quas ex Latino in Græcum conuertit: ad hunc enim fermè modum rem oẽm explicat,
,, Libertinorum autẽ tripartitò diuisa erat conditio: nam
,, qui manumittebantur aliàs maiorem, & iustissimam li-
,, bertatem consequebantur. & fiebant ciues Ro. aliàs mi
,, norem, & efficiebantur Latini Iuniani ex. L. Iunia Nor-
,, bana, quę conditionem eorum prima reperit. Dediti-
,, tios vero inuenit. l. Aelia Sentẽtia; Ait enim, Si quis tpe
,, seruitutis inciderit in aliquod ex ijs vitijs aut affectus,
,, quæ eadem. l. expressa sunt, veluti, si ob delictum notũ
,, in fronte, aut stigmatis compũctus, vel in publicos car
,, ceres coniectus aut pp delictum aliquod verberibus
,, affectus delictum confessus sit, ac deinde gratia cũ dño
,, inita manumissus ab eo fuerit libertinum dedititium
,, hũc fieri. Dedititios aũt eos nominauit ad exẽplum pe-
,, regrinorum: Nam quondam peregrinorum aliqui, cum
,, Romanis vectigal penderent, sublatis aduersus Roma-
,, nos animis, arma in eos sumpsere. quos collata acie, &
,, dato congressu Romani vicerunt. Etenim cum impetũ
,, fortitudinemq; eorum peregrini sustinere nõ possent,
,, abiectis armis sese dediderunt; at Romani cum ijs hu-
,, manè agentes, vitam quidem ijs cõcesserunt, sed huius
,, appellationis ignominia affectis, vt quia se dedidissent,
,, dedititij vocarẽtur; & hi quoq; igit libertini ex. l. Aelia.
,, Sentẽtia dedititij vocati sunt, vt quorũ turpitudo cõis
,, erat, eorum, & nomẽ cõe esset. Sed dedititij quidẽ iam
,, ex multis temporibus in desuetudinem abierant, Lati-
,, norum verò nomen non admodũ frequens erat in vsu,
,, vnde & Imperator oĩa augere cupiens, & in meliorem
,, statum reducere, duabus constitutionibus veterum er-
,, rores correxit, sublata Latinorum, & dedititiorum con
,, ditione, & iure libertinorum ad pristinã formam reuo-
,, cato, libertinitatẽ oẽm vnius generis fecit, qñ & à pri-
,, mis imperij Roma, cunabulis vna atq; simplex fuit li-
,, bertinorum conditio. i. vt libertinus eandem libertatẽ
,, haberet, quã habebat manumissor, & vterq; ciuis esset
,, Ro. tantũq; in illo differrent, q libertinus esset qui ma
,, numitteretur, q̃uis is, qui manumitteret, esset ingenuus.
,, Et dedititios quidẽ Imperatoris nostri sanctissimi con

stitutio

,, ftitutio fuftulit,quam ad fuggeftionem Triboniani ex-
,, cellentiffimi Quæftoris tefcripfit,& inter decifiones,p
,, quas ueterum altercationes compreffit,in uulgus emi
,, fit:Latinos aût Iuoianos,& oém,quæ circa eos erat,ob
,, feruationem eodem gloriofiffimo Quæftore fuggeren
,, te per aliam conftitutioné è repub. fugauit, quę & ip-
,, fa inter imperatorias fanctiones tefplendet, ut oés iam
,, libertini fint ciues Romani,nullo habito difcrimine in
,, ætate manumiffi,aut in dominio manumiffotis, aut in
,, modo manumittendi, ficut antea obferuabatur.Quid
3 aût id fit,dicere neceffe eft.Tu hæc babeto in modum
,, prçuiæ cuiufdam infpectionis:Eft apud Romanos legi
,, tima ętas,eft & naturalis ętas,eft & legitimum domi-
,, nium, eft & naturale dominiú,eft & legitimus modus
,, manumiffionis,eft & natnralis modus manumiffionis:
4 Et naturalis quidé ętas eft,q̃ minor eft.xxx.annis,legiti
,, ma uerò quę maior eft anno.xxx.nó ꝙ ætatem maioré.
,, xxx.annis natura non agnofcat,qnoniam omnis ętas
,, naturalis é,fed ꝙ fpecialiter lex ętatis,quę annos.xxx.
,, excedit,meminerit,ideo dixi hanc ætatem effe legiti-
,, mam.Eft etiam(vt dixi)naturale dominium,eft & legi-
,, timum dominium:Et naturale dominium dr̃ in bonis,
,, & dñs bonorum dñs legitimum verò dr̃ iure Quiritũ.i.
,, Romanorũ. Romani.n.Quirites à Romulò, à quo ori
,, ginem ducunt,vocantur,& dñs dicitur iure Quiritum
,, dominus. Quòd fi quis vtcunq; dominium habeat, is
,, pleno iure dominus dicitur,vt ambo dominia habens
,, naturale & legitimnm.Eft & legitimus modus manu-
,, miffionis, & naturalis modus manumiffionis: Et legi-
,, timus modus tribus modis procedit, uindicta, cenfu,
,, teftaméto:Et vindicta erat apud magiftratũ facta ma-
,, numiffio.Dicta eft aût vindicta,ꝙ vindicaretur manci-
,, pium in naturalem libertaté,aut à Vindicio quodam,
,, qui,cùm feruus effet,erupturá aduerfus Romanos có
,, iurationem idicio fuo patefecit,publiceq; à Romanis
,, manumiffus eft,& in boorem eius quicunq; apud ma
,, giftratum manumittútur,vindicta manumitti dñr.Quæ
,, aût cenfu fiebat manumiffio,ea bonc in modum pro-
,, cedebat,Cenfus fignificabat tabulam, aut chartam,in
,, qua Romani facultates fuas confcribebant,vt belli tpe
,, pro modo patrimonij fui vnufquifq; conferret.In hoc
,, igitur cēfu cùm iuffu dñi feruns fe liberum fcribebat,
,, liberabatur a feruitute.Teftamento verò,cùm quis fer
,, uum fuum in teftamento liberum effe iuffiffet.Natura
,, les quoq; modi manumiffionis erãt tres, inter amicos,
,, per menfam,& per epiftolam:Et quidé inter amicos,
,, cùm præfentibus amicis quempiam manumittebant:
,, per menfam verò,cùm libertatis dandę gratia feruum
,, cóniuio adhibebant:per epiftolá.qñ aliis in locis agéti
,, miffis literis permittebant, vt liber uiueret.His ita prę
,, cognitis,uideto nunc rem,de qua agimus, Cùm in ma-
,, numittendo feruo tria legitima cócurrebant,ut & ip-
,, fe maior effet annis.xxx.& dñs ei⁹ legitimus effer dñs,
,, hoc eft, ex iure Quiritum,& feruus vindicta, cenfoue,
,, aut teftamento manumitteretnr , nec uitiú ullum aut
,, affectus fubeffet,oino is, qui manumittebat, ciuis Ro.
,, fiebat;q fi cùm nitium oullum fubeffet,tria non con-
,, currebat legitima,qm aut feruns minor erat.xxx.annis,
,, aut dñs bonorum tantùm erat dñs,nec etiam legitimũ
,, dominium babebat, aut procedebat manumiffio per
,, méfam,aut per epiftolam,aut inter amicos,aut duo in
,, terdum defiderabantur legitima, aut etiam oía tria,is,
,, qui ita manumittebatnr, Latinus Iunianus fiebat.Por-
,, ro cùm uitium fiue affectus fuberat,oino is ,qui manu
,, mittebatur,fiebat dedititius.Et hæc quidem olim: Ho-
,, die uerò,cùm(ut dictnm eft)una fit fpecies libertinita-
,, tis,ii,qui manumittunt,oino funt ciues Ro.nec quicq̃
,, curiofius de dominio, modò ue mannmittendi,aut de
,, ętate tractamus.Hęc(ut dixi) ex Theophilo fumpta ad

fcripfimus, quia magis rem ipfam omnem aperiunt,q̃
ea,quę uel ex Inftitutionibus noftris, uel Caii , uel etiā
aliorum fcriptis fumi poffunt.
5 Libuit tñ aliqua addere, quę ex noftris legibus etiā
circa hanc tripartitam libertinorum códitionem fumi
poffunt, vt eft,ꝙ manumiffi per epiftolam Latini(vt.ſ.
dictum eft) efficerentur:id indicant verba Iuftiniani in
l.i.C.de lati.lib.toll. §. Sancimus. vbi Imperator modũ
tradit manumittendi per epiftolam, ut nó Latini,vt an-
tè,fed ciues Romani liberti efficiantur.
Sed & alius modus erat Latinos introducēdi,ex edi
cto diui Claudij.Seueri, vt.f.qui ualida ęgritudine gra-
uati pulicè de domo à dñis eiecti erant,non mandata
alteri eorum curatione, habetur in.d.l.i.§.Sed fcimus.
Quinimmo etiam ii,qui vindicta aut teftamento ma
numittebantnr, aliquando Latini efficiebantur, fi hoc
dñs expreſſerat ĩ manmittendo.d.l.j.§.Illo ꝑculdubio.
Fiebat & Latinus, qui in teftamento fub conditione
liber effe iuffus fuerat,& pendente conditione fuerat
ab extraneo hærede liberatus, tex.eft in.l.i.§.Sed fi fub
conditione.C.de lati.libe.toll.
Remanebat & Latinus,qui in liberali iudicio fupe-
ratus à dño ab alio redimebatur perfoluto domino pre
tio ferui.d.l.i.§.Illud etiam fatis acerbum.
Fiebat & Latinę conditionis ancilla,quæ à dño per-
fonę liberæ nuptui tradita erat confcripta publicè do-
te.d.l.j.§.Sed & fi quis homini.
Qui etiam à domino in actis publicis filius nomina
batur,Latious fiebat.d.l.j.§.Similiq; modo.
Quòd fi dominus deleuiffet,aut corrupiffet inftru-
menta feruitutis boc animo,ut feruus ille liber fieret,
omnino Latinus efficiebatur.§.Illo autem.ea.l.i.ex qua
etiam alii modi poffunt colligi, quibus quis Latinus
libertus efficiebatur.
6 Eorum aût Latinorum erat conditio, ut poft manu-
miffioné liberi uiuerét,in ultimo aût uitę fpiritu aiam
fimul & libertatem amitterent , ut ex verbis Iuftinia-
ni.j.de fucc.liberto.facilè colligit.verba eius hæc funt,
,, Cùm Latinorum legitimæ fucceffiones nullæ penitus
,, erant,qui licet ut liberi uitam fuã peragebant, attamé
,, ipfo vltimo fpiritu fimul aiam atq; libertaté amittebãt,
,, & quafi feruorum,ita bona eorum inre quodammodo
,, peculii ex.l.Iunia Norbana manumiffores detinebant.
quod & teftatur idem Imperator . in.d.l.i.§.i.C.de lati.
,, lib.tol.Quis enim(inquit)patiatur talem effe libertaté,
,, in qua in ipfo tempore mortis in eandem perfonam fi-
,, mul & libertas & feruitus cócurrant,& qui quafi liber
moratus eft, eripiatur nó folùm in mortem,fed etiam
in feruitutem?id quod teftatur etiam in.§.Sed fcimus,
,, ea.l.fed clarius in.§.Illud ibi,Quéadmodũ enim ratio-
,, nabile eft & pretio eum perfrui,& mortis liberti tem-
,, pore denuo eum in feruitutem reducere? & in.§.Simi
,, liq; modo.ibi,Quomodo poteft eũ feruum iterum fal-
,, tem morientem habere?
Emanauerant aût circa Latinos hęc iura, lex Iunia
Norbana,fenatufconfultum Largianum,& edictum di-
ui Traiani:quæ oia iura à Iuftinia.funt fublata,ut idem
teftat.j.de fucc. liberto. & in.d.l.i.Lege Iunia.Norbana
7 cautũ erat,nt manumiffores bona Latinorum liberto
rum iure quodammodo peculij uendicarent:Largiano
8 fenatufcófulto id additum fuerat,ut liberi manumiffo
ris nó nominatim exhęredati extraneis hæredibus ma-
9 manumifforis in bonis Latinorũ pręferrent: edictũ ve
rò Traiani difpofuerat, ꝙ latinus, qui inuito vel igno-
tante patrono ciuis Ro.fuerat effectus beneficio prin-
cipis uiuus quidem duraret ciuis Ro.moriens tñ more
retur ut Latinus, non obftante beneficio Imperatoris.
10 Dedititiorum aût ea erat códitio,nt duráte uita per
petuò feruirent,dum uerò aiam agerent liberi efficeren

tur,& ideo pessimam eorum conditionem appellauit hic Iustinianus, & hunc libertinorũ statum multis antea temporibus in desuetudinẽ abiisse testatur in.l.i.C. de dediti.liber.tollen.vbi vanum propterea libertatis nomen appellat,nullius.l.effectus,nõ prout Accur.ibi perperã exponit,exẽplo chimeræ.Quod aũt disponebatur circa deditios,id oẽ prouenie bat ex.l.Aelia Sentia:ita enim legendum est,nõ Eliesentia.Fuit enim rogata a Sex.Aelio Caulo,& C.Sentio Saturnino, uide tñ quæ dixi latius in Annota.hic. & Alcia.li.i.Parerg.iur. c.xiiij.& omnino.c.xvi.eo lib.

In tex.ibi, Nec dñi manumissoris. legendum est(dominii)nam in dominio fiebat differentia, an simpliciter dñs booorum,vel dñs iure Quiritum esset, & sic erat differentia in dominio,& eius qualitate.

In tex.ibi, Triboniano viro excelso Quęstore nostro. Dixit Quæstorem Tribo.quẽ in proœ. Exquæstorẽ nominauit:quare facilè crediderim Quæstorem & Exquęstorem pro eodem supponere.Nos putamus Tribonianum non Exquæstorẽ à quærendis pecuniis,ut olim dicebantur,sed in ea potius significatione, qua quęstores. quæstionum dicebantur,& quos Pomp.io.l.ii.ff.de ori. iu.quæstores parricidij appellat.Ita aliter sentiebam, donec ex Cassiodoro intelleximus, quisnam Quæstor esset,ut latè docui in Annotatio.nr̃is.s̃.in procemio.

In text.ibi, Latinos Iunianos.Iunianos dixit,eò quòd omnis illa Latinorum obseruatio ex.l.Iunia Norbana processerat.

In tex.ibi,Nec ætatis manumissi. Intellige ex iis,quæ ex Institutionibus Græcis retuli: nam non fiebant ciues Ro. manumissi,nisi manumitterentur post xxx.annum, ut uidistis.

Not.primò, ꝙ libertinorũ status antea erat tripartitus:de quo dicendum est,ut dixi.s̃.in primo textuali.

11 Secundò not.ibi,Iustam libertatem.ꝙ hic uerbũ(iustam)importat idem, quod plenã sicut in.l.i.ff.de testa. dr̃,Testamentum est uoluntatis nostræ iusta sentẽtia.i. plena,& in.l.Si vxor.ff.de adulte.appellat iusta uxor,oĩ legum perfecta solennitate ducta:& iustum pactum ponitur in.l.Stichum.ff.de solutio.i.plenũ & legitimum: & Tibullus dixit iustum amorem , immensum, & oẽs cupidinis uires complectẽtem.& ita intelligit gl.j̃.eo. in uerbo,Oẽs.Non enim iustum simpliciter idem significat quod legitimũ,sed aliquid etiam.vltra q̃uis enim

12 iustum quasi iure factum dicatur,sic habet nescio quandam pleniorem significationẽ,ut.ſ.in eo nihil desit:non ergo legitimus hęres & iustus hæres idẽ significabunt, neq; iustus filius & legitimus:nam natus ex concubina secuto postea matrimonio legitimus est,nõ aũt iustus Iusti enim filii sunt postea nati.l.Cùm quis. §.j.C.de natu.lib Hoc ex Apuleio secundo Apol. colligitur,dum loquitur de patruo,qui fratris filio parabat insidias,ut

„ ei hęres esset, Sciebat( inquit) intestati pueri legiti-
„ mum magis,quàm iustum hæredem se futurum.& dixi hic in Annotatiooibus.

Tertiò not. quòd desuetudo tollit legem:quod not. declara, ut dixi in.§.Igitur.s̃.in procem.in glos.in verbo,Desuetudine.

13 Quartò not.quòd non frequentatio.l.legem non tollit.Superflua enim fuisset correctio , si non frequentatio ipsam de medio sustulisset;de quo dicendum est,ut dixi in. d §.Igitur.

Quintò not.ꝙ ab initio una omnium erat libertas, distinctiones aũt factę inter personas liberas fuerũt postea, ut apertè hic dicitur.

Sextò not ibi,Et oẽm ,quæ circa eos fuerat obseruã

14 tiã.fm Ang.ꝙ sublato principali tolluntur accessoria, & omnia ea,quę ab eo Pendent; facit.c. Accessoriũ.de reg.iu.lib.vj.& dixit Bald.in.l.Imperator.in lectura magna col.pe. uers.Itẽ cassato.ff.de sta. hom.in.l.i.col.iiii. uers.Quęro. C. de inoffi.dona. Deci.in.c. Præterea col. vii.de off.deleg.Et ideo dicebat Maria.Soz.sen. in cõsi. 24 Visis colum.vii.uers.Cùm ergo pędicta lib.i.ꝙ stãte inualiditate appellationis interpositę sub debita forma sequit,quòd nec libellus appellationis, nec processus ualeant;Et clarum est, ꝙ accessorium tollitur sublato principali.ut per Ias.in.l.Si quis mihi.§.suo.

Si testamẽto uu.4.ff.de uulg.&.pupil.Deci.in ꝯsi.198. colũ.pen.decisio.Neap.26. nu.2. Subsistit tamen aliqũ speciali fauore, uide Alex.consi.18.nu.10.lib.vi.

15 Ego potius notarem,ꝙ sublato subiecto cessant qualitates ipsius:nam tolluntur liberti Latini,tollitur ergo subiectũ hoc,& per consequens tolluntur omnes obseruationes & qualitates eorum.§.Seruus.j̃.de capi.dimi.cùm hoc naturale sit,qualitatem sine subiecto stare non posse. l. Si conuenerit. §. Si fundus.ff.de pig.actio. Soz.consi.80.nu.6.lib.iiii.

16 Septimò not.Ang.ex illis uerbis in princ. positis, Et fiebant ciues Romani ꝙ quis potest per ciuitatem effici uerè ciuis illius ciuitatis,q̃uis nõ sit;quod est uerissimum,quia esse ciuem nõ est quid naturale,super quo expediat fingere, sed est qualitas ciuilis, & quæ in iure cõsistit,ut nomẽ iudicat,quam verè statutum,vel lex, aut beneficium ciuitatis introducere potest.l.Aedifica l.Prouinciales.ff.de uerbo.sign.l.In orbe Romano.ff.de statu homi.declarat Ias.in.l.Si is qui pro emptore.in man.fictionis inductiuæ nu.194.ff.de usucap.cum.fi.De ci.in consi.183.Et diligenter col.pen.versi.Item in c.Nouit.colum.viii.de iudi.

In glos.i.Glo.malè infert ad seruos, nam in seruorũ conditione nulla est differentia.s̃.de iure perso. §.In seruorum.nec.l.i.C.de nudo iur.Qui. toll. aliud facit,q̃ ꝙ remouet differentiam illam, quæ erat inter dominium ex iure Quiritum, & dominiũ in bonis, & sic dominiũ naturale,& dominium legitimum;quod apertius declaratur ex tex.Institutionum Grǽcarum Theophili,q̃ ex alio loco,quem uiderim.

In gloss.in uerbo, Dedititiorum numero.Iam suprà in textualibus dictum est.& qui essent dedititii,& quæ esset eorum conditio.ut.ſ.q̃uis liberi fieri debant,in ultimo autem spiritu consequebantur libertatem Latini uero contrà, & declaratur.j̃.de succ. lib.in fi.quod declara,ut dixi.s̃.

In glo.in uerbo.Libertinus.Glo.intendit enumerare beneficia patronorum, & enumerat plura.Est plenior. gl.in.l.fi.C.de bo.liber.ad quam recurrendum est.

Hæc glo.in prima sui parte satis clara est not. tñ dũ dicit,ꝙ aurei de quib⁹ in.d.l.pe.& fi.ff.de in ius uo.pro solidis accipiuntur,ut.j̃.de pœn.te m.li.§. fi.ubi text.loquens de hac pœna uocatis patronum in ius sine uenia dicit eam esse solidorum quinquaginta,tex.aũt in.d.l. pen.dicit pœnam hanc esse quinquaginta aureorum.un-

17 de manifestè colligitur,ꝙ pro eodem supponunt In Institutionibus tñ Theophili in.d.§.fi.dicit de aureis;nulli enim dubiũ est,quin solidus genus sit nummi,illi q̃; pro aureo sumi,ut patet etiam.j̃.de obli.quæ ex quasi deli.nasc.ubi Iustinianus appellat aureos,quos Vlpia.in l.Si uerò plures §.Pretor ait.ff.de his q deiece. uel effu.

18 solidos appellat.Dicti autem sunt solidi,ut annotauit Budæus ex Lampridio, quia iusto & integro pondere erant percussi, non autem dimidiati, aut trientales,ut latius Budæus in Annota.in Pandectas.in.l.Qua uulgò ff.de ædili.edic. & in.l.Moris.ff.de pœnis.Quod aũt sit

19 pretium aurei docet Alcia.lib.iii.Dispun.c. ix.ex.Tranquillo & Tacito.Inquit enim Tranquillus in Othone, ipsum excubanti cohorti diuidere solitum,quoties coena principẽ acciperet,uiritim aureum unum:quod scribens Tacitus lib.xvii.cẽtenos sextertios dedisse Othonem

nem testatur. Quare pœnam hanc qninquaginta aureorum qninqne sextertia esse non est ambigendum, vt hodie pœna hæc sit plus minus scutatnrum aureorum centum & vigintiquinque:mille enim sextertium duas auri libras cum dimidia conficere iam pęnè communiter est receptum.

20 In ea glo.ibi,Et eadem intelligantur &c.Verum est, q̄ filius emancipatus non potest in ius vocare sine venia patrem.d.l.fi.quia licet emancipatio liberet à patria potestate,non tamē liberat,nec tollit reuerentia, quæ patri naturaliter est debita,ut in simili dicit tex.de liberto in.l.Sed si hac.§, Patronū.ff.de in ius uo. & idem est in filio in potestate in omnibus casib⁹,in quibus inter eum & patrem posset esse iudicium,ut dicit gl.in.d.l.fin.& non solùm si actio intentetur cōtra patrem,sed etiā si officium iudicis contra ipsum imploret à filio tā ĩ potestate,q̄ emācipato,gl.in.l.Cogi.§.Si pater i uerb. Obsequiū.ff.ad Trebell.in.§.Pœnales.j.de actio.in glo. fi.cum si.ut per Decium in.d.l.fi.in.ii. ont.

In ea.glo.ibi,Item reuocatur:Ingratitudinis & offense causa cautum erat,vt liberti in seruitutem redigeren
21 tur.d.l.Si manumissus.quod tū in manumissis vindicta non habuisse locum colligit Alcia. ex verbis Taciti,vt ont.s.in.§.prace.in textualibus.ubi.vide.

22 In ea.glo.in fi.Hæc gl.cōiter reprehenditur ĩn.d.l.fi. vt alias hic annotaui,& vera resolutio est,q̄ aut patronus remisit ius patronatus,& ex leui offensa non reuocatur in seruitutem:aut non remisit,& etiam ex leui reuocetur:primum probatur in Auth.vt libe.de cæter.§. j.&m in.d.l.Si manumissus.quæ ita ad concordiam reducuntur ibi per glo.& Syl.& alios.

In glo.in ver.Altercationes.Glo.allegat simile de seruo manumisso à proprietario, quia liber est,tū seruire cogitur vsufructuario,ne alteri per alterum iniqua cōditio inferatur:hic aūt seru⁹ est perpetuò,tū in vltimo vitæ spiritu libertatem consequitur:habet ergo libertatem in diem certum an, sed incertum quādo collatam, non q̄ sit suspensa,sed effectus & executio eius collata est in illud tempus.

23 In glo. in uer. Discrimine.Habet ex gl.q̄ infans ēt in vētre manumitti pōt ea rōne,quia quò ad cōmoda censet natus.d.l.Qui in vtero ff.de sta.homi. Neq; hoc in
24 conuenit,cum enim inuitus possit manumitti l.fi.C.de testa.manu.ergo ignorans,regula Qui potest inuitis.ff. de reg.iur.& per consequens infans.

In ea.ibi,Nec dñi manumittētis.Glo.supplet,dūmodo fit in.xx.anno.d.§.Eadem.& malè,nam non legendū est(dñi)sed dñii vt patet ex tex.Institutionum Græcarū s.relato, & ideò declaratio illa de.xx. annis nihil facit, q̄uis possit saluari etiam,ut intelligamus non habito discrimine ætatis manumissi, uel manumissoris: Tū plus placet altera opinio,qnia,ut uidistis,tria ætas (sunt,dominiū,& modus,in quibus tribus loquitur hic iste tex. ex quo Græcus ille sumptus est.

In ea.glo.in.fi.Dic,q̄ nihil interest in modis manumittendi.s.an per legitimos,uel per naturales,& sic an illis tribus censu,uindicta,& testamēto,an uerò naturalibus, & illis per quos olim Latinus efficiabatur.s.per epistolam , conuiuium , inter amicos, & alios,quos.s. notauimus ex.l.i.C.de lati.lib.toll.& ita debes declarare hanc.glos.

In gl.in verb.Additis.De hoc diximus in textualib⁹.

Glo.interlinearis in præsenti exponit.i.in consuetudine,& malè exponit:debet enim intelligi simpliciter, idest nunc temporis sola est ciuitas.Romana.s.quò ad libertos , qnia omnes sunt ciues Romani , non facta amplius distinctione Latinorū.& dedititiorū,ut. s.eo. §.uersicu.Et omnes.

## QVI. EX CAV. MAN. NON LIC. RVB.

COntinuatio clara est ex prin.tex.nostri,dum dicit,Non tamen cuicunq;. Supra enim dictum fuerat de modis manumittendi , & in §.fina.s. titu.j. versi.Et omnes dictum fuerat, quod non habita consideratione ætatis manumissi, aut dominii manumissoris,aut modi manumittendi,omnes,qui manumittebantur,libertatem & ciuitatem Ro. consequebantur: vnde poterat probabiliter dubitari, an quilibet posset manumittere:Locutus enim est in superiorib. Imperator de personis manumissorum,& de mō manumittendi,modò restabat uidere de personis manumittētium: Et quia edictum est prohibitorum certarum personarum,ideo negatiuè ponit de iis personis,quæ prohibentur,quia qui non reperitur prohibitus manumittere, intelligitur à iure permissus.

### NON TAMEN.

1 *Libertas semel collata nō reuocatur, nisi ex magna cā.*
2 *Dominus quilibet non potest manumittere.*
3 *Libertas data in fraudē creditorum nō ualet ipso iure.*
4 *Clausula, Nihil agit, importat nullitatē actus ipso iure.*
5 *Ratio hæc ualet: Hoc non potest fieri, quia.l.prohibet.*
6 *Actus pius factus in fraudem alterius non valet.*
7 *Lex si resistat, anullatur etiam actus pius.*
8 *Contractus an fiant in testamento, & an reuocato testamento reuocentur contractus.*
9 *Pignus constituitur in testamento.*
10 *Duo rei possunt fieri in testamento.*
11 *Pax potest celebrari in testamento.*
12 *Libertatis datio in fraudem creditorum, q̄uis nō noceat creditoribus, nocet manumittenti.*
13 *Allegare quis non potest turpitudinem suam, etiam quòd actus esset nullus .*

Diuide ut hic per alios.Lege Aelia Sentia prohibetur dñs non soluendo manumittere.h.d. & sumptus est tex. huius prin. ex Institu. Caii. libro.j.c.j. ubi sunt ferè hæc uerba.

Casus ita potest figurari:quia suprà uisum est,quòd in danda libertate relaxatæ sunt habenæ ab Imperatore, ita quod non solùm plurimi additi sunt modi,quibus quis ciuis Ro. fieri potest , sed etiam remota omnis Latinorum & deditiorum distinctio, & hoc nulla alia rōne,q̄ publico fauore tum libertatis,tū publicę utilitatis,ut ciuitas liberis hominibus repleatur & ciuibus l.i.ff.solu.matr.unde pariter codē fauore subsistente videbatur dicendum,q̄ liceret unicuiq; dare seruo suo libertatem,cum in re sua quilibet sit moderator & arbiter.l.In re mandata.C. manda. maximè , quia lege.xii.
25 tab. cautum erat, Vti quis legasset suæ rei ita ius esto. quibus uerbis latissima potestas lata est,& hęredis instituendi,& legata & libertates dādi,tutelas quoq; constituēdi.l. Verbis.l.ff. de uerb.sig.Vt enim inquit Cic. pro.L.Cor.Balbo,hæc sunt firmissima fundamenta nostrę libertatis sui quęq; iuris & dimittendi & retinēdi esse dñm.Tū contrarium dr̄,q̄ non cuiq; hoc licet, nā si quis, dum soluendo non est in fraudem creditorum manumittat,nihil agit quia id prohibet.L. Aelia Sētia. Quāuis enim quilibet ad eius libitum sua re uti possit,

ita tñ uti debet, ne alteri iniuriam faciat, quia alteri per
alterum non debet iniqua conditio inferri: Vnde etsi li
bertati plurimum debeamus, vbi fraus adhibetur, odiũ
fraudis absorbet oẽm libertatis fauo: ẽ. Cùm enim nul-
lo alio maiori vinculo resp. retineatur, q̃ fide, nulla aũt
fides esse possit, nisi sit solutio rerũ creditarum, vt in-
quit Cic. lib. ij. de Offi. igitur nõ est mirum, si lex Aelia
Sẽtia prohibuit alienationem in fraudem creditorum.
Preterea qui non est soluendo, & disponit de bonis ab
eis possessis, nõ potest dici disponere de bonis ꝓprijs,
cùm nihil dicatur esse in bonis nostris, nisi quod dedu
cto ære alieno superest. §. fi. ĩ. de leg. fal.
Sed dubitatio alia insurgebat, an manumittens in
fraudẽ daret libertatẽ: Nam videmus, ꝙ alienata in frau
dem creditorum valent, licet rescindi possint. §. Item si
quis in fraudẽ. ĩ. de acti. vnde videbať valere datio liber
tatis, ut tñ rescindi posset: Tñ hic contrarium dr̃, ꝙ est
nulla datio ipso iure: ita enim important illa uerba, Ni
1 hil agit: Ratio aũt ea est, quia libertas semel collata nõ
reuocatur nisi ex maximis causis. l. Si ex causa. §. fi. cum
l. seq. ff. de mino. ideo lex ipso iure impedit ab ipso ini-
tio validitatem dationis, vt alias diximus.
2 Not. primò, ꝙ non oĩs dñs manumittere potest: pro-
hibetur enim in certis casibus, de quibus in hoc titulo
specialib⁹ rationibus, ut est in primo casu ratio fraudis
iniuriæ alterius, ut dixi. s̃. in positione casus.
3 Secundò not. ꝙ libertas data in fraudem creditorum
non valet ipso iure: ratio autem assignatur in tex. quia
lex Aelia Sentia impedit libertatem, & sic quia lex
ipsa resistit validitati. ratio aũt rationis est illa, ne credi-
toribus fiat iniuria, & vt rerum creditarum solutio fiat,
vt dixi, Annullatur aũt ipso iure, nõ aũt per rescissionẽ,
ut alia, ex rõne. s. allegata uidelicet, quia libertas non re
uocať nisi ex maxima causa. Videtur enim satis absonũ,
ut ille, qui semel liber fuit, rescissa datione libertatis re
digatur in seruitutem.
4 Tertiò not. ꝙ ista uerba, Nihil agit, important nulli-
tatem actus ipso iure maximè concurrentibus verbis
seq. Quia lex &c. de quibus uerbis alibi latius dicemus:
eorum declarationẽ attigit Alcia. li. iiij. Parerg. c. xiiij.
Ista enim uerba faciunt, ut ipso iure nullitas inducatur
l. fi. ibi, Nihil agit. ff. de lib. & posth. l. Fideiussor. ff. de ne
go. gest. Corsettus in sing. in uer. Nihil agit. vbi ad hoc
allegat tex. in. l. Nisi. ff. de tutel. et ratio. distrah. et ibi
Bal. qui idem notat.
5 Quartò not. ꝙ ualet hæc ratio, hoc fieri non po-
test, quia lex prohibet de quo dicetur in glo. fi.
6 Quintò not. ꝙ actus pius factus in fraudem alterius
nõ ualet: est e enim datio libertatis actus pius, ut dixi. s̃.
ti. j. §. Multis. in. j. not.
7 Sextò not. ꝙ quando. lex resistit actui, actus etiã pius
annullať ipso iure: resistebat. n. hic lex Aelia Sẽtia, ideo
annullať ipsa datio. Quoties enim lex resistit alicui rei
nihil ex ipsa re oriri potest, nec aliquis effectus insurge
re. l. Cũ lex. vbi Bar. ff. de fideiusso. l. Si nõ fortè. in prin
ci. vbi Ias. in. iiij. not. ff. de cõdi. indebi. facit tex. in. l. Nõ
dubium. C. de legi. reliqua ueniunt declaranda in glo.
In glo. j. Quis dicatur in fraudẽ manumittere, decla
rat tex. ĩ. eo. §. In fraudem ubi dicetur.
In glo. ii. Glo. ampliat & declarat, vt hoc verum sit tã
inter uiuos, q̃ in vltima voluntate dummodo in vltima
voluntate nõ instituatur, nam institutio vnius valet, vt
ĩ. §. proximo, & de libertate testamento in fraudem reli
cta loquitur tex. in. d. l. Si mortis. ff. qui & à quibus.
8 Ex hac glo. Christo. & Ias. sumere videnť, ꝙ cõtractus
possunt fieri in testamento, sed malè hoc ex glo. nostri
eliciunt: nam hic nõ agitur de datione libertatis ꝑ viã
contractus sed testamẽti (puta) per viam legati, vel fidei
commissi, iuxta tex. in. d. l. Si mortis. vnde non expedit
aggredi materiam illam tam tritam & inculcatam, quũ
contractus possint fieri in testamento, & an reuocato te
stamento reuocentur, de quo per Doct. in. l. Hæredes pa
lam. ff. de testa. in. l. Cùm antiquitas. C. eo. tit. in quo tñ
cõis conclusio est, ꝙ cõtractus possunt fieri etiam in te
stamento, vt ibi habeť, & ideo in testamento constituiť
pignus. l. Non est mirum. ff. de pigno. actio. Fiũt duo rei
10 l. ea ff. de duo. reis. Celebratur par. Bart. in. l. Non solum
11 §. j. ff. de inior. Bal. in. l. Si tibi. §. 1. ff. de. pact. cum si. ut per
Alexan. & Ias. in. d. l. Cùm antiquitas.
In glo. in verb. Nihil agit habes duo ex hac glo. pri-
mum, ꝙ datio libertatis facta in fraudẽ creditorũ quò
ad credit ores est ipso iure nulla, ex ea rõne, quia liber-
tas non facilè nec temere reuocanda est, ut dicit tex. in
l. Si ex causa. §. fi. cũ. l. seqnen. ff. de mino. quę fuit rõ, qua
re lex Aelia Sentia mota fuit ad impediẽdam ipso iure
libertatẽ, ut dictum est, quam rõnem seq. oẽs hic, & fuit
originalis rõ gl. in. l. Si noxali iudicio. l. uer. Ipso iure in
fi. ff. de noxa. & declarat Ias. in. §. Item si quis in fraudẽ.
ĩ. de actio. colum iii. versic. Aduerte etiam.
12 Secundum est, ꝙ q̃uis in fraudem creditorum colla
ta libertas nõ valeat ipso iure, tñ in præiudicium dãtis
valet, qui si soluat æs alienum creditoribus, non potest
libertates reuocare & retractare: nam dicẽdo se fecisse
in fraudem creditorum nõ auditur. d. l. Si creditoribus
13 C. de ser. pigno. dato manu. rõ est, qa allegaret turpitu
dinem. suam, & ueniret contrà factum proprium: nam
etiam ꝙ actus sit nullus, quis non potest uenire contra
factum suum, præsertim si allegat turpitudinem suam,
tex. ẽ in. l. Transactione. vbi Ias. & alii. C. de transact. opti
mus tex. in. l. Cùm profiteatis. C. de reno. dona. vbi ita di
„ citur, Cùm profitearis te in fraudem alterius donasse,
„ professionem inhonestã continere intelligis. in. l. Si cre
„ ditoribus. C. de seru. pign. dat. manu. dum inquit, Nam
„ ipse manumissor, si fraudem se fecisse creditoribus, ut
„ reuocet libertates, audeat dicere, audiri non debet,
nec hæredes eius.
In glo. fi. Gl. allegat fi. tex. in. §. Furtiuæ. ĩ. de vsuca. ad
hoc, ꝙ bona sit ratio, hoc est nullum, quia ita lex dispo-
nit quimmo nec melior rõ assignari potest, q̃ ab autho-
ritate legis, quæ est authoritas necessaria: sed quare lex
velit, alia est consideratio, & dicimus legem potius im
pedisse principium libertatis, q̃ induxisse, ut q̃uis de li-
bero deuenire deberet in seruitutem: facit ad hoc tex.
in. l. Prospexit. in princ. ff. qui. & à quibus. Et ꝙ valeat
hæc ratio, quia ita placuit, est tex. in. l. Qui in aliena. in
prin. ff. de acquiren. hære.

## §. LICET AVTEM.

*1 Soluendo uel non soluendo. esse quis dicatur.*
*2 Defunctus qua iniuria, et quomodo afficiatur, quando eius bona uenduntur, eò ꝙ non erat soluendo.*
*3 Nouiter declaratus §. ex Cicerone.*
*4 Argumentũ de actibus inter uiuos ad ultimas uoluntates ualet, ubi est eadem ratio.*
*5 Paria sunt, ꝙ hæres non sit scriptus, uel ꝙ sit scriptus & nolit, uel non possit adire.*
*6 Seruus institutus à domino necessarius est, & consequitur libertatem, etiam si de libertate dominus non fecerit mentionem.*
*7 Expressum dicitur quod ex expresso colligitur, & quod errore omissum est.*
*8 Scriptum dicitur quod elicitur & infertur ex uerbis scriptis.*
*9 Expressum d. l. dicitur, quod imaginatum est fuisse intẽtionis, cõdẽtis, hoc tamẽ dicitur ur. propriè expressum.*

10 Qui

10 *Qui uult consequens uult etiam antecedens.*
11. *Argumentum à uerisimili ualet.*
12 *Verisimilitudinis quanta sit uis.*
13 *Præsumptio est, quod quis uelit facere actum ualidum.*
14 *Præsumptio ualiditatis actus præualet cuicunq; præsumptioni.*
15 *Donatio non præsumitur, etiam si alias actus corrueret.*
16 *Hæres non præsumitur grauatus de redimenda re aliena, etiam si alias legatum corruat.*
17 *Actus potius præsumitur inualidus, quam quod uerba nimium improprientur.*
18 *Interpretatio non est capienda, per quam uoluntas alicuius impugnetur.*
19 *Mens præualet uerbis: quod declara, quando ex uerbis duci potest.*
20 *Seruus institutus à domino non soluendo quando & quomodo consequatur libertatem.*
21 *Trimembris distinctio.*
22 *Seruus à domino institutus quibus casibus non sit hæres necessarius.*
23 *Paupertatis ĩtuitu plura cõceduntur ꝑter regulas iuris.*
24 *Pauperum causæ ante omnes sunt expediendæ.*
25 *Pauperi carcerato iudex prouidet de alimentis & tabellionibus sine sumptu.*
26 *Pauper, qui propter inopiam non appellauit, uel appellationem non est prosecutus, restituitur.*
27 *Paupertas inducit suspitionem affectationis in tutela, & quare.*
28 *Paupertas derogat fidei testis.*
29 *Vel pro saltem.*
30 *Quæ nõ possunt uerificari in præsenti, uerificãtur in ꝑteritum per subauditum intellectũ uerbi (quondã.)*
31 *Concesso uno censetur cõcesum omne illud, sine quo illud esse non potest.*
32 *Serui instituti à domino, quibus libertas data nõ est, qua ratione & æquitate fiant liberi, & quomodo dicatur constitutum à Iustiniano.*

Diuidi hic §. in quatuor partes. in prima ponitur dictum, in secunda ratio, in tertia ampliatur illud dictum, in quarta ponitur ratio ampliationis & extensionis.

Dñs non soluẽdo habet potestatẽ instituendi seruũ cum libertate in ꝑiudiciũ creditorũ, qui simpliciter institutus oĩno liber est. h. d.

Casus ita figurari potest: instituto seruo hærede cum libertate à debitore non soluendo, dubitatũ fuit de validitate institutionis: & rõ dubitationis ea erat, quod l. Aelia Sentia resistebat dationi libertatis factæ in præiudiciũ creditorũ, vt patet. §. in princi. contrarium tñ decidit ex eadẽ. l. Aelia Sentia, qua quis cautũ esset, quod ij, qui consilio & re ipsa fraudabant creditores dando libertates, nihil agerent & frustra darẽt libertatẽ, tñ disposuit etiam, quod qui nullum alium hæredẽ habiturus erat verisimiliter, cùm hæreditas soluendo non esset, posset vnum tñ seruum cũ libertate, vel etiã sine ea simpliciter hæredẽ instituere, qui & liber oĩno, & necessarius hæres efficeretur & hoc disposuit suadente æquitate, vt ij, qui vitam sine ignominia egerunt, possent ẽt morientes consulere famæ suæ post funera, ad hoc, sine vẽditis sub eorũ noĩe bonis ipsorum hac ignominia afficerent, quæ quanta sit, mox dicet. Voluit enĩ. l. Aelia Sẽtia, vt effugere possent debitores hanc notã hoc velamine, vt potius sub serui illius hæredis noĩe bona sub hasta veneant, quàm defuncti. Nam quamuis creditores vnius serui iacturã patiantur, hñt tñ hoc cõmodum, quod & hñt hæredẽ certum eorum debitorem, quẽ conueniant, qui si eorũ satisfactionẽ differat, possint etiam illo inuito hæreditaria bona proferre vendendã: quam facultatẽ, vt dixi, lex restringit ad vnũ tñ seruum, quod si sine libertate sit hæres institutus seruus, oĩno liber fit ex præsumpta mẽte testantis, qui omittẽdo dationẽ libertatis videtur id voluisse, sine quo illud, quod clarè voluit (institutionem. s. hæredis) fieri nõ potest. l. Illud. ff. de acqui. hære. cum si.

1 In tex. ibi, Licet aũt dño, qui soluendo non est. Soluendo esse dicitur ille, qui tot habet in bonis, vt ex ijs possit oẽ æs alienum exoluere. l. Soluendo. ff. de verb. signi. & est antiquissima & frequens elocutio penes iureconsultos: id quod etiam Liuius vsurpauit lib. j. belli Macedo. Cùm & priuati (inquit) equum postularent nec tñ soluendo æri alieno respub. esset, quod mediũ inter vtile & æquum erat decreuerunt. Et soluendo nõ esse, vsus est Cic. Phil. secunda. Nec tu soluendo eras, nec te vllo modo, nisi euersa repub. fore incolumem putabas. & ad Atti. lib. iiij. Pro quo quidem etiã spõsor factus, & nimirum id fuit, soluendo enim non erat. Alibi soluendo non esse dicitur, qui non habet bona in territorio, vt per Bald. in c. Ex ratione. col. i. de appel. vbi Deci. col. ix. qui plura cumulat, illud tamen est ratione materiæ subiectæ.

2 In tex. ibi, Ne iniuria defuncti afficiatur. Quænam
3 esset hæc iniuria, satis colligitur ex Cic. in Oratione pro P. Quintio, dũ inquit, Ergo Hercule cuius bona ex edicto possident, huius oĩs fama & existimatio cum bonis simul possidet, de quo libelli in celeberrimis locis proponũtur, huic ne perire quidem certè tacitè obscureq́ conceditur, cui magistri fiunt, & domini constituũtur, qui, qua lege & qua conditione pereat, pronũcient, de quo homine preconis vox prædicat, & pretium conficit huic acerbissimum, viuo videntiq́, funus ducitur, si funus id habendum sit, quò non amici conueniunt ad exequias cohonestãdas, sed bonorum emptores, vt carnifices ad reliquias vitæ lacerandas & distrahendas. Ex Asconio enim in toga candida satis colligitur, eum notari solere à Cens. cuius bona venissent ob æs alienum sic enim inquit loquens de Anto. Hũc Antonium Gellius & Lentulus Cons. sexennio, quo hæc dicerentur, senatu mouerũt, causasq́ subscripserunt, quod socios diripuerit, quod iudicium recusauit, quod propter æris magnitudinem prædia mancipauit, bonaq́ sua in potestate non haberet.

Not. j. sm Ange. in d. § in prin. huius tituli, quod quædam permittunt in vltima volũtate, quæ non sunt permissa inter uiuos: nam non licet inter uiuos manumittere in fraudẽ creditorũ, instituere tñ seruũ in fraudem eorũ possumus: sed rõ est illa, quam. s. dixi, & quã ponit tex. quæ non habet locum inter viuos, ideo. l. Aelia Sentia id stante rationis diuersitate diuersimodè disposuit: ua-
4 let enim argumentum de actibus inter uiuos ad ultimas uoluntates, & ecõuerso. l. Seruum. §. Eum qui. ff. de lega. i. Dec. in. l. i. in. iiij. not. C. de insti. & sub. sed tunc uẽdicat sibi locum argumentũ, quando identitas rationis concurrit, alias stante rationis diuersitate cessat argumentum secundum Dy. & Imo. in. d. §. Eum qui vbi Ias. & alij.

Secundò not. quod dñs non soluẽdo potest sibi hæredẽ Instituere seruum suum unum tantum. s. ut sit illi hæres solus & necessarius. Quis aũt dicat non soluẽdo, declaratum est. s. in textualibus: quod unum tñ & non plures instituere debeat, & quo modo declarabit. j. i glo. in uerb. Seruum. seruus autẽ necessarius ideo dicitur, quia siue uelit, siue nolit, cogitur hæres esse, & habetur. j. de hære. quali. & diff. §. i.

Tertiò not. quòd lex permittit, ut egenus, & non soluendo,

ſoluendo poſſit eius creditoribus pręiudicium hoc
afferre pretij vnius ſerui inſtituti:quod tam ęquitate il
la ſuadente fecit,ne bona dñi ſub eius noie uendenda
& ſubhaſta nda ſint,q̃ eò ꝙ hoc commodum conſequū
tur creditores,ꝙ habent quem conueniant certum de-
bitorem,qui ſi non ſoluat,aut ꝓcordet creditores,poſ-
ſunt eius nomine bona vendenda proſerre.
5 Quartò not.ꝙ pro eodē habentur, ꝙ nō ſit ſcriptus
hæres,vel ſit ſcriptus,& nolit,vel non poſſit adire:nam
oibus his caſibus res ad cauſam inteſtati deuenit,vt ha
betur.j.de hære. quæ.ab inteſt. defe.in prin.
Quintò not.ibi,Valde proſpiciendum erat,vt egētes
hoies,ꝙ pauperibus ſubueniendum eſt,& ꝙ paupertas
prodeſt,de quo dicemus in glo.in verb. Egentes.
Sextò not.ꝙ ſeruus inſtitutus à dñ o nō ſoluendo ob
cōmodum libertatis,quā ex inſtitutione ſiue expreſsè
ſiue tacitè cōſequitur,tenetur ſatisfacere creditoribus
hęreditarijs,& ſi non ſatisfacit,bona debitoris,quę per
aditionē ſunt effecta ſua.l.j.§.Veteres. ff. de acqui. poſ.
poſſunt vendi.
Septimò not.ſecundum Ange. ꝙ iniuria & dedecus
eſt defunctis non habere hæredes:quod not: malè elici
tur ex hoc tex.nam iniuria,qua afficitur defunctus, eſt,
non ꝙ deficiat hæres, ſed ꝙ bona ſub eius nomine ſub
haſtentur:patet ex proximè præcedētibus verbis, dum
dicitur Creditores res hæreditarias ſerui nomine ven-
10 dant,ne iniuria defunctus afficiatur:Iniuria ergo eſt il
11 la,q̃ in textualibus proximè attigi, non ꝙ ſine hærede
decedat.Verum tamen eſt,ꝙ intereſt defunctorum ha-
bere ſucceſſores.l.Et quia.ff.de interr.actio.Tamen per
hoc non afficitur iniuria qui decedit ſine hęrede. Pro-
uidet enim lex inteſtatorum hæreditatibus,nō tantum
vt ſatisfiat defunctis,q̃ creditoribus,quod patet ex ſuc-
ceſſorio edicto,quod nulla alia rōne introductū eſt, q̃
ne bona diutius vacent in præiudicium creditorum.l.i.
ff.de ſucc.edic.Deceptus tñ eſt hic Ang. in interpreta-
tione huius iniuriæ authoritate gl.in.l.Et quia.ī prin.ff.
de interr. actio. quę ſimiliter intelligit hunc tex. hoc
modo,& malè, vt in textualibus apertiſsimè demon-
ſtratum eſt.
Infert Ang.non eſſe lędēdam famam hoīs poſt mor-
tem,nec iniuriam inferendam cadaueri, quæ non ſunt
pertinentia ad terminos noſtros,ideo pertranſeo.
6 Octauò not.ꝙ quoties dñs,ſiue ſoluendo, ſiue non,
inſtituit ſeruum ſuum hæredem,ille neceſſarius hæres
eſt,& libertatem cōnſequitur,ſiue libertatem inſtituē
do dñs dederit expreſsè,ſiue dationem eius omiſerit.
Nonò not.ꝙ quando dominus inſtituendo ſeruum
omiſit dare libertatem,ſeruus inſtitutus conſequitur
libertatem potius æquitate & humanitate quadā ſua-
dente,q̃ ſtricto iure:quod tamen mihi videtur falſum,
nam tam ex argumento à veriſimili, q̃ ab antecedenti
neceſſe eſt intelligere etiam ſtricto iure libertatem da-
re voluiſſe,ſine qua,via electa eſſet,per quam inſtitutio
ipſa nihil valeret,& ſua diſpoſitio impugnaretur,& exi
tū nō ſentiret,actusq́; eſſet penitus fruſtratorius : cum
ergo quilibet iura ſcire pręſumatur,ſciatq; ea de cauſa
nullum proprium ſeruum ſine libertate inſtitui poſſe;
inſtituendo ſimpliciter,proculdubio videtur etiam li-
bertatem dare uoluiſſe,hocq́; expreſsè colligitur ex di
7 ſpoſitione expreſſa inſtitutionis,& expreſſum etiam di
citur illud,quod ex expreſſo colligitur,præſertim quod
colligitur ex verbis expreſſis Bal.in.l. Ad probationem
la.j.C.de proba.Ange.in.l.Prętor ait.ff.de ope. no. nun.
Quod enim ex uerbis ſcripturę apparet errore ſcriben-
tis eſſe omiſſum,id habendū eſt,ac ſi expreſſum foret,
vt hic,in.l.j.vbi Bar.ff.de hære.inſti. in. l. Cùm pater.§.
Cùm imperfecta. ff. de leg. ij. Pau. de Caſt. in conſi.vj.
8 Pro euidētia.Et alias dicimus,ꝙ illud, quod infertur &
elicitur ex verbis ſcriptis,dicitur eſſe in ſcriptis,ut pro
batur in.l.j.§.Sin antē.ff.de hære.inſtit.& quod ibi Bar.
not.Ang.in.l.Quoties in prin.per illum tex.ff.eo.tit.tra-
dit Deci.in conſi.68.col.iiii.Et videmus,ꝙ expreſſum à
9 l.dicitur,quod imaginatū eſt fuiſſe intentionis conden-
tis.l.vt not.j.de legi.patro.tute.ibi,Crediderūt veteres.
& eſt glo ſingu.in.l.Tale pactum.§.fi.vbi Doct.ff.de pa-
ctis.ita in terminis voluit Alex.conſi.46.Pōderatis col.
j.lib.ij.in conſi.29.lib.vj.Vnum tamen notabis, ꝙ hoc
dicitur expreſſum impropriè:quod enim ex mente &
coniecturis expreſſum dī,id impropriè eſt,& ꝓbat tex.
noſter in verſic.Etiam libertas competere videatur. ꝓ-
bat tex.in.l.Triticum.ff.de verb.obli. ibi, Id habebitur
pro expreſſo.eſt tex.vbi hoc not.Deci.in.l. Cùm quid.
ff.ſi cer.peta.in.iij not.
10 Decimò not.ꝙ qui vult conſequens,vult etiam ante
cedens:ad idem tex.in.l. Illud. ff. de acquir. hęre. l. Ad
rem mobilē.ff.de procur.l.ij.ff.de iur.om.iud. l. Deniq;
ff.de pecul.leg.& eſt regula notiſſima, ſecundum quam
frequentiſſimè arguitur.
11 Vndecimò not.ꝙ valet argumētum à veriſimili, ibi,
Cùm non ſit veriſimile.l.Nō eſt veriſimile.ff.quod me.
12 ca.Quanta autem ſit vis veriſimilitudinis, ſatis colligi
poteſt ex ijs, quæ latè cōgerit Deci.in.c.Licet cauſam.
col.vij.de proba.latius Andreas Tiraquellus in rep.l.Si
vnq̃.C.de reuo.dona.in priu.nu.37.ver.Sed iā ni fallor.
13 Duodecimò not.ꝙ non eſt præſumptio,ꝙ quis velit
facere actum inualidum & fruſtratorium.l. Quoties.ff.
de reg.iur.l.Quoties.ff.de verb.ſig.quinimmo hæc præ
14 ſumptio præualet cuicunq; alij præſumptioni , vt latè
probat Deci. in.c.Quoniam Abbas col.vj. de offi. deleg.
& in conſi.77.colum.iiij.Quę opi.mihi nō placet: nam
15 videmus coniecturam non inferendæ donationis ex.l.
Cùm indebito.ff.de proba.pręualere huic pręſumptio
16 ni,& legatum potius corruere,q̃ ꝙ hæres præſumatur
grauatus de redimēda re aliena.l.Vxor patrui. vbi gl.&
Doct.C.de lega.Iaſ.i.l.Apud Iul.§.fi.col.v.de leg. j.quin
īmmo coniectura,ut ꝓpriè voluerit intelligere verba,
17 præualet validitati actus.Nam potius toleratur inuali-
ditas actus,quam nimia impropriatio verborum Areti.
in.l.A Titio in vlti.col.de verb.obli.allegatur text. in.l.
Tutores. §. j. & quod ibi Bart.ff.de admi. tuto. ad idem
tex.in.l.Verbis ciuilibus.ff.de vulg.& pupill. ubi ſubſti-
tutio facta per uerba ciuilia potius anuullatur,q̃ ꝙ uer
ba improprientur & trahantur ad fideicommiſſum:
aliqua alia addidi ad Deci.in.d.c. Quoniam Abbas. de
offi.deleg.
18 Decimotertiò not.ꝙ nunq̃ eſt capiēda īterpretatio,
per quam impugnetur volūtas alicuius,facit.l.Nam ad
ea.ff.de condi.& demon.
19 Vltimò not.ꝙ debet attendi magis mens , q̃ uerba :
quod not.non benè ſumit ex hoc tex. quia hic nulla fit
comparatio inter verba & mētem,ſed inter omiſſionē
& uerba:notatum enim tunc poſſet habere locū qñ na
tura uerborum unum inferre uideretur,mens aūt infer
ret contrarium uel diuerſum:tūc enim caderet cōpara
tio inter mentē & uerba,ſed in hoc caſu verba nō infe
runt aliquid,niſi omiſſionē,mēs aūt ueriſimilis ſupplet
quod omiſſum eſt,quaſi plus dictū ſit,q̃ ſcriptū. l.Cum
auus.ff.de condi.& demon. Regula tñ in ſe uera eſt , ꝙ
mens ꝑualet uerbis.l.Cum uirū.C.de fideicō. l. Non du
bium.C.de legi.optimus tex.loquēs in legibus.in.l.Sci-
re.§.Aliud. ff.de excu.tuto.ibi,Sed & ſi maximè uerba.
l.hūc habēt intellectū,tñ mēs legiſlatoris aliud uult. l.
iij.§.Conditio.ff.de adi.leg.l.penul.ff.ad exhib.l.Creden
dum.ff.qui petant tuto.Nam ut dicit Bal.in.c.Mandatū.
poſt prin.de reſcrip.lingua cedit cordi, & ſub iugo mē-
tis uerba cōſtituit,tāq̃ ſub ꝓprio & digniori originali,
tradit Soc.conſi.58.Viſis.col.ii.lib.i. Quod tñ declaran
dum

dum est, quando mens potest duci ex verbis.l.Gallus.§. Quidam rectè.ibi, Vt eo casu &c.ff.de libe. & posth.& ibi alias not.ad idem tex.in.l.Si alij.ff.de vsufr.leg.declarat Ias.& alii in.l.iij.C.de insti.& substi.

In glo.in verbo, Seruum.Glo.declarat ex.l. Aelia Sentia cautum esse, ne quis posset plures seruos instituere in fraudem creditorum, ne maius quoddam præiudiciũ inferretur ipsis creditoribus, cum consultum sit satis famæ & existimationi defunctorum per vnicum seruum institutum ac si plures instituti essent, & hoc si nõ specialiter pignori datus sit, quo casu, nisi creditori satis-
20 fiat, institutio non procedit: Sed quia & glo.& Ang.hic
21 satis imperfectè tractãt hanc materiam, vos dicatis, ꝙ aut dominus non soluendo instituit seruum suum hæredem vnà cum alia persona libera, aut solum, aut cum alijs seruis.

Primò casu si instituatur seruus proprius vnà cum libero, seruus nec hæres nec liber erit, & hoc siue instituat liber in primo gradu, siue substituatur; nã oĩno liber hęres est.l. Si is qui soluendo. ff. de hęre. insti. & hoc si liber esse velit hæres: nam eo repudiãte remanet seruus hæres.l.Qui soluendo.la prima.ff.eo.tit. Fallit & in alio not.casu, qñ liber non vocaretur ad hæreditatẽ, nisi seruo hærede existente, puta instituto seruo dñs testamento dixit, si Stichus seruus institutus hæres, erit tũc Sempronius hæres esto nã hoc casu.quia Sempronius non potest esse hęres, nisi Stichus sit hęres, & statim ꝙ Stichus fuit hæres, non potest desinere esse hęres, liber nõ venit ad hereditatem, nec impedit institutionem hæredis necessarij.

Secundò casu qñ fuit solus institutus hæres, tũc aut seruus fuit pignori obligatus, aut nõ: si nõ fuit pignori obligatus, valet institutio, etiam in fraudem creditorũ, vt in tex.nostro.& in.l.j.C.de necess.seru. hær. insti. si fuit pignori obligat⁹, aut obligatio fuit generalis, aut specialis: si generalis, nihil impedit: si specialis, non potest eẽ liber aut hæres, nisi se reluat à creditore, cui specialiter obligatus est.l.Pignori.ff.de hære.insti. quæ ita intelligẽda est per tex.in.l.Ab eo.C.de seruo pigno. da. m̃.in.l.Licet.vbi glos.ff.in quib.casi.pig.vel hypo. taci. co traha.

tas erat quid æstimabile,vnde dicit glo.ꝙ illud pretium
non transit ad venditorem,sed remanet penes dñm em
ptorem,& ideo non censetur pretium, cùm remaneat
penes soluentēm,& ideo nō uidetur æstimari libertas;
Nam ille,qui uendit se ad pretium participandum, ne-
cesse est,ut seruiens uerè constituatur,ꝙ participet pre
tium,alias posset in libértatem proclamare, non ergo
pretium remanet emptoris,sed fit ipsius uenditi;ad hoc
est tex.in.l.j.ff.qui ad lib.procla.non li.& in.l.i.C.eo.tit.
& glo.etiam.suprà.in.§.fi.in uerbo,Maior.de iure perso.
hoc idem dicit in tertio requisito.

Tertiò aduertendum est ad tex.in.d.l.Si pro patre.§.
Idem quærit.ff.de in rem verso.ubi actio de in rem uer
so extinguitur per hoc,ꝙ seruus dñi factus fit debitor
etiā ex alia causa,nec reuiuiscit semel extīcta,etiam ꝙ
ibi sit peculium;ita declarat ibi Pau.de Cast.& Saly.

Quartò ad illud,quod dicitur,quòd media uia exē-
plo imperatoris est quandoq; capienda,dic, ut dixi.su-
prà.in.vij.not.

In glos.in uerbo,Impleuerit. Aduerte ad illationem
glo.Non enim vult dicere glo.ꝙ ex quo hodie possunt
testari,possint etiam dare libertates, quia hoc prius po-
terant,sed ꝙ hodie recepta est hęc sententia, ꝙ cum te
stari possint,quia de bonis omnibus disponunt, possint
etiam de seruis ipsis.

Item dum dicit,ꝙ uerum est hodie posse dare liber-
tatē seruis,ut primum puberes sunt, & testari possunt,
intelligit,ut.s.dent testamēto:si enim inter uiuos uolūt
manumittere,debet solēnitas antiqua seruari; pōderat
aūt gl.uerbū(relinquo)Sed neq; hic,neq; in.§.j. in Aut.
ut spon.lar.ponitur verbū relinquo, unde nō uideo,un
18 de hoc duxerit gl.benè uerum est,ꝙ verbum relinquo
refertur ad vltimas volūtates.d.l.j.in fi.ff.de tab.exhib.
Bar.in.l.Vnum ex familia.in prin.ff. de leg.ii. & hoc in
dubio,qñ autem esset eadem ratio in contractu uel in
actu inter uiuos,tunc dispositio loqoēs per uerbum re
linquo,vel de relictis,posset habere locum etiam inter
uiuos,ut declarat Deci.in consi.496.In causa ad fi.ver.
Nec obstat,si dicatur.

In principali tñ quæstione mihi videtur,ꝙ conclusio
glo.sit uera,uidelicet,ꝙ l.Aelia Sentia non sit immuta-
ta aut correcta inter uiuos,quia.§.1.in Auth. ut sponsa.
lar.specificè loqnit in ultima uoluntate, unde limitata
correctio limitatū producit effectum.l.In agris.ff.de ac
19.qui.re.do.Et not.est ſm Ang.ꝙ lex noua corrigēs ex si
militudine rationis non se extendit ad alium casum,gl.
est cōiter approbata in auth. Quas actiones.C. de sacro
san.eccl.ubi tal.dicit hanc esse cōem opi. ratio aūt est,
quia lex non corrigitur, nisi expresse corrigatur. l.fi.C.
de indi.uidui.toll.l.Præcipimus in fi.C.de appellatio. Et
dicit hic Christo.ꝙ ex hac glo.est not.unū aliud,ꝙ etiā
20 qñ duo casus sunt æquiparati,correctio in uno non ha
bet locum in alio.Sed dicatis, ꝙ hoc est falsum, qñ est
facta ęquiparatio per modum regulæ,uel in eo casu,in
quo agitur,vt latissimè post alios oēs,quos refert,dicit
Deci.in.c.Trāslato.in.i.lect.col.ii.de consti. Sed hic non
est facta ęquiparatio per oiam regulę,nec etiam in hoc
casu speciali,ergo.Et si ponderetur tex.in titu.seq.de le
ge Fus.Can.in fi.dicendum est,ꝙ ille text. non æquipa-
rat,sed imò ex illo tex.ostenditur contrarium; nam ar-
guit text.de minori ad maius affirmatiuè.s.si licet inter
uiuos,multò magis debet licere in ultima uolūtate,un
de patet,ꝙ non valet consequentia econuerso, licet in
ultima uolūtate,& in ultima uolūtate lex est correcta,
ergo inter uiuos,qnia non est par ratio utriusque, cùm
maior fauor generaliter tribuatur ultimis uoluntatib.
l.In testamentis.ff.de reg.iur.cum vulg.

In gloss.Postulare in fi.concor.tex.in.l.iij §.fin.ff.de
mino.l.Sed & si quis.in fi.ff.de institο.facit tex.i.l. Diē.
§.Stari.ff.de arbi.in.l.fi.§.i.C.de aequi. poss.

In glo.fin.Glo.benè dicit,& ꝙ ubi est eadem ratio,
idem ius sit constituendum, dictum fuit. suprà. i.viij.
not.ideo pertranseo.

## RVB. DE LEGE FVSIA CANI. TOL.

1 *Lex Fusia Caninia quid disponebat.*
2 *Lex Fusia unde dicta sit.*
3 *Furij olim Fusii dicebantur.*
4 *Valerii olim Valesii dicti sunt.*
5 *Appius Claudius primus Fusios & Valesios Furios*
*& Valerios appellauit.*

Continuatur

Continuatur hic titulus ad præceden
tia hoc ordine: in.§.fi.s. titu. i. dictũ
fuerat olim prohibitum esse mino-
rib.xx.annis testamento manumitte
re, id impediente.L.Aelia Sentia, &
posita est correctio: Iusti. & quia a-
lia erat circa manumissiones prohi-
bitio inducta in maioribus per.l. Fusiam Caniniam, q̃
per Iusti.tanq̃ rationi minus consona sublata est, ideo
subdit de eius abrogatione.

Pro clariori huius tituli intellectu illud admonuisse
volo, ꝙ Fusius Caninius legem rogauit ad restringen-
dum ius conferendarum libertatem, cuius legis senten
1 tiam refert Caius lib. i.Insti. Ea sic se habet, ꝙ habens
duos seruos, ambos poterat manumittere testamento:
si tres aut quatuor, manumittere poterat duos tm̃: qui
sex, tres: qui octo, quatuor: qui.x. vsque ad.xviii. quinq;:
qui.xviii. sex: à.xviii. usq; ad.xxx. tertiam partẽ iure ma
numittebat; à.xxx. usq; ad centum quartam partem, ab
inde.§. quintam partem, dum ea quinta pars ad centum
non ascendat. Id quod & Iulius Paulus lib.iiii. Recepta
rum sententiarum paucioribus retulit, ut usq; ad.x. pars
dimidia manumittatur à.x.ad.xxx. pars tertia, à.xxx.ad
centum pars quarta, à centum ad quingentos quinta;
plures autem ex qualibet etiam grandi familia manu-
mittendi ius non erat. Hanc igitur legem Iustinia. sustu-
lit tanquam inuidam & libertates impedientem, ea præ-
sertim ratione, quia morientibus adimebatur facultas
viuentibus concessa.

2 Aduertendum est etiam, ꝙ dicitur Fusia à Fusio: nam
3 antiqui quem nos Furium dicimus, dicebant Fusium:
4 sicuti Valesium, quem nos Valerium, vt docet iurifcon
5 sultus. in.l.ij.ff.de ori.iur. dum dicit, ꝙ Appius Claudius
hanc mutationem inuenit.

## LEGE FVSIA.

1 *Leges, quãtũ possunt, remouẽt impedimẽta libertatis.*
2 *Libertas omnibus aliis causis fauorabilior est.*
3 *Libertatis fauore in dubio pro ea pronunciandum est.*
4 *Libertatis causa dicitur publica.*
5 *Inuidia reprobatur.*
6 *Argumentum ab inconuenienti remoto ualet.*
7 *Vltimis uoluntatibus non minus tribui debet, quàm actibus inter uiuos.*
8 *Vltimæ uolũtates latius ĩterpretãtur, quã contractus.*
9 *Argumentum de testamẽto ad cõtractum affirmatiuè non ualet, nisi sit eadẽ ratio, & quomodo ualet.*
10 *Dispositio generalis præsupponit omnia alia habilia.*
11 *Argumentum de contractibus ad ultimas uoluntates an, quomodo, & quando ualeat.*

Diuiditur in duas partes, in prima ponitur
in confuso, ꝙ lex Fusia Caninia certum
modum statuebat in manumittendis ser-
uis testamento, in secunda ponitur eius
correctio, & rationes correctionis. secun
da ibi, Quam quasi.

Licet hodie etiam omnibus suis seruis libertatem te
stamento relinquere, sicut inter uiuos manumittere, su
blata.l.Fusia Caninia.h.d.

Casus non est figurãdus, solum posset excogitari ra-
tio.l.Fusiæ, quæ potuit esse, quia cum Romani omnes
ferè agros suos per seruuos colerẽt, ne liberi homines
occupati in agris colẽdis impedirentur uacare militiæ,
constitutum fuerat, vt quoties dñs testabatur, non lice
ret oẽs seruos suos manumittere, sed positus esset cer-
tus modus, ne hi serui liberi facti desererent uel rustica
vel etiam alia seruilia opera, qñ semper liberaliores so
lemus esse, cum morimur, quo tẽpore nullus amplius
nobis est usus, q̃ uiuẽtes: sed quia hoc & inuidia plenũ,
& contra iuris regulas inueniebat, idcirco sublata est,
ne actibus inter uiuos plus tribueretur, q̃ vltimis uolũ
tatibus contra.l.1.C.de sacrosan.eccl. cum si.

Not. primò, ꝙ lex Fusia Caninia ponebat modum ser
uis manumittendis in testamento, de quo dixi in rub.
1 Secundò not. ꝙ leges, quãtum cum ratione possunt,
remouent impedimenta libertatis, quæ fauorabilis est,
2 immo fauorabilior omnibus alijs causis.l. Libertas om
3 nibus.ff.de reg.iur. Et ideo in dubio pro ea iudicãdum
4 est.l.Quoties dubia.ff.eo.titu. quia causa libertatis dici
tur publica, non priuata.l.Si quis rogatus. ff.de fideicõ.
libe. declarat Deci.in.d.l.Quoties.ff.de reg.iu. Vnum tñ
notabis, ꝙ quamuis causa libertatis fauorabilis sit, non
tamen facit, vt quod fieri debet infra certũ tempus, pos
sit postea fieri, ita est tex.in.l.Thais.§.Intra.ff.de fideicõ.
liber.in.l.Sticho.§.Filius.ff.de statu.lib.
5 Tertiò not. ibi, Quodammodo inuidiam. ꝙ inuidia re
probatur: facit.l.j.C.de cadu.toll.in princ. & quis in ali
quibus codicibus legatur (inuidiam) est legendum (in-
uidam) nam non esset rectus sensus.
6 Quartò not. ꝙ valet argumentum ab inconuenienti
remoto: de quo dictum fuit.s.§.fi.tit.præced.in. iij.not.
7 Quintò not. ꝙ non minus debet tribui vltimis volũ
tatibus, quã actibus inter viuos: quinimmo plenius in-
terpretantur vltimæ voluntates.l. In testamentis.ff.de
reg.iu.& est tex.in.c.Cùm dilecti.de dona. vbi habetur,
8 ꝙ latius interpretanẽ vltimę voluntates, q̃ contractus,
& ideo alibi dicebat Alex. ꝙ non valet argumentum de
9 testamento ad contractum affirmatiuè, nisi appareat, ꝙ
sit eadem ratio, ita dixit in consi.lxij.col.iii.lib.j.de quo
per Deci.in.d.reg.In testamentis.
10 Sextò not. ibi, Nisi alia causa &c. ꝙ generalis disposi-
tio præsupponit omnia alia habilia, text. in.l.Si quæra-
mus.ff.de testa.in.c.j.de æta.& quali.

In glo.j. Declara, vt dixi in rubrica.

In glos. Modus. Dic certus modus.i. certa & determi
nata regula, vt dictum est suprà in rubrica, sicut dictum
est suprà in.§.fi.in prin.titu.præced.

In glos. Quam. dic, ꝙ dicta fuit ab authore Fusio Ca-
ninio, vt & declarat Alcia.in.l. Verbis legis.ff. de uerb.
signi. Et quamuis glo. inepta sit, tñ etiam aduerte, ꝙ de
lirat: nam præsupponit, ꝙ moriens non potest habere,
& alteri non permittit accipere, quod est falsum: nam
moriẽs volebat cõferre libertates, sed ipsa lex impedie
bat, vnde & malè intellexit, & malè infert etiã ex noĩe.

In glos. Familiam. Bonus tex. allegatus in gl. in versi.
Seruientium. vbi Alcia. latè declarat. & in hac significa
tione accepit Quintilia. lib. vij. c. iij. Manumissum alio „
næ se familiæ venali immiscuisse, ac rogantem, vt eis „
seruiret, captum.

In gl. in verbo, Morientibus. Dic tu, ꝙ non dixit mo-
rientibus, vt designaret vel mortuos, uel in extremis la
borantes, sed eos, qui aliquid in vltima voluntate dispo
nunt: quemadmodum dicimus actus inter viuos cõtra
ctus, q̃uis & contractus possint fieri in extremis, vt ali-
bi diximus; & ꝙ ille, qui testatur, faciat etiã ipse actum
inter viuos, sed quia debet habere locum post mortem
suam, & confirmari morte, dicitur fieri quasi à morien-
te habito respectu & considerato tempore, quo confir
matur: & ita declarandus est hic locus.

11 In glo. in verbo, Adimere. Dic, ꝙ valet argumentum
de cõtractibus ad vltimas voluntates regulariter tanq̃
de minori ad maius, videlicet, licet in contractibus, er-
go in testamentis: non licet in testamentis, ergo non li
cet in contractibus, vt dixi in.v.not. quia fauorabilior
est interpretatio testamentorum, q̃ contractuum: sed si
detur paritas rationis in vtroq; casu, valet argumẽtum

postea de vno ad aliud.d.l.Seruũ.§.Enm. qui.ff. de leg.
j.vbi Iaſ.& latius Iaſ.in l.Quæ de legato.ff. de leg. i. vbi
latiſſimè diſputat,quamuis nihil determinet,& dictum
eſt alibi latius.

Alia,quæ hic tanguntur per Ange. ſuperflua ſunt,&
contra inſtitutum noſtrum.

## RVB. DE IIS, QVI SVNT Sui vel alie. iur.

Ontinuatio clara eſt,cùm hic ponatur ſequens diuiſio perſonarum: in quo illud eſt aduertendum,quòd ſuperior diuiſio iuriſgentium eſt, ſequens uero pro maiori parte iuris ciuilis uel inuentione,uel reformatione,ut aduertit hic gl.j.

## SEQVITVR.

1 *Videre refertur ad oculum intellectus.*
2 *Status aliquorum eſt in pendenti.*
3 *Lucrum fructuarij interdum pendet.*
4 *Alienatio facta à matre de lucro antenuptialis donationis pendet.*
5 *Filij eorum,qui ſunt apud hoſtes,an ſint ſui iuris, uel eorum ſtatus pendeat.*
6 *Poteſtas accipitur pro ſpecie Magiſtratus, & quomodo,& pro magiſtratu in genere etiam.*
7 *Poteſtas.i.cura.*
8 *Poteſtas.i.authoritas.*
9 *Poteſtatem ſui non facere.i. latitare.*
10 *Contrariorum eſt eadem diſciplina , & quomodo hæc regula procedit.*

Iuiſio per ſe patet.Perſonarum aliæ ſui iuris,aliæ alieni:uidendum de ijs,quę alieni iuris ſunt,quę aut parentibus, aut dominis ſubſunt:quia his cognitis reliquæ cognoſcentur.h.d.ex.l.j.ff.eo.

Caſus non figuratur,cum procedat diuidendo.

Primò not.ꝙ quędã perſonæ ſui iuris ſunt , quædam
alieni,concor.tex.in.d.l.j.ff.eo.

Secundò not.ꝙ earum perſonarum, quæ alieno iuri
ſubijciuntur,alię ſunt ſub parentib.aliæ ſub dominis.

1 Tertiò ibi,Videamus.not.ꝙ(videre) etiam refertur
ad oculum intellectus:de hoc tex.in.l.Item apud. §.Si-
quis ſic.ff.de iniur.vbi Bart.not.& Alber.l.i.§.Idẽ Pom-
ponius.ff.depoſi.l.Si Titio & mihi.ff.de leg.ij.

Quartò not.ꝙ cognito vno de contrarijs cognoſcit
aliud,cõcor.tex.j.de tutel.in prin.de quo dicet in gl.fi.

In glo.j.Vt alias dixi,communiter concluditur hic,
ꝙ hęc diuiſio(quantum attinet ad poteſtatem domini-
cam)iuriſgentium ſit,inuentione.ſ.§.j.j̄.eod. ſed rece-
ptione & reformatione iuris ciuilis.§.fi.j̄.eo.ſed quan
tum eſt reſpectu poteſtatis parentum,uel eius poteſta-
tis,quam in homines ſui iuris habemus,ea à iure ciuili
eſt.j̄.tit.i.in princ.&.j̄.de tutel.in prin. Poteſt ergo dici
de iure ciuili,quia aliquid à iure ciuili immutatum eſt
l.Ius ciuile.ff.de Iuſt.& iur.

In glo.in uerbo,Quædam.Glo.primò ſupplet, q̃ aliqui
2 qui ſunt,qui nec ſub poteſtate,nec extra ſunt, ſed eorũ
ſtatus eſt in pendenti,ut filij eorum, qui capiuntur ab
hoſtibus:quod nec uidetur inconueniẽs, cùm in.§.In-
3 terdum.lucrum fructuarij pendeat,& pariter pendeat
4 alienatio facta à matre de lucro antenuptialis donatio
nis.in.§.j.in.d.Auth.de non elig.tandem contrariũ con
5 cludit,quia non datur medium inter ſui iuris & in po-
teſtate,& cum eſſent ſub patris poteſtate, qui pater eſt
apud hoſtes,& per cõſequens non põt habere alium in
poteſtate,patet,ꝙ cùm nõ poſſint eſſe ſub poteſtate il-
lius,ſunt ſui iuris:Et hæc gl.vt alias dixi, cõiter appro-
bat,quia q̃n cõſiderant,ſemp ſunt aut ſui iuris, aut ſub
alterius poteſtate.Quãdiu enim pater eſt apud hoſtes,
inſpecto illo ſtatu ſunt liberi:ꝙ ſi redeat,fictione poſtli
minij fuerunt ſemper in poteſtate.Nõ ergo pendet ius
poteſtatis,ſed aut eſt ſublatum,aut eo redeunte fingit
poſtliminium nũquam fuiſſe liberum, ſed ſemper per-
manſiſſe in poteſtate patris.

6 In gl.in verbo,Poteſtate.Dixi al's poteſtatẽ accipi ꝓ
eo genere magiſtratuũ,q̃ Poteſtates appellant. Iuuena.
Gabiorum eſſe Poteſtas.

Quamuis nõ putẽ tunc eo nomine magiſtratus eſſe
appellatos,quo hodie nos poteſtates dicimus,ſed gene
rali noie,quo oẽs magiſtratus poteſtates appellabãtur,
pręſertim maiores.Suet.in Claud.Iuriſdictionẽ de fidei
» cõmiſſis quotannis & tm̃ in vrbe delegari magiſtrati-
» bus ſolitã,in perpetuũ atq; etiam per prouincias Pote
» ſtatibus demãdauit.Et Apuleius, Sed iuſſit Poteſtas of-
» ficialem ſuũ magna ſeueritudine coerceri. Et habeť in
l.Eum qui.ff.de iur.om.iudi.vbi in poteſtate eſſe ſignifi-
cat eſſe in magiſtratu,& ita põt intelligi. c. fin..de iudi.
quia maiores magiſtratus ſignificabat,q̃uis & quãlibet
deſignauerit iuriſdictionẽ.l.iij.§.j.ff.de re.eo. Diciť po-
ſtea,ꝙ Epiſcopus habet in poteſtate bona eccleſiæ. i.in
7 cura.c.i.de re.eccl.nõ alie.& ꝙ tutor habet poteſtatem
8 in caput pupilli.j̄.de tutel.in prin.i.habet in eũ authori
tatẽ:facit tex.in.l.ii.ff.de ori.iu.dũ inquit,Et ita factum
» eſt,ut inter plebiſcita & leges ſpecies conſtituendi in-
» tereſſet,poteſtas eſſet eadẽ.Et ſua poteſtate facere,hoc
eſt,ſua authoritate propria,in Auth.de defenſo. ciui.in
9 prin.& ſui poteſtatem non facere,hoc eſt,latitare. l.iij.
ff.ex qui.ca.in poſſ.ea.

10 In gl.fi.habemus,ꝙ contrariorũ eſt eadẽ diſciplina:
in quo,quia materia eſt notiſſima,& habeť in rub.ff. de
acqui.poſſ.vbi alias dixi,breuiter colligendũ eſt,ꝙ hæc
regula vera eſt quò ad cognitionẽ,quia vno contrario
rũ cognito aliud neceſſariò cognoſcit, & hoc modo lo
quiť hic tex.quia cognitis iis,qui ſub alterius poteſtate
ſunt, facilè cognoſcemus eos , qui ſui iuris ſunt. Mihi
alias viſum eſt,ꝙ hic habeamus potius argumẽtũ à ſuf-
ficienti enumeratione,q̃ à cõtrarijs: nã hic aliqui ſunt
ſui iuris,aliqui ſub ptãte dominorũ,aliqui ſub pr̃is,ali-
qui ſub tutoris,quidã ſub curatoris.Vnde benè verum
eſt dicere hic,non eſt ſub poteſtate dñica,pr̃is,tutoris,
vel curatoris,ergo eſt ſui iuris,quia hæc eſt alia diuiſio
iuris perſonarũ,& ſtatus earũ,quia cognitis iis , q̃ ſunt
in poteſtate dñi,non cognoſcunť qui ſunt ſui iuris per
oppoſitũ,niſi dicamus,ut alias dicebã, ꝙ pro contrario
aſſignatur ſui iuris,& alieni iuris:Vnde cognitis oĩbus
iis,qui ſunt alieni,neceſſariò ſequeť, ꝙ cognoſcemus,
ꝙ alii erũt ſui:& ſic procedit. Quò verò ad iuris diſpoſi
tionẽ dicendũ eſt,ꝙ cùm cõtrariorũ ſit cõtraria rõ, di-
ſpoſitio etiã eſt cõtraria.l.fi.§.fi.ff.de leg.iij.in l. Et ſi cõ
tra.ff.de vulg.& pup.in l. pe. C. de ſolu. vbi dicit Bal.ꝙ
contrariorũ eſt eadẽ natura per contrariũ, q̃n ſubeſt ea
dẽ rõ:& ita declares,ut alias declaratũ fuit in. d. rub.ff.
de acqui.poſſ.p me.& quia materia eſt ordinaria (nã ſo
let legi ordinariè)iõ ptrãſeo,ne nimis onerẽ materiã.

## §. IN POTESTATE.

1 *Suæ rei quilibet eſt moderator et arbiter etiã abutẽdo.*
2 *Domini olĩ iure gẽtiũ habebãt poteſtatẽ uitæ et necis.*
3 *Leges non ligant extra territorium.*
4 *Statutum,ꝙ banniti us poſſit impunè offendi, non habet locum extra territorium.*

5 Occidens

5 *Occidens seruum proprium ita punitur, sicut occidens alienum.*

5 *Animaduertere & } differunt, & quomodo. Intelligere.*

7 *Pater in filium ex.l.xij. tabu. habebat potestatem uitæ & necis.*

8 *Pater potest moderatè emendare, & ex causis expressis exhæredare hodie.*

9 *Pater, si filiũ itolerabili iniuria afficiat, q̃uis filius non agat actione iniuriarũ, pōt implorare officiũ iudicis.*

10 *Seruus non acquirit ex causa iniusta domino.*

11 *Possessio vt quæratur, exigitur animus.*

12 *Seruus in dominum nõ torquetur, nisi in certis casibus.*

13 *Seruus nõ testatur, non dicit testimoniũ, et repellitur à publicis muneribus.*

14 *Seruus non potest esse nec iudex, nec arbiter.*

15 *Matrimonium tollitur seruitute de iure ciuili. Seruitute.*

16 *Seruus non potest esse tabellio.*

17 *Seruus, si delictum dignum morte commisit, tradendus est iudicibus.*

18 *Occidens seruum deprehensum in adulterio cum uxore non tenetur aliqua.l.ciuili.*

19 *Dominus quo modo possit corrigere seruum.*

20 *Occidens seruum alienum tenetur .l. Cor. de sica. & l. Aquilia, occidens proprium tenetur tantùm criminali, nisi alterius interesset.*

Diuiditur in quatuor partes, in prima ponitur qui sint in potestate dominorum, in secunda vnde hæc potestas descendit, in tertia effectus potestatis, in quarta restrictio antiquæ potestatis: partes patent.

Serui iure gentiũ sunt in nostra potestate ideo olim etiam mortis potestatem dominus habebat i eos, hoc quod hodie sine causa legib⁹ pmissa prohibetur. h.d.& sumitur hic tex.ex.l.j.§.j.ff.eod.

Casus: Quęsita est declaratio primi mẽbri, scilicet eorum, qui in potestate dominorũ sunt, & dicitur, ꝙ sunt serui, & ꝙ ea potestas est ex iure gentiũ, eiusq; effectus est, vt dominus vitæ necisq;: potestatẽ haberet in seruos: quod ea ratione niti videbatur, quia cùm in re sua
1 quilibet etiam abutendo sit moderator & arbiter.l.Sed & si lege §.Consuluit.ff.de peti.hęre. non videbatur curandum quid ageret dñs de seruo non magis ac si plantam discerperet: quo non obstante ex ratione assignata in.§.seq.dicit cõtrariũ, ibi, Expedit enim &c. Non enim patitur lex, vt enormiter quis abutatur, vt videmus in prodigis, quibus prouidetur per interdictionem administrationis.l.Is cui.ff.de verb.obli.

Primò no.ꝙ serui sunt in potestate dñorũ. Est aũt potestas (ut hic definit Theophilus in Institutionibus) summa licẽtia & authoritas.cõcor.tex.in.d.l.j.§ j.ff.eo.

Secundò not. ꝙ potestas dominorũ in seruos à iure gentium descendit: idẽ habetur.ī.§.Ius aũt gentium. de iure natu. gen.& ciui.in.§. Serui. de iure persona.in.§.j. ī.de liberti. Nanq; constat hanc potestatem ab omnibus peræq; gentibus receptam esse, ideo etiã iurisgen. esse §.Ius autem ciuile.ī.de iur.natu.gen.& ciui.

2 Tertiò not.ꝙ de iure gentium domini habebant in seruos potestatem vitę & necis: quod ex.l. xij. tab. etiã erat in filijs, de quo dicemus in glo. Et in seruis similiter erat ex legibus Romuli &.xij.tabularum, vt testatur Zasius.ff.eo.in Paratitla.

Quartò no. ꝙ illud dicitur de iure gẽtium, quod peræque apud oẽs seruatur, cõcor.§.Ius autem ciuile.ī.de iure natu.gen.& ciui.

Quintò no.ꝙ quicquid acquirit seruus acquirit dño facit tex.j.in.§.De ijs.per quas perso.no.acqui.& dicet ā gl.l.Placet.de acqui.hære. ꝙ olim in seruis Germanorũ nõ esse testat Tacitus, q̃a habebat propria. Illud tñ animaduertendũ censui, seruũ in acquirendo dño præiudicare posse, si aliquã conditionẽ aut modũ adijciat, quia factũ à seruo dñs acceptare non pōt, nisi cum sua forma.Bald.Saly.& alij.in.l.Seruus. C.de pact. Imo.in.l. Iudex postea q̃ col.iiij.versi.Item facit.de re iudi.

3, Sextò not.ibi, Sub imperio nostro.ꝙ leges extra ter-
4 ritorium non ligant.l.fi.ff.de iurisd. om.iudi. Et hinc solet inferri, ꝙ statutum, ꝙ bannitus possit impunè offendi, non debet intelligi extra territorium, vt latè declarat Ias.in.d.l.fi.in princi.

Septimò, ꝙ hodie non licet in seruos supra modum sæuire, de quo latius dicetur in seq.§.

5 Octauò, ꝙ ita punitur occidens seruũ propriũ, sicut alienum, de quo dicetur in glo.in verbo Alienum. Tenetur enim.l. Cornelia de sicarijs.l.Vnde Neratius.§.Si dolo.ff.ad.l.Aqui.l.j.§.j.ff.ad.l.Cor. de sica.

6 In glo.Animaduertere. Hoc verbum pro inspicere & videre exponendum est, nam Asconius inter intelligere & animaduertere hanc differentiam posuit, ꝙ intelligimus animo, animaduertimus potius sensu, & inspicimus sine discursu quodam.

In gl.Esse. Imò proprie pro fuisse, quamuis in text.in dicta.l.i.fit verborum (fuisse) cùm sit idem casus.

In ea.ibi, Et erat eadem. nota, ꝙ pater in filium ex.l.
7 xii.tab.habebat potestatem vitę & necis. l. In suis. ff.de lib.& posth.l.fi. C.de pa.pote. id quod ex Oratione Cic. pro domo sua intelligit, dũ loquitur de Clodio, qui se in adoptionẽ plebeio dederat. Ita enim inquit, Sed cum
„ hoc iuris a maioribus proditum sit, vt nemo ciuis Ro.
„ aut ciuitatẽ, aut libertatẽ possit amittere, nisi Senatus
„ authoritate factum sit, ꝙ tu ipse potuisti in tua causa
„ discere (credo enim q̃q̃ in illa adoptione legitimè fa-
„ ctũ est nihil, tñ te esse interrogatũ, author ne esses, vt in
„ te P.Fõteius vitæ necisq; potestatẽ haberet vt in filio)
quęro &c. Licebat aũt filios occidere lege Romuli, vt scribit Dioni. Halicar.lib.ii. quæ Romuli lex in.xii.tab. recepta postea fuit in quarta tabu. ſm Dionisiũ, vbi.ī. Sed hanc potestatem coarctarunt iã Imperatores, q̃ Iurisconsulti.l.Qui filios.C.quæ res pig.oblig.posi.§.fi.j. de noxa.l.Diuus.ff.ad.l.Pomp.de parri.&.in ti.C. de iis, qui par.vel fil.occi. Relinquitur autem parentibus solũ
8 decens quædam emendatio, & ex causis expressis exhæredatio. C. de emen. propin.& in Auth.vt cùm de app.
9 cog.§.Aliud quoq, casũ. Quod si pater filiũ intolerabili iniuria afficeret, q̃uis iniuriarũ actione nõ teneatur.l. Prętor edixit.§ Præterea.ff.de iniur. tñ potest filius iudicis officium implorare, vt cogat iniquum parentem emancipare filium, in quem sęuire solet.l.fi.ff.si quis à pa.fue. manu.tex.aũt in.§. fi.j. de noxa. facit ad hoc ꝙ filius ęquiparabat olim seruo in noxalibus, quia pater poterat eũ noxę tradere: verũ est, ꝙ pater ius suũ amittebat pp publicũ ius, puta, si filius magistratus esset.l. Ille à quo.§.fi.ff.ad.Trebell. A.Gellius libro.ii.cap.ii.

In glo.in verbo, Quodcunq;. Quęrit glo.an generalitas tex.nostri restringẽda sit, vt p seruum domino nõ
10 quæratur nisi quod iustũ est, & sic dnm dicit, ꝙ quodcunq; acquiritur per seruũ, debet suppleri.s.iustè: quod videbat suadere tex.in.l Quod seruus.in.fi. ff.de acqui. possess. vbi quod iniustè ex maleficiis apprehensum est per seruũ, ad dominum nõ pertinet, glo.tñ contrarium tenet freta hoc argumento, Quod ex iniusta causa quærit seruus, ex quo quęrit, nec seruo quęri potest. l.Placet. ff. de acquir. hæredi. necesse est, vt domino quæratur: quod etiam probat per tex.in.l.ii. ff. pro empto. &

ad tex.in.d.l.Quod seruus. respondet acquiri etiam ex iniusta causa,sed teneri restituere,& cùm teneatur resti tuere,non dicitur adeptus. Ille enim nõ videt adeptus possessionem,qui ita nactus est, vt eã retinere non possit,quia quæsitũ non dr̃,quod auferri põt, glo.in.l.Non quocunq;.§.j.ff.de leg.i.vbi Ias.facit tex.in.l.Qui concubinã.§.Si hæres.ff.de leg.iii.in.l. Iulianus.§.i.ff.de verb. oblig.& ita residet glos.hic. Io. Fa. distinguit, ꝙ aut sumus in possessione,aut in dominio. si in possessione,& non quæratur;si in dominio,& quæratur etiã ex iniusta causa.d.l.ii.§.Celsus.ff.pro empto.sed in ratione differẽ tię æquiuocat Ioan.Fa. Vult enim, ꝙ ideo possessio ex
11 iniusta causa non quærat, quia ad quęrendã possessionẽ exigit animus.l.iii.in pr.n.l.Quemadmodum.ff.de acqui.possess. ergo nisi dominus vel a principio mandauerit,vel postea ratificauerit,non quæritur possessio,secus in dominio, in quo animus necessarius non est. j. per quas perso.no.acqui.§.Item nobis. Ignorantibus enim & inuitis quęritur: quæ ratio non est bona,quia ad acquisitionem tam dominij, q̃ possessionis nõ requiritur animus domini,sed sufficit animus serui, vt concludũt cõmuniter Docto.in.l.i §.Item acquirimus.ff.de acqui. possess.in.l.iii.§.Salius.ff.eod.tit.vnde Alex.i.d.l.Quod seruus.putat differentiam ex hoc insurgere,quia possessio amitti põt absq; eo, ꝙ alteri quærat: vnde ex iniusta causa nulli quęritur, licet ille perdat eam,secus in dominio, quia ex quo soluendo vsuras perdit dominium, oportet acquiri domino, dato ꝙ ex iniusta causa quęratur, quia dominium (vt dixi alias) non põt esse in pendenti, & perdi ab vno, nisi alteri quæratur l.Si ergo.ff. de nego. gest. & ita resoluenda est præsens quæstio, vt alias hic diximus,quicquid dixerit hic Caristo.cuius rationes tolluntur ex hoc solo, ꝙ dominium pendere regulariter non potest,vt dixi.

Circa istam glo. aduertendũ est ibi (sed hoc solo inspecto)quia glo.subobscura est,& hoc intendit.ꝙ q̃uis quodcunq; acquiritur per seruum acquiratur domino, hoc est verum,hoc solo inspecto,qñ quęritur,sed aliqñ non quęritur nec seruo, nec dño, puta,si a liberto seruus patroni stipuletur operas, quo casu quia operę cohærẽt personę,nec de persona serui in personã dñi possunt transire,stipulatio inutilis est.l.antepen ff.de stipula.ser. vel si factum sit in stipulatione deductum, puta, ire,agere: Seruus enim solus, non dominus,ire potest §.Sed cùm factum.j.de stipu.seruo. quo casu, quamuis persona tantum serui admittatur ad eundum, ibi tñ ad commodum domini,& ius illud ꝙ seruus ire possit,radicatur in persona domini,vt dicemus ibi.

In ea.glo.ibi,Sed nũquid libertas.Gl.quærit,an libertas quęsita seruo quærat domino ex generalitate tex.nostri:datur enim qñq; a domino, qñq; à lege, vt in iuribus allegatis in gl. Et respõdet, ꝙ non,quia quãuis quęratur seruo libertas, libero cõpetere non potest, & qñ datur illi libertas,eo ipso momẽto fit liber,& eodẽ momento non habet dominum, cui quęri possit: & dicit gl.ꝙ est.q.de puncto.Ias.hic reprehendit glo.per tex.i.l. Placet.ff. de acqui. hęre. cùm acquisitio libertatis ne momẽto qdem potuerit esse penes seruũ. Igit ipse duobus modis soluit, vt dicam⁹,vel ꝙ illud domino acquiratur,quod seruo quęri non põt.d.§.Sed cũ factum. vel ꝙ illud quęratur,quod domino quæri potest,sed libertas quęri non potest, ergo. Ego aliter dicerem,videlicet, ꝙ cùm manumissio, siue fiat ab homine,siue fiat à lege,nihil aliud sit,q̃ è manu datio,& sic dissolutio seruitutis,qñ dominus dat libertatẽ,vt dicitur,non dat verè libertatem,sed corrũpit & remittit ius seruitutis.ꝙ habet in seruum,& cùm duplex sit tm̃ status hois seruorum.s.& liberorum, remota seruitute succedit per se libertas,vt dixit superius in tit.de liberti.in prin.in glo. in verbo,Datio. Quando ergo dicit, ꝙ quęritur libertas,debet ordine intellectus intelligi,ꝙ prius dissoluitur vinculũ seruitutis in ipsa manumissione,quo dissoluto dissoluit,dominiũ etiã dñi in seruũ, quo dissoluto libertas,quę postea succedit,non reperit dominum, quia q̃uis eodem momento hęc fiant, ordine tñ intellectus(vt dixi)prius dissoluit seruitus, q̃ succedat ipsa libertas,quę,qñ succedit,non inuenit neq; seruum, neq; dominum,& ideo cessat generalis regula tex. nostri.

Cętera quę de puncto & per gl. & per Doct. hic ponuntur,tanquam impertinentia, consultò pręrereo.

In gl. in verbo, Acquiritur. Glo.ponit effectus potestatis dominicę, & addit vltra tex.nostrum aliũ casum,
12 vt in dominum non torqueatur, nisi in certis casibus, de quibus in.l.i.& in.l.Seruos.C.de quæstio. Ang. hic plures effectus adducit, qui non dñicę potestatis effectus,sed potius seruitutis dicẽdi sunt, vt ꝙ nõ possit te
13 stamẽtũ facere.l.Qui testamẽto.§.Seruus.ff.de test. nec testimoniũ dicere.Auth. Si dicatur.C.de testi.ꝙ repella
14 tur ab oĩbus publicis muneribus, & ideo nec arbiter, nec iudex esse possit.l.Patui.§.i.ff.de arbi.l. Cùm prior.
15 ff.de iud.Item & soluitur seruitute iure ciuili matrimoniũ, Auth. de nupt. §. Sed in captiuis. Receptum.n.est (vt dixi)vt publicis officiis fungi nõ possit.l.Quod arti
16 net.ff.de reg.iur.& ideo ab officio tabellionatus repellitur.l.Generali.C.de tabula.lib.x.

In glo.in verbo, Licet.Quãuis (vt alias dixi)hęc glo. non sit Accursii, sed sit quædã additio, quæ in antiquis codicibus nõ reperitur, tñ dicatis verũ esse, ꝙ si seruus
17 dignũ morte crimen admiserit,iudicibus,quib⁹ publici officii potestas cõmissa est, tradendus est, vt pro suo crimine publicè puniatur, vt inquit Caius lib. Institutionum tit. de iure perso.vbi etiã ponit alium casum,videlicet,
18 si,dũ pro modo culpę cęditur, moriat. Si quis aũt seruum in adulterio cum vxore deprehensum occidat,nõ solùm non tenetur.l.Cor.de sica.l.Marito. ff.ad.l. Iul.de adult.Sed nec ciuiliter põt cõtra eum agi.l. Qui seruũ. vbi Bart. ff. de verb. oblig. tñ hic non est insistendum, cùm glos seq.hoc apertius declaret.

In gl.in verbo,Cognita.Hoc etiam modo exemplificat glos.tam in.d.l. Quid ergo.§.Si hæres, q̃ in.d.l. Qui seruũ. Potest enim a viro ,occidi seruus deprehẽsus cũ vxore impunè.d.l.Marito.Quod si alias deliquit, vt di
19 cit gl.permittit domino correctio honesta & decens: ꝙ si intolerabilis postea sit iniuria,habet locum tex.noster & in.l.j.ff.eo. vt alias dixi in.l.Vt vim.in. 6.exemplo ff.de iusti.& iur.in gl.j.Ang.hic multũ latè instat super opi.Ioan.& Pla.quæ nõ differunt effectualiter: nam Io. concedit, ꝙ modicè etiam sine causa possit, Pla. verò dicit non posse sine causa, quia si atrociter id fiat, & nimis seuerè,cogitur vẽdere, vt in.§.seq.& sic in idem recidunt, & sic non est opus discutere de rationibus Ange. quæ benè procedunt, quia cùm hoc ius non sit ablatum,remanet.l.Præcipimus in fi.C.de appel.Habebant domini potestatem vitę & necis, sublata est potestas illa occidendi pręter q̃ in certis casibus,item coercita est omnia seueritas,cętera igitur nõ sublata remanserunt,vt dixi.

20 In glo.in verbo,Alienũ.habet,ꝙ ille,q occidit alienum seruũ,tenetur duplici iudicio,criminali ex.l.Cor. de sica.quę non facit differentiã inter occidentem liberum,aut seruum.d.l.j §.j.ff.de sica.& ciuili quanti plurimi eo anno fuerit ex primo capite legis Aquiliæ.d.l.ij. ff.ad.l.Aquil.Vnde qui proprium seruum occidit, tenetur ac si alienum occidisset in casu.s.in quo teneri põt, & sic criminali,in ciuili verò,quia sibiipsi teneret,actio cessat,vt dicit gl.præter q̃ si alterius interesset,puta,creditoris pro iure pignoris.d.l. Seruũ quem. ff.de pigno. vel usuarij,aut fructuarij,ut.ll.allegatis in glo.

## §. SED ET MAIOR.

1 *Abusus suæ rei cuilibet uidetur permissus.*
2 *Confugere ad ædem sacram initium sumpsit à Mose.*
3 *Aedes sacras, ad quas confugere liceret, qui primi condiderunt.*
4 *Ecclesia est refugium & tutela eorum, qui ad eam confugiunt, & hoc unde duxerit originem.*
5 *Asilum quod propriè diceretur.*
6 *Fugitiuus non est qui ad statuam principis confugit.*
7 *Statuæ principum Asyla.*
8 *Asiliæ ius quod.*
9 *Asili homines à uiolentia tuti dicuntur.*
10 *Tribunorum potestates ac priuilegia plura.*
11 *Infamis iniuria quæ dicatur.*
12 *Asperitas maior dominorum in seruos non est tolerata.*
13 *Confugiens ad ecclesiam an & quando sit tutus.*
14 *Vendere rem suam nemo cogitur, nisi in certis casibus.*
15 *Interest reip. ne quis re sua malè utatur.*
16 *Ius suum nemini auferendum est.*
17 *Iusta precantibus non est negandus assensus.*
18 *Seruus potest adire iudicem contra dominum ob nimiã eius sæuitiam.*
19 *Fraudem legi faciens punitur.*
20 *Fraudem legi quis dicatur facere.*
21 *Comparatiuum exponitur pro positiuo.*
22 *Comparatiuum est potentius positiuo.*
23 *Consultus.i.interrogatus.*
24 *Consulo te, & consulo tibi differunt, & quomodo.*
25 *Confugiens ad sacerdotem deferentem corpus Christi est tutus.*
26 *Interest reip. habere subditos locupletes, & quomodo dicatur interesse.*
27 *Vtilitates publicæ diuersæ, & quales.*

DIuiditur in tres partes, in primo ponitur qualiter non solùm in cæde restricta est potestas dominorũ in seruos, sed etiam in maiori sęuitia & asperitate, in secunda dr̃, qualiter hoc fuerit iductũ, in tertia ponit rescriptũ, quod hanc ptãtem moderatũ est. secũda ibi, Nam Antonius. tertia ibi, Cuius rescripti.

Domini, qui atrocius, quam par est, seruos tractant, coguntur vendere & pretium recipere. h.d. ex l.j. in fin. l. sequen. ff. eod.

Casus: Iam dictũ fuerat, q̃ potestas illa amplissima vitæ & necis, quam habebant domini in seruos iure gentiũ, fuit restricta ex cõstitutione Antoni Pij: Vnde dubitatũ est, an sicut limitata fuit potestas dñica in occidẽdo, fuerit limitata in alijs sæuitijs, quę per dños exercẽ
a tur: Et potuit esse eadem ratio dubitandi, q̃ abusus suę rei videtur cuiq; permissus. l. Sed & si lege. §. Consuluit. ff. de peti. hære. tamẽ contrarium dicitur ex ratione expressa in tex. quia cũ expediat reip. habere subditos locupletes, expedit etiam ne quis re sua malè vtatũ. Habet enim naturalem quãdam rationem in se hæc restrictio potestatis. cum enim serui necessitate seruiãt, nõ natura, & licet fortuna sint serui, sunt tamen homines existimandi, ideo indignũ Imperatores putauerunt, q̃ hoies in eos ita imperiũ exercerẽt, sicut in iumẽta. Quę pertinent ad declarationẽ tex. declarabuntur statim.

In tex. ibi, Bonis conditionibus. dic ideo dixisse bonis cõditionibus vẽdi debere, ne dñs seruo iratus graues aliquas conditiones in venditione apponeret, paciscens (puta) vt aliquo tẽpore haberetur in vinculis, vel
b q̃ nunq̃ manumitteretur, aut quod in aerã insalubrem ablegaretur: ita declarat hæc verba Theophilus in suis Institutionibus, & est declaratio verissima. Vtitur huiusmodi verbis loquens de venditione Tusculani Cic. in epi. ad Q. Fratrem lib. ij.

In tex. ibi, Sed dominorum interest &c. Qualiter interfit, & quare, declarat Theophilus in suis Institutionibus obiter .s. ne serui durissima seruitute oppressi & atrocitate, desperata huiusmodi iugi liberatione, aut manus sibi inferant, aut fuga arrepta pretium sui domino auferãt, & in nostris Annotationibus celebre exemplum subiecimus.

In tex. ibi, Nam Antoninus consultus à quibusdam
,, Præsidibus prouinciarũ de ijs seruis, qui ad ædẽ sacrã,
,, vel ad statuam principis confugerat, &. j. Ideoq; co-
,, gnoscere de querelis eorũ, qui ex familia Iulij Sabini ad
,, sacram statuam confugerunt. Fuerat ex lege Romuli,
item &. xij. tabularũ ius dominis in seruos vitæ necisq;,
quod per Abrianum atq; Antonium coercitum est, vt
hoc in loco clarissimè explicatur, q̃ per Vlpia. in. l. ii.
ff. eod. refertur diuum Adrianum Vmbriciam quãdam
matronam in quinquennium relegasse, q̃ ex leuissimis
causis ancillas suas atrocissimè tractasset, itaq; constitu
tum fuit, vt confugientium ad sacras ædes, aut princi-
2 pum statuas ratio haberetur: qui mos originem traxit à
3 Mose, qui post reditum in tribus ciuitatibus ab eo con
ditis ædes constituit, ad quas, qui non ex proposito hominem occidisset: confugientes tuti essent, nec inde extrahi possent, vt legitur apud Iosephũ li. 4. Nepotes ẽt Herculis timẽtes eo mortuo eos, quos ams vexauerat, misericordiæ templũ Athenis constituerunt, vt Plutat. in vita Thesei testatur, & Statius lib. ii. Thebaidos,

Fama est defessos acie post busta paterni
Numinis Herculeos sedem fundasse nepotes,
Sic sacrasse loco commune animantibus ægris
Confugium.

Quod & Romulum fecisse Romę tradũt & Liuius libro. i. & Dionysius lib. ii. de quo meminit Virgi. lib. vii.

Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer asilum
Extulit.

Et Ouid. lib. iiii. Fastorum.

Romulus ut saxo lucum circundedit alto,
Quilibet huc (inquit) confuge tutus eris.

4 Hinc proculdubio ducta est tutela eorũ, qui ad eccle-
sias confugiunt, de quibus in tit. C. de iis, qui ad eccle-
5 sias cõfugiunt. Dictæ enim sunt sacrę ædes illæ, ad quas
cõfugiẽtes tuti erãt, & pręcipuè serui, asyla. Interpreta
tur enim asylũ intemeratũ Cic. v. Verrina. Nuper M. Au
,, relio Scauro postulante, q̃ is Ephesi se Quęstorem vi
,, probibitum esse dicebat, quominus è fano Dianę ser-
,, uum suum, qui in illud asylum confugisset, abduceret.
Vlpia. etiã in tit. ff. de Aedil. edic. l. Quis sit fugitiuus. §.
6 Apud Labeonẽ. sic inquit, Nec eũ quidem, qui ad sta-
,, tuas Cæsaris cõfugit, fugitiuũ arbitror: non enim fugiẽ
,, di animo hoc facit. Idem puto & in eũ, qui in asylũ, vel
,, aliud simile confugit.
7 Hoc aũt ius tutelæ translatũ etiã est ad statuas prin
cipum. Philostratus, Asylos erat (inquit) statua Tyberii.
,, Dicĩ enim Asylum tam ędes, q̃ statua, vel alius locus,
8 ad quẽ confugiẽs ius asylię cõpetat. Est enim asylia (vt
declarat Budæus) ius illud libertatis ac venię, quod
9 quis apud statuã consequitur. Dicebantur etiam à Ro-
manis asyli hoies à violẽtia tuti, quos attingere sine pe
10 riculo non licet, vt fuisse Romæ Tribunos plebis decla
,, rat Plutar. in Proble. Honore (inquit) Tribuno sacro-
,, sanctũ Romani faciunt, & asylon. Iulius pollux, Asyli
,, (inquit) erant caduceatores, & licebat eis tutò quò vel
r lent ire. Parabatur ergo securitas cõfugiẽtibus in ædes
sacras, & ad statuas principũ, etiã seruis, nec inde extra
hi poterãt: quia sacta erant asyla. Lex vnica. C. de iis, qui
ad statuas confu. punit eos, qui sine causa ad statuam

tanquam ad asilum, confugiunt.
11 In tex. ibi, Vel infami iniuria affectos. Infamē, dixit
quem superius dixerat intolerabilem, & sic atrocem, vt
Horatius lib. j. Ode. v. dixit infames scopulos. Turpem
violationem dixit iureconsultus in. l. Si dominus. ff. eo.
& obscœnitatem in. l. i. ff. de offi. præfec. vrb. quasi con-
cubitum masculinum innuat.
12 Not. primò, q maior asperitas dominorum ĩ seruos
non est tolerata à principibus, quamuis olim toleraret,
vt dixi in preced. §. Fuit enim coercia potestas illa vi-
tæ & necis, & restricta ad moderatam correctionem, vt
su. tit. l. de emen. seruo. l. i.
13 Secundò not. q confugiens ad ecclesiam vel statuam
principis est securus & tutus, nec inde auelli pōt: super
quo solet distingui, q si homo liber fugit ad ecclesiā post
delictū cōmissum, nō potest inde abstrahi etiā per iudi-
cem, nisi aut publicus latro sit, aut nocturnus depopula
tor agrorū. c. Inter alia. de immuni. eccle. vel nisi in ec-
clesia deliquisset, auth. Si quis ei. C. ad. l. Iul. de adul. nō
q confugiētes ad ecclesiā per hoc gaudeāt oīmoda im
punitate, sed puniuntur mitius citra pęnā mortis vel
corporalē. d. c. Inter alia. vbi Anto. de But. Si verò est ser
uus ille qui cōfugit ad ecclesiā, tunc quia tex. in. d. c. In
ter alia. videt cōtrarius tex. nīo, ne dicamus inductā esse
legum correctionē & differentiam inter ius ciuile & ca-
nonicū. c. i. de ope. no. nunci. mihi placet distinctio An-
to. de Butr. in. d. c. Inter alia. q si fugit seruus ad ecclesiā
ob nimiam domini sęuitiam, habeat locum tex. nr̄, vt. s
dominus cogatur vendere: sin propter delictū aliquod
commissum erga dominum, vel modicam sæuitiam ip
sius, restituēdus est domino recepto iuramēto impuni-
tatis ab ipso dño. l. fi. §. Sanè. C. de iis qui ad eccle. con-
fu. & d. c. Inter alia. & ita videtur resoluenda hæc mate
ria, quam & Anto. de Butr. & alij in plures partes, quam
oporteat, secāt. Posset et̄ & aliter distingui, videlicet, q
aut fugit ad ecclesiam ob culpā dñi, & habeat locū hic
tex. aut ob delictum vel culpā propriā timens puniri à
dño, & procedat tex. in. d. c. Inter alia. & in. d. §. Sanè.
14 Tertiò not. q q̃uis regula sit, q nemo cogitur vende
re rem suam. l. Nec emere. C. de iure delib. l. Inuitū. C.
de contrahen. empti. & dixerit Suetonius in Augusto,
q Augustus fecit forum angustius, cū non esset ausus
compellere dños vicinarum ædium, vt eas sibi vende-
rent, tamen hic ex causa & culpa sua propter nimiā sæ
uitiam cogitur vendere rem propriā, ita suadente ęqui
tate, vt declaraui in. §. præceden. Reliquos autem ca-
sus, in quibus quis cogitur vendere rem propriam, po
nit Ias. in. d. l. Nec emere.
15 Quartò not. q reipu. interest, ne quis re sua malè vta
tur: ex quo Ang. hic dicit declarari regulam, q in re sua
quilibet est moderator & arbiter. l. In re mādata. C. man
da. vt non intelligat, qñ quis re sua abuti vellet per istū
tex. quod Ias. hic dicit esse contra casum legis in. l. Sed
& si lege §. Consuluit. ff. de peti. hære. bonus text. in. l.
Si cōstante. §. Si maritus. & in. l. Etiā. §. j. ff. solu. ma. Vos
dicatis, licere re sua abuti. d. §. Consuluit: nisi immodicè
id fiat: nam tūc lex prohibet; vt diximus. s̄. in. §. præced.
exemplo prodigi, & tex. nr̄i: q autem interesse publicū
versetur in hoc, dicemus in glo. in verb. Vtatur.
16 Quintò not. ibi, Dominorum quidem potestatē &c.
q ius suū nemini auferendum est, quia nostra à nobis
absq; voluntate nostra non debēt auferri. l. Id quod no
strum. ff. de reg. iur.
17 Sextò, q iusta precantibus non est negandus ascen-
sus: facit tex. in. l. Iustū. C. de eden. secus si petitio esset
iniusta. l. Professio. C. de mune. patri. lib. x. c. Cùm in
iuuentute. de purga. cano.
18 Septimò not. q dat facultas seruo habēdi recursum
ad iudicem contra dominum: ad idem est tex. in. l. i. §.
Quod autem. ff. de off. præfect. vrb.
19 Octauò not. q faciens fraudē legi punit: circa quod
(vt alias dixi) est aduertendum, q Ange. hic videtur in-
telligere istum tex. in officiali, quasi hic Sabinus fuerit
officialis: nā dicit Ange. q officialis fraudans. l. punitur
quod est falsum: nam erat hic dñs seruorum, qui ad sta-
tuam principis confugerant, vt patet ibi, Ex familia Iu
lij Sabini. Sed posset dici, q hoc not. nō elicitur ex hoc
tex. nam si regulariter esset verum, q faciens fraudem
legi puniretur, non fuisset necessaria specialis prouisio
in hoc casu cōminatoria fraudis faciendæ: benè verum
est, q faciens fraudē legi etiam mortaliter peccat, Bal.
in rub. extra. de consuetu. in. fi. quia leges obligant nos
in foro cōscientię glo in. c. Quæ in ecclesiarum. in prin.
& ibi. Bal. de constitu. Item. Ant. de Butr. & Abb. in. c.
Quia plerique. de immu. eccle. Ias. in cōsil. 180. Commu
ne. col. fi. lib. ii. Soz. in. l. Moribus. col. ix. versi. Ex qua cō
clusione. ff. de vulg. & pup.
20 Dicitur aūt. l. fraudem facere, qui saluis verbis legis
sententiam eius circūuenit: fraus. n. legi fit, vbi fit quod
fieri noluit, fieri autem non vetuit. l. Contra legem. & l.
sequen. ff. de legi. cum si.
21 In glo. j. Exponit glo. comparatiuū pro positiuo. Mi-
hi videtur, q expositio nō sit bona, sed q comparatiuū
22 designet pleniorem quandam asperitate, qñ dominus
sęuerior est, q̃ par sit, prout in. l. Si merces. §. Vis maior.
ff. loca. appellatur maior vis simpliciter impetus qdam
insolitus: nam maior asperitas declaratur ex verbis sub
„ sequentibus, dum dicit. Vt si intolerabilis videatur sæ-
uitia dominorum: & inferius ĩ rescripto comparatiuè
exponuntur ista verba. ~~Si dominis habiti sint, q̃ aequum~~
~~est, vel infami iniuria~~ affectos. Hęc enim verba declarāt,
quid senserit Tribonia. in his verbis (maior asperitas.)
Theophilus in suis institutionibus verba ista, Sed &
„ maior asperitas &c. ita explicauit, Ac ne supra modum
„ quidem sæuire in eum licet.
In glo. ij. in verb. Consultus. Exponit glos. verbū hoc
23 (consultus). i. interrogatus, prout exponitur etiam in. l.
Item quia. in fi. ff. de pact. & subdit expositionem verbi
24 (consulo) Aliquando enim consulimus. i. consilium pe
timus, & iungitur verbum accusatiuo, vt consulo te,
exempla passim sunt obuia: aliquando cōsulimus. i. con
silium damus, & iungitur ~~datiuo, vt consulo tibi~~, & in
hac significatione rarò inuenitur apud bonos authores.
„ Plau. in Persa. Certò illi homines mihi nescio quid ma-
„ li consulunt, quid faciam. sed cum hac constructione
plerunq, prouidere significat.
In glo. in verbo, Aedem. Glo. dicit, q etiam hodie cō
fugimus ad ecclesias, de quo se remittit ad not. in. §.
Neq; aūt. in Auth. de manda. prin. vbi est optima glo. in
25 verbo, Cogētur. de quo dixi. s̄. in. ij. nota. Et adde, q cō
fugiens etiam ad sacerdotē deferentem corpus Christi
similiter est tutus, vt noe. Alexan. in rubr. ff. de ope. no.
nun. in. iiij. col. & fuit dictum Hosti. in. c. Sanè de cele-
bra. missa. nam si confugiens ad ecclesiam, quæ est cor-
pus Christi mysticū. c. Pro membris. in fi. xxiij. q. iij. ha
bet hanc immunitate & securitatem, multò magis con
fugiens ad verum corpus Christi.
In glo. in verbo, Cogantur. Gl. not. ex hoc tex. q quis
cogit vendere rē suam, quod ex causa suæ sæuitię statu
tū est, vt dixi in. iij. not. Ex causa enim sæpe disponit, q
quis cogatur vendere rē suā, quamuis hoc sit contra iu
ris regulas, vt est bonus tex. in. l. Dudū. C. de cōtrahen.
emp. vbi reprobat dispositio, q in venditione proximi
& consortes extraneis præferantur, & quia non est ma-
teria nostra, ideo simpliciter pertrāseo. Videnda sunt,
quæ ponunt Doct. in. d. l. Inuitum & in. d. l. Dudum C.
de contrahen. empti. vbi Georg. Natta in repetitione.
In gloss. in verbo, Bonis conditionibus. Declara, vt
dixi.

dixi.suprà in textualibus ex Theophilo in hoc titulo: Exempla etiã glo.possunt procedere, sed non probãtur in hoc titulo alicubi,quamuis glo.alleget.§.fi.

26 In glo.i ver.Malè vtat.Glo.dicit interesse reip.subditos bere locupletes,alleg.tex.in Auth. vt iudi.sine quoquo suff.in.§.Cogitatio.vult allegare princ.illius Authenticę.Põt enim interesse reip.hoc quod dicit de diuitijs, propter collectas imponendas, ex quibus non solùm resultat vtilitas priuata respectu eorum, qui possident diuitias,sed etiam respectu vniuersitatis , nec non aliorũ particularium in cõi,vt (puta) vt dicit Alex.in.l.s. col. 35. ff.sol.mat.quando ciuitas vel resp.egeret pecunijs diuitum pro expediendis militibus.

27 Dum verò gl.subdit,ꝙ illud, quod interest principaliter priuatorum , secundariò interest reip. Dicatis ẽm Bar.in.l.1.ff.solu.mar.col.5.ꝙ est quędam vtilitas publica,quæ affert cõmodũ in cõi,& in quolibet particulari, & est illa,quę cõsistit in sacris sacerdotibus,magistratibus,& huiusmodi,quia ita precant sacerdotes Deũ pro minimis,sicut pro maximis,& ita iudices defendũt vilẽ,sicut nobilem,& diuitem,sicut inopem .Est & secunda vtilitas publica , quæ affert commodum in cõi , non autem in particulari,vt(puta)illud , quod habet camera fiscalis.l.Vtilitas.C.de priuil.fisci lib.10.Tertia est vtilitas priuata principaliter,sed secundariò publica, quia respectu vniuersi affert vtilitatem, & hęc est propriè illa,quæ est principaliter priuata,& secũdariò publica,vt ꝙ mulieres sint dotatę. Quarta est vtilitas principaliter priuata,secũdariò publica,quę affert in particulari suã vtilitatem per se.nec est ẽm Bart.apta afferre vtilitatem particularibus.Pu.vt est in casu nostro, ꝙ subditi sint diuites,in quo damnatur Bar.sed eum defendit ibi.Claud. de Seysello,& quia materia habetur in loco ordinario, & videnda est per vos ibi, ideo pertranseo cũ doctrina. Bart.quæ communiter approbatur vt dixi.

Tandem glo.assignat duo contraria ad hoc,ꝙ quia re propria sine culpa dolosè etiã abuti possit,sed Barth. & Alex.in .ll.contrarijs dicunt, ꝙ ideo hic punitur culpa, & dolus,& sæuitia in re propria, quia erat hic res atara, & homo,in quem sęuire leges minimè permitrũt,cùm qua ratione satis possumus transire , non ex rõne Doct. sed quia cùm prouideatur,vt dñs in casu nostro habeat prætium seruorũ,non videtur punitus, quia seruum habere videtur,& sine pęna ipsius prouisum est;ne corpus humanum tam acerbè diuexetur?At in contratijs perdit , vel non perdit beneficia illa , si ad incommodum mulieris hoc fecit,quod etiam apparet in homine culpari in.d.l.Si constante.§.Si maritus.

In glo.in verbo,Martianum. Dic Proconsulem Beticę: Ita enim legendus est ille locus.

In glo.i ner.Dominorũ.Nõ allegat rationes hinc inde, sed ponit rõnes suę prouisionis, ideo enim dat pretium dñis,& nõ auferunt, quia dñorum potestas illibata esse debet,& nemini debet ius suum detrahi:quare aũt separent,& abdicẽtur serui malè habiti à dominio dominorũ,qui eos malè habuerũt,declarat ex rationibus , quia non est denegãdum auxilium iusta precantibus.

In glo.i uer.Interest.Declara,vt dixi in secũdo textuali declaratio enim glo. non est bona.

In glo.Iniuriam . Dic, ꝙ vere patiuntur iniuriã, quia id quod contra eos fit,non iurè fit.l.1.ff. de iniur.sed benè non habent actionẽ iniuriarum,quia censetur inter pręstatione iuris fieri domino , vt sit qui sit habilis ad eam prosequendam,ita declarat glo.1.in.d.§ Seruis.

In glo.Infami.Dic,vt dixi in vlt.textuali.

In glo.vltima.Glo.malè intelligit,vt aliàs dixi,qa intelligit de fraude cõmissa à domino,non à seruo, cuius exemplum ponit hic Christo.si vendat hoc acto, ꝙ emptor iterum ei tradat.sed hoc exemplum non est bonũ, quia iã suprà dictum est,ꝙ ita debent vendi, vt in potestatẽ domini non reuertantur ; Vnde alijs modis posset fieri fraus summittendo emptores , qui eos postea ad instantiã prioris dñi durius habeant,vel in vincula conijciat,puta,si Sabinus summisisset emptorẽ , qui pecunia etiam Sabini ipsum seruũ emeret,& esset in concordia, ut eum perpetuò in vinculis haberet,& hmõi , quoties (vt dictũ est) saluis verbis legis mens eius circumuenit.

## RVB. DE PATRIA POTESTATE.

1 *Rub.an sit benè posita,opi.Soz.iunio.confutata.*
filij pendet à patre. Debent enim filij patris potestatem
agnoscere quæ ciuium Romanorum est. Hinc dixit Pau
lus in l. 2. ff. de ritu nupt. nuptias consistere nõ posse, nisi
oẽs cõsentiant, & qui coeunt. & ij, quorum in potestate
11 sunt: in hoc tñ differunt, ꝙ inuitus filius ad vxorem du-
cendam compelli legum disciplina non permittitur. l.
12 Nec filiũ. C. de nupt. parentes verò, si recusent filij con
sentire ducere vxores, ex cõstitutione Seueri, & Antoni
ni per Proconsules Præsidesq́; prouinciarũ coguntur l.
Qui liberos. ff. de ritu nup.

In tex. ibi, Nostra ꝓcessit decisio, qua permissum est
ad exemplum filię furiosi filium quoq; furiosi posse, &
sine patris interuẽtu matrimonium sibi copulare. Copu
lare sibi matrimonium barbarè scriptũ est, melius Theo
,, philus, Vt legitimam sibi vxorem adiungat. Non enim
copulat quis sibi matrimonium, sed vxorem, aut virum,
ex quo matrimonium insurgit suprà tit. 1. in prin.

13 Not. primò, ꝙ iustæ nuptię sunt illæ, quæ sunt contra
ctæ secũdũ ꝓcepta legũ in quo est aduertendum, ꝙ me-
lius dictũ fuisset, Qui contra præcepta legũ nõ coeunt,
quia leges no præcipiũt quæ sint ducẽdæ, sed prohibẽt
quæ non ducãtur. Est enim hoc edictum prohibitorium
certarum personarum §. Si aduersus. inf. eo. ti. in prin. &
,, & ideò melius Theophilus, qui dixit Iustas nuptias in-
,, ter se contrahunt ciues Ro. qui secundum ea, quæ de nu
,, ptijs legibus cauẽtur, coeunt.

Secũdò not. ibi, Ciues Ro. ꝙ ex his videtur inferri,
ꝙ nõ sit dare iustas nuptias, nisi inter ciues Romanos.
Sed hic intellectus nõ ẽ capiendꝰ à contrario sensu hoc
modo, sed est intelligendũ, ꝙ tunc ciues Ro. contrahũt
iustas nuptias, qn coeunt secũdũ pręcepta legũ, non ꝙ
iustæ nuptię non sint, qñ alij, q non sũt ciues Ro. coeũt
secũdũ ea, quę de nuptijs legibus eorũ cauẽtur. Vt ergo
sint iustæ nuptię iter ciues Ro. id exigit, vt scd̃m ꝓcepta
ll. coeãt. Videmus. n. diffiniri matrimonium, & nuptias,
nec in ea diffinitione ad essentiã exigi, ꝙ sint ciues Ro.
sed quia hę leges ciuibus Romani dictæ sunt, & sumus
in tractatu patria Potestatis, quę sola est ciuiũ Ro. quæ
patria potestas ducit ex iustis nuptijs, ideo nuptias iu-
stas declara scd̃m subiectã materiã patrię potestatis, &
sic restrictam ad ipsos ciues Romanos, inter quos non
erãt iustę nuptię, quæ pręter instituta Romana coniũ-
ctæ fuissent, sicuti non erãt veræ nuptię (q̃tum ad filios
attinet) inter eos, qui vel ciues Romani nõ erãt, vel ius
Quiritũ non habebant, vt aliàs, dictum fuit. Seruauit
,, enim lex Romana verba Dei npr. max. dum inquit, Nõ
,, est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutoriũ
simile sui. Non igitur similitudinem credas effigiei, sed
qualitatum, & conditionũ: cui alludens Ouid. in Episto.
Deiani. ad Herculem inquit,

Quam malè inęquales veniunt ad aratra iuuenci,
Tam pręmitur magno coniuge nupta viro.

Tertiò not. secũdũ Ang. hic iuncta expositione gl. ꝙ
14 nõ datur matrimoniũ, nisi inter liberas personas, inter
seruos ergo non datur, sed cõturbernium, quod intelli-
ge. s. iure ciuili, nã sm ius naturæ, quo iure descẽdit con
iunctio maris, & fęminę, quã nos matrimoniũ appella-
mus, etiam in seruis est legitima coniunctio, de quo di-
cetur in glos. 1.

Quartò not. ꝙ non omnis consensus, cõiunctus cum co
pula facit matrimonium, vt videbatur ex tex. suprà tit.
1. in prin. sed qui non aduersetur legibus: non enim esset
iustum matrimonium, si iuribus aduersaretur. l. 1. ff. de
iusti. & iur. in princi.

15 Quintò not. ꝙ masculus post pubertatẽ potest cõtra
here nuptias, fœmina vt primũ est viripotẽs, ex quo vi-
debat inferri, ꝙ in masculo esset taxata certa ętas, quia
pubertas reducta est ad annũ. 14. infrà q. mo. tut. finia.
in prin. sed viripotẽtia in fœmina nõ est taxata, & deter
minata, & quia alia aliam pręuenit. meritò vr inspicien
da viri potẽtia, scd̃m ꝙ reperit ante, vel post in muliere,
qđ tñ est falsum, qa etiã viripotẽtia in muliere taxata ẽ
ad pubertate. s. ad ętatem 12. annorum, quod patet per
tex. in l. Minorẽ. ff. de ritu nup. vbi si minor 12. annis cõ
traxit, tunc dr̃ contraxisse legitimum matrimonium, qñ
apud virũ impleuit. 12. annũ: Vnde q̃uis antè sit viripo-
tens, nihilominus nõ sufficit scd̃m Io. & est gl. in l. Pro-
pter. C. de adulte. q̃uis Azo contrariũ senserit ꝑ tex. in l.
Cõtinuus. §. Cùm ita. ff. de verb. obliga cuius opi. hodie
est de iure canonico recepta. c. Puberes. c. De illis. de de
sponsa. impub. Et ꝙ ita intelligendum sit, ꝙ sit taxata ę-
tas, patet ex institutionibus Teophili, cuius verba sunt,
,, Necesse est aũt, vt masculi puberes sint, fęminę viripo-
,, tentes, hoc est, vt illi maiores sint annis. 14. hę annis. 12.
,, excedant.

16 Sextò not. ꝙ filiusfa. non potest contrahere matrimo
nium, nisi cõcurrat consensus parẽtum d. l. 2. ff. de ritu.
nup. quod est verũ de iure ciuili l. Paulus. ff. de sta. hom.
17 l. Si proponis. la secũda. C. de nup. vsq; adeò, vt si filius
sine licẽtia patris duceret vxorẽ infamem, posset exhę-
redari l. 3. §. Si emãcipatus el. 1. ff. de bo. poss. cõtra tab. l.
Libertum. vbi Bar. C. de nup. secus de iure cano. ideo gl.
in cap. fi. 32. q. 2. gl. penul. in cap. de desponsa. impub. vbi.
Abb. cùm si. quę tradit Decius in l. Nuptias col. 2. ff. de
18 reg. iur. & in matrimonijs leges ciuiles sequi debent
canones, qui tanq̃ in materia spiritnali, & sacramentali
19 attẽduntur c. fi. de secun. nup. & in c. Euj hemiũ. 2. q. 3.
& ideò non valeret hodie statutum idem disponens,
quod dispositũ erat à iure ciuili, vt est cõis opi. l. octo.
post. Ioau. An. in c. Statutũ el primo. in versic. Et facit De
cretalis ad quęst. de hęret. lib. 6. dicit cõem Deci. in d. l.
Nuptias col. 3. Feli. in c. Ecclesia sanctę Marię de consti,
col. 19. vbi Decius col. 6. quia est q. incidens, non decla-
ro vlterius, satis sit signasse quod communiter tenetur,
quamuis egregius vir Io. Riuius hodie maximè conten
dat id fieri debere, seruatiq; ciuilem hanc constitutio-
nem in suo opusculo, cui titulus est, Quòd nec diuino
iure, nec humano rata debẽt haberi sponsalia sine con-
sensu parentum, aut contra voluntatem eorum facta
& Abb. canonistarum ille coryphęus in ca. Magnę in 3.
noi. de voto. dicit, ꝙ licet filia possit licitè inconsulto
patre matrimonium cõtrahere c. Sufficiat 22. q. 2. nõ tñ
honestè potest, & decẽter, quasi locum habeat quod di-
cit tex. in cap. Nerui. 13. dist. Nõ sine vitio est quod igno
scitur, & non præcipitur: non enim, pręsertim in nuptijs
contrahendis, omne quod licẽt, honestum est.

Septimò not. ꝙ non solùm exigitur cõsensus, sed ius
sus, ibi, Iniũtum &c. & in hoc est maxima vis: nam si so
20 lus consensus exigeretur, tunc satis esset, ꝙ quãdocũq;
sequeretur, ex quo aũt requiritur iussus, necessariũ est
iussum pręcedere, non tantum quia hic dictum sit, sed
quia ita est de natura eius, vt declarat Bart. in l. Si quis
mihi bona. §. Iussum colu. 2. ff. de acqui. hęre. cuius opi.
seq. omnes excepto Cuma. ibi, vt dicit ibi Ias. colum. 6.
versicu. Circa tertiam quæstionem. Hoc tamen intelli-
ge, si sciatur, vbi pater sit, quòd si abesset, & ignoraretur
vbinam gentium esset, posset filiusfam. sine patris con-
sensu contrahere l. Si ita pater. cum l. seq. ff. de ritu nup.
quod tamen intellige, vt ibidem notant Doct. sed quod
de iussu diximus intellige, vt dicemus infrà in gl. in ver-
bo, Debeat.

21 Octauò nota. quòd tã filius quàm filia furiosi hodie
possunt contrahere matrimonium absq; eo ꝙ expectẽt
iussum paternum, cùm eius nullum sit animi iudicium
§. Item furiosi. l. qui testa. fa. poss. Et videmus quoq; di-
spensatum esse, vt hæreditatem adire, in qua paternus
iussus est necessarius, sine patris iussu, cũ furiosus est,

poſſit.l.Cùm hæres.ff.de acqui. hære. vbi Bart.dicit illũ tex.ſing.ex quo colligit etiã ibi, Bald. quòd poſſit filius furioſi accipere mutuo pecunias abſque metu ſenatuſconſulti Macedo. quamuis ibi, contrarium ſentiant Cuma.& Aret.

Nonò not. ꝙ prius in filia furioſi diſpenſatum fuit q̃ in filio, vt ſine patris conſenſu contraheret: rationes aliquas allegat glo.de quibus ibi videbimus, tamẽ melior ratio eſt illa, quam dixi ſuperius, videlicet, propter maius periculum pudicitiæ & honoris, quæ infrà latius cõfirmabitur.

Decimò not.contra Ang.hic, ꝙ ſtatutum in filia furioſi non extenditur ad filium, ſi enim fuiſſet hoc extenſum, non fuiſſet ſuper filio variatum inter iuriſconſultos, nec fuiſſet neceſſaria extenſio Imperatoris,& noua conſtitutio: vnde infertur, ꝙ de ſe non extenditur. Cætera declarabuntur in glo.

In glo.1.Habetis quatuor ex hac glo.quę notãda sũt primum habetis expoſitionẽ hãc ciues Ro. i. liberi homines, de qua dictum eſt ſup.tit.1.§.fi.in primo not.

Secundum eſt, ꝙ de iure ciuili non eſt dare matrimonium inter ſeruos, ſed cõtuberniũ, quod dictũ fuit ſup. in 3.not.hoc eſſe verum de iure ciuili, quo ſeruus pro mortuo reputatur, ſecus quo ad ius naturæ, quia remanet intactum, & ideo videmus adhuc naturaliter obligari ſeruum infrà de fideiuſſo.in prin.

22 Tertiũ eſt, ꝙ de iure canonico eſt dare matrimoniũ inter ſeruos.c.1.de cõiug ſeruo.vbi Põtifex mouet authoritate Pauli apoſtoli, ad Gal.3.i fi.vbi inquit, ꝙ apud Deum nõ erat differẽtia inter Iudæum vel Græcum, itẽ liberum,& ſeruum, item maſculum, & fęminam. Benè verum eſt, ꝙ hoc habet locum de iure canonico, quoties vterq; cõtrahẽtium ſcit cõditionẽ alterius, vel ſunt ambo ſerui: nam ſi vnus ſit liber, & cõtrahat cùm ancilla poteſt ſtatim, ꝙ ſcit ipſam eſſe ancillam, petere diuortium, & ſeparationẽ, & dirimere matrimoniũ in illo caſu c.2.eo.tit.& põt liber alteri copulari.c.fi.eo.tit.quod eſt verum.niſi poſtq̃ ſciuit ipſam eſſe ancillã, habuerit rem cùm ea: nam ſi carnaliter eſt coniũctus eidẽ, debet in matrimonio permanere.d. c. 2.& quod eſt dictum in viro libero, habet locum etiam in muliere & vxore.

23 Quartũ eſt, ꝙ in matrimonijs prævalet ius cano. ſed tex.in d.Auth.de eccleſia.titu.non facit in propoſito, nã non reſtringit ſe magis ad vnum, q̃ ad aliud, ſed tm̃ ad illa quatuor prima cõcilia quæ præcipit Iuſtinia.ſeruari non aliter ac ſacram ſcripturam, ſed de hoc, ꝙ in matrimonijs ſit ſeruãdum ius cano.tanq̃ in re ſpirituali, cùm ſit vnum ex ſeptẽ ſacramẽtis eccleſiæ, ponũt Doc.in c.j. de ope.no nun.tradit Bar.in l.Priuilegia.C.de ſacroſan. eccle. Deci.in c.Clerici.ſin 1.not. de iudi. in c. Eccleſia ſanctæ març.in 1 t.col.de cõſti vbi ampliat etiam ſi eſſemus i caſu, in quo ageretur de peccato veniali, latè Hie. Zann.in repe.c. t. de accu.fol.4.& ſeq. quod dic verum niſi cauſa matrimonij ſit cum infideli, quia tunc debet cognoſci coram iudice laico,& ſeculari Decius in c. 1. in 2.lectu.4.col.in fi.de conſtitu.

In glo.Puberes.Exponit glo.pubertatẽ in.14.anno in maſculo ſm̃ receptã deciſionem Inſtinia. & aliorum in §.1.inſ.qui mo.tute.finia.& gl.benè exponit inſpecto in re ciuili, quod glo. interpretatur, vt etiam ponit in glo. ſeq. nam requiritur præcisè ea ętas, nec attenditur alia potẽtia coeundi.l.Minorẽ.ff.de ritu nup.q̃uis iure canonico, ſi detur citior potẽtia coeundi, nõ expectetur pubertas, quia ius canonicũ inſpexit ſolùm potentiam ipſam, etiã ꝙ ante.d.ætatem veniat.c.Puberes.c.De illis.de deſpon.impub.vt dicetur in ſeq. glo.

In glo.in verbo, Viripotentes.Habetur primò ex hac glo.ꝙ viripotẽtia à lege ciuili taxata eſt per præſumptionẽ iuris & de iure, nam præſumpſit lex, ꝙ mulier in 12. anno ſit viripotẽs,& ſuper hac præſumptione diſpoſuit vt.ſ.tũc dicatur puberes,& viripotẽtes, ita colligitur ex tex.inſ.qui mo.tut. fini.in prin.ibi, Vt poſt.12.annos cõpletos viripotẽtes eſſe credatur. Sequitur ergo, ꝙ cùm hoc ſit à l.ciuili taxatum, nõ admitteretur probatio aliter in contrariũ ex natura huiuſmodi præſumptionis, de quo dicemus latius ibi.

24 Secundo habetur ex gloſ. ꝙ in ſpõſalibus cõtrahẽdis ętas.7.annorum ſufficit. d. l. In ſponſalibus. Vnde quærunt hic Doct. quare eſt, ꝙ in ſponſalibus in maſculis, & fœminis tẽpus eſt vniforme.7.annorũ, in matrimonijs inęquale, quia amplius tẽpus exigit in maſculo, q̃ ĩ fęmina, ille.n expleto.14, hęc.12.matrimoniũ contrahit. Vera reſpõſio eſt, ꝙ cùm mulier,& vir in ſpõſalibus cõtrahẽdis nõ debeãt exponere niſi ſimplicem conſenſum,& pariter in ea ętate poſſint cõſentire, non eſt, vt magis mulier prius, q̃ vir, poſſit cõtrahere ſpõſalia ſed in matrimonio, q̃uis cõſenſu cõtrahatur.l.Nuptias.ff.de reg.iur. tamẽ quia cõſenſus ille deſtinatur in copulam, vt conſumetur matrimonium,& perficiatur, & ad eam prius apta ſit mulier, q̃ vir, quia eã ita natura inſtituit, idem mirum ſi in hoc differunt, vt qui citius aptus eſt citius contrahat.

Tertiò quęrit glo.an hodie ętas 15.annorũ exigatur. Dic.ꝙ exigitur.12. expletus in fęmina, in maſculo. 14. vt dicit tex.hic, & clarius Theophilus. Quod aũt dr̃ in d.§.Generaliter.in idem recidit.ſ.ꝙ qui pręproperè cõtrahũt cõtrahãt in 15. ante enim cõtrahere nõ poſſunt, intelligitur de maſculis quia ibi de marito loquitur, & ita debet reſponderi, non vt reſpondet glo.

25 Quartò quęrit glo, quid ſi quis ſit ante conſtitutam ætatem ad generandum aptus, an poſſit cõtrahere matrimoniũ,& primò arguit ex l.pe.ff.quan. dies lega. ced. vbi nupſiſſe dicit tex.eam, quę ante. 12. annũ matrimonio copulata eſt. Sed poteſt dicere, ꝙ ibi actum facti de notet lex, nõ iuris, quia ante.12.annum nuptię verè non ſunt l.Minorẽ.ff.de ritu nupt.allegat in argumẽtum poſtea §.Cùm ita ibi, Quaſi fęlici in diplomate vſus nõ in eo ſignificatu, in quo loquit ille tex. in itinere cõficiendo, ſed in figura prouerbiali. Eſt.n. prouerbialis figura hęc, Vti fęlici diplomate, vt declarat Alcia. lib. 4. de Verb.ſig.fo.20.

Dum verò in cõtrariũ adducit tex. in l. Inter liberas. ille tex.nõ facit i propoſito: melius facit tex.i l. Si vxor. §.penult.ff.de adulte. Tandem reſolutio glo.eſt ꝙ q̃uis quis ante illud tempus ſit habilis ad generandum, tamẽ non per hoc poſſit contrahere ante pręfinitum legibus terminum, quia in præſumptis & diſpoſitis à iure nõ cadit aliqua cõtraria probatio, ideo de iure ciuili non inſpicitur potẽtia coeũdi.ſed ætas certa, & limitata. d.l.Minorẽ.& d.l.pe.ff.qñ dies leg.ced.facit.l.Sancimus. C.de nuptijs.Sed de iure canonico, quo veritas ipſa magis inſpicitur in ſacramẽto tã notabili, in quo Deus ipſe ſecretorum conſcius iudex eſt, voluerunt antiqui patres, ꝙ inſpiceretur potentia coeundi, non ætas, ita, ꝙ ſi quis ante illam ętatem habilis fiat, contrahat iurè nuptias. In ea verò ætate præſumit etiã lex canonica potẽtiam, quæ ſi non reperiatur, expectãtur tres anni iuxta regulas canonicas ad dignoſcendum vtrum impedimẽtum ſit ætatis, vel perpetuum, eſt tex.& ibi not.Docto. in ca. Puberes. & in capit. De illis. el ſecundo de deſponſat. impube.

26 In glo.in verb.In poteſtate.Vera reſolutio eſt, ꝙ debemus diſtinguere an in maſculo, an in fęmina loquamur: ſi in maſculo non eſt dubium, ꝙ etiam ſine patris cõſenſu cõtrahit nuptias, ſi emãcipatus eſt.l.Filius emãcipatus.ff.de ritu nup.ſi verò fęmina,& tunc ſi eſt emancipata, & eſt minor 25.annorum, habet locum tex.in l. In coniunctione. C. de nuptijs. vt.ſ. teneatur expectare

conſenſum

consensum patris, si viuit aliàs matris, & si vtroq; parête orbata sit, dr ibi, eiuus assensu contrahere debeat: & hoc nô est de cõsilio, vt dicit glo. & malè sed de necessitate, quod totum intellige de iure ciuili, secus de iure canonico, quod attenditur vt dixi.

In gl. in ver. Et naturalis. Declaraui sup. in textualibus, & quia in aliquibus codicibus reperiuntur quęda verba (vel quia proauus) illa expungenda sunt, quia non sunt Accur. nec est aliquis eorum sensus.

In gl. in verbo, Debeat. Dicit glo. q nisi patet consentiat, nô valet matrimonium, probatq; ex l. Paulus rñ ff. de sta. homi. sed glo. decepta fuit ex lectione illius text. nã tex. qui circũfertur dicit, Et ignoraret de coniunctione filię. tex. aũt Florentinus dicit (de conditione) & melius procedit tex. & planius, & ita legendus est, & sic illa l. non facit in proposito. Melius facit tex. noster iũcto §. si. Si enim aduersus supcriu dicta cõtrahatur matrimonium, nec matrimonium est, &c. & sup. dictũ est de matrimonio contrahẽdo à filijs in potestate cum cõsensu patris. Dum verò dicit q sufficit tacitus cõsensus insurgens ex contradictione, ad hoc est tex. in l. Si vt proponis la prima. C. de nupt. quæ nisi adesset, posset dici contrarium in matrimonio, quia si iussus debet præcedere, vt dicit tex. nñ non põt sufficere tacita voluntas ex sciẽtia & taci. urnitate subintellecta. l. Si quis mihi bona. §. Iussum. vbi Batt. & alij ff. de acqui. hęte. præsertim cum videamus, q filiusfa. qui non potest causa mortis donare, nisi patre cõsentiẽte. l. Tam is. §. 1. ff. de dona. causa. non sufficit, si habeat tacitum patris cõsensum. l. Filiusfa. §. Pari autem rõne. versi. Sed enim meminisse. ibi, Specialiter. ff. de dona. na per illum tex. declarat gl. in l. Qui in potesta. C. de testa. vbi Doc. maximè Areti. la è Soz. consi. 11 a. lib. 1. Ange. Areti. inf. quib. non est permiss. fa. testa. §. j. col. 2. eodẽ modo cõsensus pręstãdus filio in iudicio debet esse expressus gl. in l. Si cu dotẽ. §. 1. in ptin. ff. solu. matri. Ias. in l. 2. §. Voluntarem. col. 2. versic. Ego addo. ff. eo. titu. Nisi dicas, q in præmissis casibus cõsensus exigitur ad integrãdam personam filij ad actum ciuilem, hic aũt agamus de actu naturali matrimonij, ad quem contrahendum filius habet integram personam, sed obstat tñ prohibitio l. ciuilis ob teuerẽtiam patriæ potestatis; quod ego puto verius, in sponsalibus verò posse sufficere, quia nõ sunt tãtę importãtię, & expectãtę nouum cõsensum, q uis idem cõsensus requirat, qui requiritur in matrimonijs d. l. in sponsalibus. Nec obstaret tex. in d. l. Si vt pponis. quia videtur posse intelligi tñ quò ad alimenta & agnitionem, non aũt quò ad validitatem matrimonij: q uis Theophilu hic dicat exigi iussum, & subdit declarando, hoc est, oporter à patre rẽ comprobari. Hæc tamen omnia, vt dictum est sup. in 6. not. procedunt de iure ciuili, secus de iure canonico, quo filius, & filia sine consensu patris cõtrahunt liberè matrimonium.

In glo. in verbo, Super filio. Vera rõ est, quam. sup. dixi in positione casus, quia in filia cõseruada plus inerat periculi. Periclitabať enim filię honor, & honestas, si viris se immisceret, & filij nullũ erat dedecus, si alienis mulieribus se permisceret. Videmus. ll. magis consuluisse honestati mulierum, q virorum, cùm libido in mulieribus dãnabilior sit, q in uiris, gl. io e. Eps. § Si qua cum seruo. 12. q 2. Io. Fab. hic. Magis. n. infamatur familię ex luxuria mulierum, q virorũ, vt dicit Imol. in l. Ex facto §. Si quis rogatus. ff. ad Treb. Ales. et Are. cõsi. 3 1. col. pen. Et hinc dicebat Bar. maius dedecus esť fœminis habere filios naturales, q viris in l. Hæredibus. §. Titius. ff. ad Treb. Videmus enim leges accelerare nuptias, & remittere solennitates in nuptijs contrahẽdis in feminis magis, q in viris l. Oratione. ff. de ritu nupt. vt ibi not. gl. q seq. Cardi. cõsi. 49. col. 2. & vide hic in Annotationibus.

In glo. in verbo, Decisio intellige proprię, quia cũ ex hoc tex. & l. Si furosi. C. de nupt. deprehẽdatur, qualiter olim super hoc variabatur, decidit & finiuit hac constitutione uersiam & dubitationem Imperator sua decisione in d. „ l. Si furiosi. vbi proprię etiã vtitur his verbis Tales ambiguitates decidentes sancimus.

In gl. in verb. Secũdũ datũ. Modus ponitus in d. l. Si furiosi. Et dũ gl. dicit de iure canonico sufficere tñ cõsensum cõtrahentium hoc dicit tex. in e. Sufficiat 27. quę. 2 & dictum fuit suprà in 6. not. & hec est vera opi. q ius ciuile in hoc corrigař, vt latius declarat Decius in l. Nuptias. col. 2. ff. de reg. iur.

27 Dum vltimo loco æquiparat matrimonium spiritualle, & temporale, dicat is hoc esse verum per tex. in cap. Quoniam frequenter. §. Porrò. vt lite non contesta. in c. Inter corporalia. & in c. fi. de transl. epis. in c. Cùm inter canonicos de elect. bonus tex. in Auth. Nisi togati. vbi Cy. Saly. & alij. C. ad Treb. latè prosequit Nic. Euerar. in sua Centuria legali c. 33.

## §. ERGO NON OMNES.

1 *Cognatio* } *Agnatio* } *quid sint, & quomodo diuidantur.*
2 *Agnati dicuntur legitimi. i. à l. vel iure ciuili inuenti.*
3 *Cognati dicuntur. i. natura cognati.*
4 *Nefariæ nuptiæ quæ propriè dicantur.*
5 *Incestæ nutiæ dicuntur inter collaterales in gradibus vetitis.*
6 *Nefarium vnde dicatur.*
7 *Incestus vnde dicatur.*
8 *Ergo est dictio inceptiua.*
9 *Nuptiarũ edictũ est prohibitorũ certarũ personarum.*
10 *Nuptiæ inter ascendentes, & descendentes in infinitũ prohibitæ sunt etiam adoptiuos, & soluta adoptione.*
11 *Emancipatio tollit adoptionem in totum.*
12 *Cessante causa aliquando non cessat effectus.*
13 *Nuptiæ non possunt consistere inter ascẽdentes, & descendentes etiam illegitimos.*
14 *In nuptijs attendimus principaliter quod honestum est.*

Diuiditur in tres partes, in prima ponit regulam, q edictum hoc de nuptijs est prohibitorum certarum personarum, in secunda incipit declarare prohibitionẽ quæ est in linea ascendentium & descendentium, in tertia ampliat, vt habeat locum hęc prohibitio etiam in adoptiuis, & etiam soluta adoptione. secunda ibi, Inter eas. tertia ibi, Et hęc adeò.

Matrimonium inter ascẽdẽtes, & descẽdẽtes in infinitum etiam adoptiuos, & soluta adoptione, prohibetur h. d. ex l. Nuptię consistere. Ia. 2. ff. de ritu nup.

Casus sic potest figurari, q uis in §§. regulas tradẽbus nõ esset figurãdus; Quęsitũ fuerat, an ad iustas nuptias contrahẽdas aliqua obstẽt. Vidimus enim superius ętatem patriamq; potestatem esse impedimẽto nuptijs de iure ciuili; vnde quærirum est, an aliquę personę inter se prohibeantur cõtrahere, & videbatur, q non, quia cùm hęc coniunctio sit naturalis, & videamus animalia passim inter se coniungi, nulla habita distinctione personarum, videbatur idem in hominibus dicendum; si enim essent alię prohibitiones, matrimonium non posset dici de iure naturę, cùm esset alteratum à iure gẽtium, & ciuili; Quoties enim aliquid addimus, vel detrahimus, nouum ius facimus l. Ius autem. ff. de iusti. & iur. decidit tue tamen contrarium, quia in animalibus impulsus ille

naturæ tm̃ contemplatur, & attenditur, in hoibus auté
rõne quadam honestatis prohibitum est, ne ascẽdentes
descendentibus coniunguntur: coniũctio ergo illa natu
ralis est, eaq; non variatur, sed modus coniunctionis est
de iure ciuili, q̃uis etiã iure naturali hoc prohibitũ, sal-
tem in hoibus videatur. Et vsq; adeò verum est hoc ꝙ
etiam in adoptione coniunctis descẽdentibus, & ascẽdé
tibus militet eadẽ prohibitio ea rõne, quia remanet il-
la eadem rõ, ut illa, quę etiàm fuit filia, vel neptis, non
efficiatur vxor etiam dissoluta adoptione per emanci-
cipationem, quia cùm natura nõ ferat in naturaliter cõ
iunctis hanc coniunctionem, etiam ciuilis coniunctio,
quæ naturam imitatur infrà de adop. §. Minorem. non
patitur, ꝙ ij etiam coniungantur.

In tex. ibi, Ergo nõ omnes. Placuit apponere quæ hic
Theophilus pro iuuenum necessaria instructione scri-
psit. Is sic inquit.

Porrò qm̃ diximus iustas eas esse nuptias, cum ciuis
,, Ro. maior annis quatuordecim vxoré ducit ciuem Ro
,, manã maiorem annis duodecim, an si quis matrẽ suam
,, sororemue, aut filiã acceperit, licitum est hoc matrimo
,, nium? Et dicimus nequaq̃, qm̃ à quibusdam nuptijs ab
,, stinendum est, & vt rem oẽm melius intelligas, hæc ha-
1 beto in modum prauię cuiusdã inspectionis. Cognatio
,, nomen est generale, diuiditur aũt in tria, in parentes, in
,, liberos, & in propinquos, qui ex transuerso veniunt. Et
,, parentes quidem sunt, qui nos genuerunt, velut pater,
,, mater, auus, auia, & qui sup. hos sunt: liberi vero qui ex
,, nobis gignuntur, veluti filius, filia, nepos, neptis, & qui
,, infrà hos sunt. Ex transuerso propinqui sunt, qui neq;
,, nos genuerunt, neq; à nobis gignuntur, sed stirpé suã
,, & radicem nobiscum hñt cõem, veluti frater soror, pa
,, truus, vel auunculus, amita, vel matertera, consobrinus
,, cõsobrina, & qui ex his descendunt. Cognatio aũt, quę
,, ex latere siue ex trãsuerso est, in duo diuisa est, in agna-
,, tos, & cognatos. Et agnati quidẽ sunt, qui per masculos
,, nobis coniunguntur, vt frater consanguineus, & soror
,, consanguinea, & fratris liberi, & nepos neptisue ex fra
,, tris filio, & patruus, & patrui liberi, & ex filio patrui ne
,, pos neptisue, & amita: atq; vt totam rem vno verbo ab
,, soluam, tandiu per ordinem procedit agnatio, quandiu
,, nulla interuenit persona fœminina, quæ causam det co
,, gnationi: Cognati verò sunt, qui per fęminas nos con-
,, tingunt, vt frater vterinus non etiam cõsanguineus, &
,, liberi eius, aut soror vterina, aut etiã sororis consangui
,, neæ liberi: nam & hi cognati sunt, qm̃ sororis persona
2 agnationem incidit. Porrò agnati, & legitimi dñr. i. iure
3 ciuili inuenti, & cognati. i. natura cogniti, cògnatos ve-
,, rò sola nouit natura, quia non item legitimi sunt: quos
,, enim ius ciuile nouit, hos nouit, & natura, quos verò
,, natura nouit, hos non oĩno nouit & ius ciuile. Hęc aũt
,, cognatio bafariã constituitur, aut natura aut iure ciuili
,, siue adoptione. cùm quis filium habẽs aliũ in adoptio-
,, nem accipit. Is enim, qui ita adoptatur, filij mei natura-
,, lis, & fratris sui adoptiui agnatus est: est aũt, & cognat⁹
,, quos enim adoptio ei agnatus facit, hos & cognatos fa
,, cit, qm̃ actos hic legitimus, hoc est, adoptio facilè agna
,, tioni, quæ & ipsa legitima est, coniungitur: legitima. n.
,, legitimis facilè cohærent. Porrò agnatio adoptioni, cõ
,, iuncta secum trahit, & naturam. i cognationem, & quos
,, adoptiuus agnatos vocat, hos nominat, & cognatos,
,, quos verò cognatos vocaret, si natura mihi esset filius,
,, hos, cũ adoptiu⁹ è, neq; agnatos neq; cognatos vocabit.
,, Cognatio enim, quæ natura contingit, pro nulla habet
,, in adoptione. His ita præcognitis vide nũc rem, de qua
,, agimus, diximus sup. nõ semp iustas esse nuptias, cùm
,, ciuis Ro. ciui Romanæ iungit. propterea ꝙ à quibusdã
,, nuptijs abstinendum sit. Et quidem inter parentes, & li-
,, beros in infinitum prohibitæ sunt nuptiæ: neq; enim
,, potest quispiam matrem suã, vel auiam, aut filiam, vel
,, neptem in vxorem accipere, siue naturales sint, siue a-
,, doptiuę, etiam si maximè per emancipationem soluta
,, sit adoptio, quoniam & pristinum patris, vel aui nomen
,, pudori esse oportet.

In tex. ibi, Et si tales psonæ inter se coierint, nefarias
4 atq; incestas nuptias contraxisse dñr. Nefarię nuptiæ il
læ propriè dñr, quę inter ascendentes, & descendentes
contractæ sunt. Caius in l. Quin etiam. ff. de ritu nupt.
,, Quin etiam (inquit) nefas existimatur quoq; vxoré du-
,, cere, quæ per adoptionem filia neptisue esse cęperit.
Hinc Epiphanius li. Hæreseon. 3 c. fin. leges de hac con-
5 iunctione nefarias appellat. Incestę verò, quæ inter col-
laterales in vetitis gradibus contrahuntur, q̃uis horum
verborum vsus promiscuus sit apud nostros, vt etiã ex
6 hoc loco apparet. Dictę aũt sunt nefarię authoritate Var
ronis li. 1. de Vita Po. Ro. vt eum refert Nonius. eò ꝙ far
7 re. i. vita indigni sint, qui tm̃ scelus admittũt: incestę ve-
rò quasi q̃ à cestu cinguto illo Veneris, quo in nuptijs
honestis vtebantur abhorreant: & (vt dixi) propriè hoc
verbum collateralium prohibitas nuptias designat. Sue
to. in Calligula super sororum incesta dixit. Et in Nero-
ne, Maiestatis quoq;, & adulteriorum, incestiq; cùm so-
rore Lępida sub excessu Tiberij reus mutatione tempo
rum euasit. Incesta etiam appellauit in Domitiano vir-
ginum vestalium stupra; quanuis (vt dixi) proprius sensus
eius sit, sororum, & aliarum collateralium legibus pro-
,, hibita commixtio. Plau. in Penu. Ei duę puęlle sunt me
,, retrices, seruulę, sorores earum hic alteram efflictim
,, petit, neque eam incestauit vnquam. Non desunt tamẽ
defensores harum coniunctionum. Hinc Ouid. lib. 2.
Meta.

Gentes tamen esse feruntur.
In quibus & nato genitrix, & nata parenti.
Iungitur, vt pietas geminato crescat amore.

8 Not. primò, ꝙ dictio (ergo) est dictio incœptiua non
solum illatiua, quemadmodum infrà in §. fin. de inoffi.
test. sumitur dictio (igitur.)

9 Secũdò not. ꝙ edictum de nuptijs & eius regula est
prohibitoria certarum personarum; & ideò illi, qui nõ
reperiuntur prohibiti contrahere, censentur permissi
sicut dicimus in omnibus edictis prohibitorijs.

10 Tertiò not. ꝙ inter ascendentes & descẽdentes in in-
finitum sunt prohibitę nuptię etiã adoptiuos, & soluta
adoptione, qm̃ & pristinum patris & aui nomen pudo-
ri esse oportet, vt dicit hic Theophilus.

11 Quartò not. ꝙ adoptio tollitur emancipatione, quia
cùm adoptio sit vinculum ciuile, & emãcipatio ciuile,
potest corrumpere iura ciuilia. l. Nihil tam naturale. ff.
de reg. iur. & infrà de leg. agna. tut. in fi.

Quintò not. quę dicantur nefarię & incestuosę nu-
ptię, de quo dictum est supra in tex.

12 Sextò not. ꝙ qñq; cessante causa nõ cessat effectus, nã
causa prohibitionis nuptiarum inter adoptiuam filiam
& patrem est adoptio, & tamen ea cessante non cessat
prohibitio propter reliquias illas pudoris nominis pa-
terni, & sic alia ratione.

In glo. in verbo, In infinitum. tex. est clarus, ꝙ in infi-
13 nitum ascẽdẽtes & descẽdentes prohibẽtur copulari. d.
l. Nuptiæ cõsistere in fi. ff. eo. quod est intelligendũ, etiã
ꝙ ex legitimo matrimonio non descẽdãt, vt est tex. in l.
Et nihil. quę est l. seq. ff. eo. titu. Ratio autem ea est, quia
naturalis quędã ratio honestatis id induxit, vt eam, quã
patrem vel auum venerari oportet, non deceat cõiungi
& copulari. In quo illud secũdũ est, quòd (Plutar. in Pro
blema. c. 6. authore) Romani initio prohibuerũt, ne qui
se necessitudine contingerent possent coniungi, postea
plebiscito sancitum est, vt vsq; ad quartum gradum nu
ptiæ prohiberentur, tandem ad hanc prohibitio-
nem

nem deuentum est, ut inter ascendêtes & descêdentes in infinitum nupciæ prohiberent. l.fi.ff.de ritu nup. ubi id iure gentium prohibitũ esse affirmac iureconsultus. Et hinc Ouid. in ep. Paridis ad Helenam inquit,

O Ioue digna uiro, in Ioue uata fores.

In glo. Idem iuris. Ratio est, q̃ Theophilus hic allegauit, quia pristinum patris nomen pudori esse oportet.
14 In nuptiis enim inspicimus maxime quod honestũ est l. Semper. ff. de ritu nup.

### §. INTER EAS.

1 *Nuptiæ iustæ non sunt inter fratres & sorores.*
2 *Soror adoptiua non põt duci in uxorem, nisi soluta adoptione.*
3 *Cessante causa impedimenti cessat impedimentum.*
4 *Gradus olim & hodie probiti in nuptiis contrahendis*
5 *Stipulatio matrimonii cõtrahendi cũ sorore adoptiua quare non ualet.*
6 *Adoptatus quibus fiat agnatus.*
7 *Agnatio soluitur emãcipatione etiã de iure nouissimo.*
8 *Adoptatus ab extraneo, qui nõ transit in potestatẽ adoptantis, an prohibeatur ducere uxorem eius filiam.*

Diuiditur in tres partes, in prima ponit regulam, q̃ in transuersalibus etiam sunt certi prohibitionis gradus, sed in hoc differunt ab ascendentium & descendentium gradibus, quia illi in infinitum sunt, hi uerò certis terminis clauduntur: in secunda incipit enumerare primum prohibitionis gradũ in transuersalibus, inter fratres .s. & sorores, in tertia dicit hoc habere locum in adoptiuis durante adoptione. secunda ibi, Sanè. tertia ibi, Sed si qua.

Fratres & sorores iurè non coniungũtur etiam adoptiui, nisi soluta sit adoptio. h.d. habetur hoc etiam in l. Nemini. C. de nup.

Casus facilis è: nã quærebat an in trãsuersalibus esset aliquis prohibitionis gradus, & q̃uis non esset illa reuerentia & pudoris nomen inter eos, quod erat in ascendentibus & descêdêtibus, tñ dicit Imperator esse etiã inter collaterales obseruãtiam quãdam gradum, licet non tantã, quia potêtior est coniunctio illa per descensum sanguinis, cùm in discendẽtibus agnoscat sanguis ille patern⁹, qñ inter collaterales cessat, q̃uis ex eodem sanguine aliqñ sint progeniti. Primus ergo gradus collateralium prohibetur ut dr̃ hic. Receptum enim est à gentibus, ut rõne cuiusdam honestis non coniungantur fratres & sorores, quæ honestas potissimum in nuptiis spectat. l. Semp. ff. de ritu nup. & quia adoptio naturã q̃ maximè imitatur. §. Minorem. j. de adoptio. eadẽ prohibitio locum habet etiã in adoptiuis. Sed tũc quæsitum est, an soluta adoptione côiungãtur, & rõnem dubitandi faciebat. §. præced. ubi durabat prohibitio etiã ea soluta. Tñ deciditur côtrariũ, quia cùm adoptio non faciat vinculum sanguinis, sed agnationis, & sit iuris ciuilis vinculũ eo soluto per aliud ciuile instrumentum emancipationis tollit ius, quod attulit adoptio: Ratio aũt differẽtiæ inter primum casum & istum est, quia paternum illud nomen pudori esse oportet. Publica enim quædã honestas prohibet, q̃ is, qui loco patris fuit, coniungatur illi, quæ filia olim fuerat, q̃uis adoptio soluta sit manẽt enim reliquiæ patriæ potestatis argu. l. Vnius §. Seruus in eius caput. ff. de quæstio. quod non est inter fratres & sorores, & nemo tã impius iudicatur, ut sibi in matrimonio iũgat eam, q̃ loco filiæ habuit. l. Si quis alumnam. C. eo.

Not. j. q̃ maior est prohibitio in linea ascendentium & descendentium, q̃ in linea trãsuersalium, quia in prima prohibitio durat in infinitum, in secunda restringitur ad certos gradus.

1 Secũdò not. q̃ inter fratres & sorores non sunt iustæ nuptiæ, siue vtrinque côiuncti sint, siue côsanguinei. i. ex eodem patre, siue vterini. i. ex eadẽ matre tm̃: Hic enim est primus gradus collateralium, qui prohibetur. l. Nemini. C. de nup. ad idem est tex. in l. Si stipulet, ut id fiat ff. de uer. obli. l. fi. C. de incest. nup. l. fi. C. si nup. ex rescri. petan. ubi hoc nefandissimum scelus appellatur. l. fi. C. de côdi. fin. ca. l. Qui in prouincia §. Diuus. ff. de ri. nup. l. Miles. in prin. ff. de adul l. Si adulteriũ. §. j. ff. eo. ti. Dion. affert Neruam Imperatorem primum hoc sanxisse: Fusius hoc explicat exempla innumera more suo adducẽs eruditissimus Andreas Tiraquellus in sua septima lege connubiali nu. 30.

2 Tertiò not. q̃ soror adoptiua durante adoptione nõ potest duci in uxorẽ, & ratio est, quia per adoptionem efficitur agnata fratris, prout declarat hic Theophilus.

Quarto not. q̃ soluta adoptione per emancipationẽ potest duci vxor soror adoptiua ea rõne, qua dictum est in figuratione casus, quia cum sit solutum penitus illud uinculum ciuile, quo ligabantur, remanent extranei, ut dicit tex. in l. Quinetiã. in fi. ff. de ritu nupt. quod an hodie procedat, dicam in glo. in uerbo, Filiam.

Quinto not. q̃ emãcipatio tollit penitus adoptionẽ, de quo etiam dictum est in præceden. §. ea rõne, quia cum adoptio sit vinculum ciuile, & emancipatio etiam sit ciuilis introductio nihil tam naturale est, quod ciuile ius per aliud tolli & dissolui. nõ possit l. Nihil tam naturale. ff. de regu. iur.

3 Sextò not. q̃ finita causa impedimenti finitur impedimentum est regula generali. c. Cum cessante. de appel. q̃ cessante causa cessat effectus.

Vltimò not. q̃ si quis vult adoptare generũ, debet ante filiam emancipare ea rõne, quia si non esse⁹ emãcipata, & sic iã facta extranea, utiq; adoptio ipsa faceret, q̃ filius adoptatus inueniret filiam illam sororem, & ideo caderet prohibitio tex. nostri, sed qñ iam est emãcipata filia, qua tũc reperit illam extraneam factam, cessat impedimentum, & prohibitio ciuilis.

4 In glo. j. Varia fuit olim prohibitio graduum quò ad matrimonium contrahendũ, ut etiã dixi superius, septimo tñ gradu plerũq; terminata est, iuribus allegatis in glo. ſm leges uerò terminata est, ut quarto gradu de iure ciuili côiungi possint in linea trãsuersali & uerè trãsuersalib⁹, ut dicemus. j. in. §. Duorũ, in gl. in uerb. Matertera m. tñ cũ in matrimoniis côtrahendis ius canonicũ attẽdatur, ut dixi s. sæpius, hodie ius canonicum terminat prohibitionem in quarto gradu d. c. Nõ debet. ut. s. quart⁹ gradus sit prohibit⁹, ubi olim de iure ciuili quartus gradus erat permissus, ut in. §. seq. si uerò aliquis in quarto gradu existens uelit ducere eã in uxorem, quæ quinto gradu sit, iam hoc ei permittit d. c. fi. de côsan. & affi. intelligendo côputationem graduum de iure canonico, ut quoto gradu alteruter eorũ, de quibus quæritur, distat à stipitè, si æqualiter distent, uel quoto gradu remotior distat, si inequaliter distarẽt, toto gradu inter se distent & destinguantur, ut declarabimus. j. de gradibus in. §. Hactenus.

In glo. in uerb. Quamdiu. Aduertẽdum est, q̃ gl. allegat duo iura ad propositum huius tex. quæ uidentur inuicem contraria. Nam l. Si stipulet. §. j. uult, q̃ stipulatio matrimonij contrahendi in casum emãncipationis adoptiuæ sororis non ualeat, tex. aũt in l. Siquis posthumos in fi. vult, q̃ institutio posthumi nasciturі ex sorore adoptiua ualeat, vnde (ut dixi) videntur côtraria. Sed vos di-
5 catis, q̃ ideo non valet stipulatio matrimonii cũ sorore adoptiua, quia (ut dicit ille tex.) statim est contra bo

nos mores, unde ponderandum est verbum (statim) quòd ibi ideo annullatur, quia actus nô habet in se tractum in futurum, quòd si haberet tractum in futurum, ut habet institutio posthumi, benè valeret, vt declarat Iaf. in d. l. Si stipuler in vi. not sed benè uterq; tex. concor. cum tex. nostro: ostendit.n. q soluta adoptione per emancipationem non durat impedimentum matrimonij, vt dicitur in tex. nostro.

In glo. in uerbo, Filiā. Pro declaratione huius gl. debe
6 tis scire, q filius adoptiuus sit agnatus patri adoptanti & oibus iis, qui sunt in eius familia, cęteris uerò non sit agnatus, ut (ecce) fit agnat' sorori, & sic filię adoptantis, quia est in familia patris, sed non fit agnat' uxori patris adoptantis, nec eius matri quibus nō fit agnatus. eisdem etiam non fit cognatus. l. Qui in adoptionē. ff. de adoptio. vnde dicit gl. q iden qi parer vult generū sibi adoptare, tunc necesse est, vt emancipet filiam, quia illa emancipatione desinit esse agnata, & cùm non sit agnata patri, nō potest etiā effici agnata filio adoptiuo, quia non agnatis patris adoptantis (vt dictū est) non fit agnatus. Sed dicit gl. q hodie hoc cōsilium non esset bonū, quia cùm hodie filia emancipata nō desinat esse agnata patri consequēter fit agnata filio adoptiuo: mouet p
7 tex. in §. fi. j. de leg. agna. suc. Vos dicatis, ut dixi alias, q hoc est falsum, & q hoc nō est hodie immutatū, quicquid dicat glo. hic, & in d. §. fi. cum quibus glo. Doct. vbiq; pertranseunt: & ad hoc ostendendum pręsuppono, q de iure clarissimū est, q agnatio soluitur emācipatione. §. fi. j. de leg. agna. tutel. l. Tutelas ff. de. capi. dimi. neq; hoc reperitur correctū, ergo stat. l. Pręcipimus. in fi. C. de appella

Nec obstat. §. fi. j. de leg. agna. succes. quia ille tex. potius probat cōtrarium: nam in illo tex. hæreditas nō defertur patri, ut agnato, quo casu posset procedere illud, quod dicit gl. sed defertur ei tanq. emancipanti cōtracta fiducia, nec iure nouo determinatur, q sit agnatus, sed introducit psumptio iuris & de iure, vt. s. pater emācipet semp contracta fiducia, & ita præsumatur semper emancipare, uel fingitur, sn quod dicem' ibi, qua fictione aut psumptione non egeremus, si esset agnatus, nā tunc succederet rōne agnationis nō cotractæ fiduciæ. Nec aliquo modo ferēdū est quod aliqui dixere filio patrem esse agnatum, non econuerso, quia cùm hæc sint nomina ad aliquid & correlatiua, nō possunt separari: nō enim possum alicui esse agnatus, nisi ille identidem sit mihi quoq, agnatus.

Non obstat tex. in l. Frater. C. de legi. tutel. quia licet frater emācipatus vocetur ad legitimam hęreditatē, & per cōsequens ad tutelā, non sequitur q sit agnatus, quia hoc nō ponit ab agnatione, sed qa ponę naturaliter designantur per noia naturalia fratris & sororis, nō aūt p ciuilia agnationis tex. ē in l. Tutelas. versi. Ex nouis. ff. de capi. dimin. & videmus ita fieri. j. de leg. agna. succes. §. Hoc etiā addendum. vbi designaot p noia naturalia.

Non obstat tex. in §. Ea his. in Auth. de hęre. ab intestat. uenien. quem addidit gl. in d. l. Tutelas ad probādū, q sit agnatus, quia q̄uis in illo tex. remoueatur differentia inter agnatos & cognatos quò ad successionem, tū non per hoc facit, q cognati possint vocari agnati: non enim facit eos agnatos, sed tribuit cōmoda agnatorū.

Teneatis ergo, q hodie emancipatio tollit agnationem, vt olim, & per consequens q hoc cōsilium huius tex. etiam hodie haberet locum.

Sed iuxta prædicta libet quærere, quia hodie aliqui
8 sunt adoptiui, q nō trāseunt in potestatē adoptātis, ut j. de adoptio. §. i. an inter eos, qui non transeunt in potestatē, cesset prohibitio cōtrahendi matrimonii. & sic an ille, qui est adoptatus ab extraneo, qui non transit in potestatē adoptantis. §. i. prohibeatur ducere in uxorē filiam adoptantis: Et Abb. in c. j. de cogna. lega. dicit, q cō̄ter tenetur, q sic, q pbibitio etiā in illis, q̄uis Inno. teneat contrariū, & Hostien. in sum. de cogna. lega §. si. uers. Collateralē uerò. & lo Fab. hic tito baue rit: in quo dicatis opi. cōem esse verissimā, & probatur, quia leges inducētes prohibitionem matrimonij inter adoptiuos uidenē sentire de qualibet legitima adoptione, cùm generaliter loquantur. l. j. §. Et generaliter. ff. de lega. præstan. & probatur apertè, quia cùm ante Iustini. semper p adoptionem quæreretur ius agnationis & patrię potestatis. j. de adoptio. in ptin. hodie in adoptione extranei ius est mutatum in hoc duntaxat, q hic filius non transit in potestatem adoptatis, non in eo, q efficiatur agnat', cum & hodie fiat agnatus, ideo sequitur, q durat prohibitio matrimonii, q hæc prohibitio non nascitur ex patria potestare, sed ex agoatione, neq; remedium datum ab hoc tex. ostēdit cōtrarium, quasi sit patria potestas: quæ impediat, sed ex eo, quia per emācipationē tollitur agnatio, ut dictum est s. & ita teneatis, q hęc prohibitio durat etiam in his adoptiuis, qui nō transeunt in potestatem patris adoptantis.

## §. FRATRIS VERO.

1 *Nuptię nō consistunt inter patruum etiā magnū & neptem ex fratre.*

2 *Filia sororis adoptiuæ non coniungitur nec ciuili nec naturali iure,*

3 *Vinculum naturale pontentius est, q̄ ciuile.*

Diuiditur in tres partes, in prima ponit aliā prohibitionē in filia fratris uel sororis, in secunda ampliat etiam in nepte, & assignat rōnem: in tertia ponit quid in adoptiua. secunda ibi, Sed nec neptē. tertia ibi, Eius uerò.

Filiam uel neptem fratris aut sororis naturalis, non adoptiuç, uxorem non ducimus. h. d.

Casus figuratio facilis est, cū prosequaē declarationē & narrationem graduum prohibitorum, & dicit, q fratris uel sororis filiam prohibeor ducere: & in hoc nulla est difficultas, quia est in tertio gradu de iure ciuili. l. In riconsultus. §. Tertiò gradu. ff. de gradi. Sed dubium ui debatur in nepte ex fratre uel sorore, quia cum ex quarto gradu liceat mihi ducere uxorē, & hæc sit in quarto gradu meritò uidebatur ipsam duci posse: Sed respondetur contrariū ex regula illa, q cuius filiam ducere nō possum, eius nec neptē ducere possim, ut declarabimus paulò post. Sed dubitatur quid in adoptiua. f. in filia sororis adoptiuç, & videbatur pari rōne dicendum, cum & ipsa in tertio gradu sit, q non possit duci cuius contrarium deciditur ea rōne, quia non est coniuncta neq; naturali neq; ciuili iure: nam illæ tm personæ per adoptionem fiunt cognatæ, quæ per eas nobis agnatę fiūt l. Qui in adoptionem. ff. de adop. l. Si qua. §. fi. ff. de ritu nup. vnde fit, q filia sororis adoptiuç nulla legali cognatione me cōtingat: nā dicta filia nō potest agnasci mihi nisi mediāte matre eius, sed cū mater non habeat eā in potestare. §. Fœminæ. j. de adop. nō potest aliquo modo agnasci, nec cognata fieri iure ciuili. l. Si paterfam. ff. de adop. nō naturali, quia nullo naturali uinculo mihi copulata sit & coniuncta, cum sit coniuncta mediante matre. quæ solùm iure ciuili mihi coniungitur.

Not. primò q inter patruū etiam magnū & neptē ex fratre non licet contrahere matrimonium: & licet hic Ang. dicat, q hoc non habet locum in pronepte, tū dicit cōtra casum in l. Sororis proneptem ff. de ritu oupt. hocq; primum senatusconsulto dispensatum est in gratiam

tiam Claudii uelêtis ducere Agrippinam Germani fratris filiam non solùm quò ad eum, sed quò ad oës: vnus tm̃ uel duo secuti sunt hoc exemplū: plurima circa hoc refert Tiraquellus in vii. lege connubiali nu. 30.

Secundò no. ꝙ neptis ex fratre est in quarto gradu: sic. n. inuenies in cōputatione graduum, si demas stipitem: sunt. n. duo fratres, filia, & neptis alterius, & probatur in d. l. Iurisconsultus §. Quarto gradu. ff. de gradi. & in §. Quarto gradu. j. eo. tit.

Tertiò not. regulam, quod eius neptem ducere non possum, cuius filia ducere prohibeor, de quo dicemus in gl. & quis virtus huius regulę non se extendat ad proneptem, exrēditur alia ratio, quia patris loco illi es, ut dicit tex. in d. l. Sororis proneptem. ff. eo.

2 Quartò not. ꝙ filia sororis adoptiuæ non coniungitur nec ciuili nec naturali iure: non naturali, quia nulla intercedit naturalis cōiunctio in penitus extraneis: nō ciuili, quia eùm non sit in potestate matris, non potest fieri agnata filiis adoptantis, & per consequens nec cognata, ut declaraui in figuratione casus.

3 Quintò no. ꝙ fortius est uinculum naturale, q̃ ciuile: nam filiam sororis naturalis prohibeor ducere, adoptiuæ non prohibeor, sed rationes superius nisę sunt.

In glo. j Quia iuuenes non benè percipiunt lenium huius gl. nec etiam quod circa eam Docto. dicūt, ideo declara, ꝙ cum tex. hic fecerit quandam regula, ꝙ eius neptem ducere non possim, cuius filiam ducere prohibeor, dicit gl. ꝙ in cōtrarium apparet, ꝙ fratres patrueles possunt inter se coniungi. i. frater & soror patruelis, ut in §. seq. in pri. sed sic est, ꝙ ego nō possum ducere filiam aui mei, & sic amitam, quæ est filia aui & soror patris mei, ut in §. seq. & tñ eius. f. aui neptem possum, quę est mihi consobrina, nam neptis aui mei est mihi consobrina: Ecce ego, ꝙ hęc regula, ꝙ cuius filiam prohibeor ducere in uxorem, eius de neptem ducere nō possim, non est uera. Gl. respondet, ꝙ hæc regula strictę intelligit in casu, in quo loquitur, & in similibus. f. quando ego & ille, cuius filiam ducere prohibeor, sumus in gradu primo à stipite, & sic quando est filia fratris, & sic glo. restringit. f. cuius fratris filiam, & hoc (dicit gl.) habet locum i naturalibus, secus in adoptiuis, ut patet in uersic. proximo. Io. Fa. hic uidetur damnare hanc glo. in fi. dum constituit differentiam inter naturales & adoptiuos, & unit, ꝙ sit idem in utroq; ut filius uel filia stipitis non possit copulari etiam ex descendentibus ab eodem stipite, & sic de inferioribus transuersalibus, & hoc sit tā in adoptiuis, q̃ in naturalibus: seq. etiā Ange. Sed aduertēdum est ad duo, primum ad regulam illam Cuius &c. quia glo. uidetur restringere ad hūc gradum tantum. f. fratris, & Doct. uidentur sequi, quo fit, ut non possit quasi uideri regula, quæ in uno tantum casu ueri ficabilis sit arg. l. i. ff. de regu. iur. Videmus enim, ꝙ hęc regula in hoc §. allegatur pro ratione propter dictionē

„ (enim) Cuius enim (inquit Imperator) filiam uxorem
„ ducere non licet, neq; eius neptē permittitur: Et Theo
„ philus hic eam ponit per hæc uerba, Id enim pro uni-
„ uersali regula tenendum est, cuius personę filiam uxo-
„ rem ducere non possum, eius nec neptem ducere me posse. Preterea esset ratio eadem cum dicto, quod esse non debet. Vnde putarem ad contrariū respondēri posse eodem modo, quo tacitè respōdet Imperator in tex. nostro in uers. Sed nec neptem &c. quamuis quarto gradu sint. Quę enim expressè deciduntur, non possunt remanere sub regula l. Doli clausula. ff. de uerb. obliga. l. i. ff. regu. iur.

Secundò aduertendum est circa differentiam naturalium & adoptiuorū, quia ea uera est in terminis, in quibus loquitur glo. f. qn̄ per adoptionem non cōtrahitur cognatio, ut dicit hic lat. In uniuersum circa hanc glo.

placet resolutio glo. j. in §. seq. in uerbo, Materterā magnā. ꝙ si loquimur in transuersalibus æqualibus, cesse segula huius tex. Cuius enim &c. si in inæqualibus & inferioribus ouiet propter reuerentiam, cùm loco patris uel matris habeantur. l. Sororis proneptem. ff. eo tit.

In glo. fi. in uerbo, Ciuili iure. Iam dictum fuit in positione casus, quomodo ciuili iure coniuncta non est filia sororis adoptiuæ mihi, nam adoptatus non fit agnatus nisi patri adoptāti, & iis, qui in eius potestate sunt d. l. Si pater. sed hęc filia nō est in potestate matris, ergo non transit in agnatione patris mei adoptantis, & ideo non fit illi agnata: si non fit illi, ergo nec mihi per eum: addit gl. in l. Si qua. ff. eod. tit. aliam apertissimam rationem, uidelicet, filia sororis adoptiuę non est c. sorori & sic matri eius agnata, quia illi coniūgitur per fœmina, ergo nec patri adoptanti matrem, ergo nec mihi per patrem, & sic de primo ad ultimum non pōt esse agnata.

## §. DVORVM AVTEM I.

1 *Amita quæ. & unde dicatur.*
2 *Matertera unde dicta.*
3 *Fratres patrueles & amitini inter se contrahunt.*
4 *Reuocare, idest renouare.*
5 *Fratris appellatione nō semper uenit soror, & quādo.*
6 *Amita / Matertera }sunt loco parentum.*
7 *Vbi est eadem ratio, idem ius debet constitui.*
8 *L. per adoptionem. ff. de ritu nup. declaratur.*
9 *Frater aui materni an dicatur patruus uel auunculus.*

Diuiditur in quatuor partes, in prima ponitur dictum permissiuum. f. ut nuptiæ contrahi possint inter duorum fratrum filios, in secunda ponitur prohibitio in amita etiam adoptiua, in tertia in matertera, & assignatur ratio utrisq; prohibitionis, quia matris loco sunt, in quarta ex hac ratione fit extensio ad amitam & marem magnam. Secunda ibi, Item amitam. tertia ibi, Itē nec materteram. quarta ibi, Qua ratione.

Fratres & sorores patrueles uel amitini iurè coniunguntur: secus in amita & matertera etiā magna h. di

Casus, ita potest figurari: uisum est. s. ꝙ neptē fratris uel sororis non possum ducere in uxorem, quę est in quarto gradu, unde dubitatū fuit, an patrueles, qui in quarto gradu sunt, rectè cōiungantur: & respondetur, ꝙ sic, quia in quarto gradu contrahere permissum est si sumus in gradu æquali, secus si in inequali, ut in d. ca su §. proximi §. unde in his ęqualibus cessat ratio cuiusdam honestatis & reuerentiæ, quę cadit in imparibus & superioribus, qua ratione sunt prohibitæ nuptiæ cū amita & matertera, quia sunt loco matris, & in amita magna & matertera magna, quia sunt loco auię, quæ ratio habet locum in adoptiua amita, sed etiam alia militat, quia cùm sit adoptata ab auo meo paterno, nō est dubium, ꝙ patri meo adhuc in sacris parentum existenti agnationis iure coniuncta est, & per consequens per patrē mihi etiā agnata est & cognata: Et quia ea quęq; circa iustum tex. declaranda essent, latius explicabūt in glossis, ideo hęc sufficiant pro casus figuratione.

1 In tex. ibi, Item amitā. Est amita soror pris. ut docet Paulus in l. Iurisconsultus. §. Auunculus ff. de gradib. quæ cùm à nobis tertia sit auia, uideri potest sic dicta, ut Festus ait, nelq; antiquiores eam anitam uocitauerint, uel ꝙ à parte amata sit. Solent enim dil gi magis à fratr ibus sorores propter sexus dissimilitudinem.

In tex. ibi, Nec materteram. Eā esse matris sororē nemo am-

2 mo ambigit, ita dictũ (eodẽ Festo authore) quasi mater altera sit, quã ita etiã declarat Paulus in d. §. Auũculus.

In tex. ibi, Magnam quoq; amitã & materteram. Intellige eas esse sorores aui & auiæ: amita enim magna est mihi, quam pater meus amitã simpliciter appellat: matertera magna, quam mater mea materterã simpliciter uocat, declarat Paulus in d. l. Iurisconsultus. §. Patruus magnus. ff. de grad. & Theophilus hic.

3 Not. primò, q fratres patrueles uel fratres amitini possunt iurè inter se matrimonium contrahere, & hoc (ut uolunt quidã) ex dispositione Arca. & Hono. Iure antiquo enim non poterant, ut est tex. in l. Celebrãdis.
,, C. de nupt. quod probatur ex illis uerbis, Licentia legis
,, huius salubritate indulta ẽ, reuocata prisci iuris autho
,, ritate. & q̃uis glo. ibi intelligat, q ius antiquũ hoc idẽ statueret, quod posset etiam salua ratione sermonis ita
4 intelligi, ut diceremus reuocata authoritate iuris antiqui. i. renouata s̃m propriã significationem huius verbi, ut Iuuenalis loquẽs de Domitiano, qui legem Iuliam obliteratam excitauerat, sic inquit,

Qui tunc leges reuocarat amaras,
Omnibus, atq; ipsi Veneri, Martiq; timendas.

Tñ præcedentia uerba non patiunt hunc intellectũ: nõ. n. eius legis salubritate licentia indulta esset, nisi saltem ante illam l. prohibitio reperiret in illo casu. Ego uerò nescio quanam ratione id in ea l. dicatur, cũ & in l. iii. ff. de ritu nuptia. quæ Pauli est, & in l. ii. C. de insti. & sub quæ Antonini est, idem dispositum inueniatur: & Cic. in Ora pro Cluen. dicit Cluentiam iurè & ritè nupsisse M. Aurio cõsobrino suo, & Liuius lib. ii. v. Deca. Spurius Ligustinus fratris filiam accepit.

5 Secundò not. q appellatione fratris non semper uenit soror: nam hæc expræssio (duorum autem fratrũ uel sororum) ostendit, q alias non veniebãt. Quando enim lex loquitur discretiuè de fratre & sorore, tunc fratris appellatio non comprehendit sororem. l. Si. ita. ff. de libe. & posthu. l. Clemens patronus. ff. de hære. instit. Bal. in l. In multis. ff. de sta. homi. alias fratris appellatio solet comprehendere sorores. l. Tres fratres. in princ. ubi glos. & Ias. ff. de pact.

Tertiò not. q amitam etiam magnam, q̃uis adoptiua sit, ducere non possumus uxorem. Possumus autem declaratione exemplificare, quo modo possimus habere amitam uel amitam magnam adoptiuam hoc modo, Auus meus paternus, cùm haberet filium, qui postea fuit pater meus, puellam aliquam adoptauit, hãc enim pater meus sororem adoptiuam habebat, & ego eã uoco amitam adoptiuam: magna aũt amita adoptiua ita haberi potest, Proauus meus paternus, cum auũ meum filium haberet, puellam aliquam adoptauit in filiã, eam auus meus sororẽ adoptiuam habebat & appellabat pater meus consequenter eam appellabat amitam adoptiuam, quo fit, ut ego eam amitam magnã adoptiuam nominem: & ita exemplificari potest iste text. ratio autem, quare non possum ducere uxores, allegatur in tex. quia quasi matris loco sunt.

Quartò not. q similiter non possum materteram ducere in uxorem etiam magnam eadẽ ratione, quia matris loco est: ad idem tex. in l. Per adoptionem in fi. ff. de ritu nup. Quare autem hic non sit repetitũ adoptiuã. s. materteram, declarandum erit in glo.

6 Quintò not. q amita & matertera sunt loco parentum, cum enim altera sit soror patris, altera matris, uidentur quasi tales, ut his eadem debeatur reuerentia, quæ debetur parentibus.

7 Sextò not. ibi, Qua ratione. q ubi est eadem ratio, idem ius debet constitui. l. Illud. ff. ad l. Aqui. & notauimus s̃. in §. fi. qui. ex ca. ma. non h. & in glo. fi. in d. §. fi. & est glos. quę hoc not. per illum tex. j. qui mo. ius pa. pó. sol. §. Cum autem. in uerb. Pari ratione. quæ plura iura allegat ad hoc.

In glo. i. Dicebam alias, q loquitur in utrisq; tam. s. in naturalibus, q̃ in adoptiuis, & q̃uis coniungãtur hi, cum quarto gradu sint & in quarto gradu pari de iure ciuili, tñ s̃m ius canonicum, quod in matrimoniis attẽdendum est (ut sępius diximus) hic gradus prohibetur, quia enim prohibeatur quartus gradus de iure canonico. c. Non debet. §. Prohibitio. de consan. & affi. gradus patruelium de iure canonico est secũdus: fratres enim sunt primo, & eorum filii sunt in secundo.

In glos. in uerb. Materteram. Hæc glo. valdè difficilis est propter contrarium. l. Si qua. § fi. & l. Per adoptionẽ. ff. eo. tit. Et primò aduertendum est, dum Ange. volt q in texe. nostro intelligatur repetitum ea natura dictionis (item) illud uerbum (adoptiuam) & sic q cõcordet cum l. Per. adoptionem. in fin. q hic intellectus non potest cadere, quia immo consultò hoc fuit omissum, ut attestatur Theophilus hic in suis Institutionibus, dum
,, dicit, Ideo autem in amita adoptionis mentio semper
,, fit, in matertera uerò non item, quia cùm per virilem
,, sexum illa mihi coniungeretur, dubium non erat, quin
,, esset mihi agnata, atq; ideo erat & cognata, qm̃ qui
,, agnatus est, is omnino & cognatus est: in matertera au
,, tem per adoptionem nuptię non impediebantur, qm̃
,, cum matertera me per fœminæ personam contingat,
,, cognata tantum mihi est, & ex adoptione nullo iure
,, cognationis mihi iungitur propter regulam, qua dici-
,, mus cognationem, quæ natura contingit, in adoptione
,, pro nulla haberi: qñ igitur cum hac nuptię non prohi
,, bẽtur, ideo in fingenda exempli specie materterã adoptiuam non posui. Ex quibus verbis patet, q à compilatoribus institutionum fuit consultò omissum illud verbum: vnde præsupposito, q hic non sit addendum illud verbum (adoptiuam) in contrarium videtur tex. expressus in d. l. Per adoptionem. vbi dicitur, q materterã &
8 amitam magnam prohibemur vxorem ducere, etiã q per adoptionem nobis coniunctæ sint. cùm ergo in d. l. Si qua. dicatur nobis neminem auũculum fieri per adoptionem posse, non uidetur qualiter hoc possit esse in matertera. Vnde Doct. pro solu. huius contrarij cogitarunt plures solutiones, & finxerunt plures casus. In primis aduertatis, q si adoptio causetur in persona auunculi uel materterę, tunc proculdubio non potest loqui tex. in d. l. Per adoptionem. quia esset in terminis contra tex. in §. precedẽti. in versi. Eius. si enim pater meus adoptasset filiã, quę mihi proculdubio efficitur soror, si illa habeat filium, cui ego sum auunculus, quia frater matris non prohibeor eam ducere vxorem, quia nullo iure eidem coniungor: eodem modo si ego adoptatus essem à patre habente filiam quę postea filiam susciperet, non prohiberer eam ducere in vxorẽ, quia cùm mihi per lineam fœmininam coniungatur, & patri meo non agnata, sed cognata sit, non potest esse mihi nec agnata nec cognata: vnde necesse est ponere exẽplũ in persona nepotis adoptati, ut etiã aduertit hic Christo.

Glo. ergo & Doct. hic omnes videntur ponere exemplum hoc, videlicet, ego habeo filium & filiam naturales, adopto extraneum in nepotem, tanq̃ natum ex alia filia, quam non habeo, quod licet s̃m eos. §. Minorem vers. Licet. j. de adoptio. l. Adoptare. ff. eo. titu. nã dicunt ipsi, ex quo transit in potestatem patris, fit agnatus filiis aui adoptantis loco nepotis, & per consequens alter ex filiis, videlicet, fœmina tanq̃ soror matris meæ, cùm sim adoptatus tanq̃ nepos ex filia, erit mihi matertera, & masculus auunculus, & si prohibebor materteram illã ducere in uxorem. Et quia glo. & Doct. uidẽt, q hoc exemplum patitur maximum cõtrarium, uidelicet, quia nepotes ex filia naturali non sunt in potestate. §. fi,

te.§.fi.s.tit.j.& hoc modo adoptatus ut nepos ex filia esset in potestate, dicunt, q in hoc adoptio non imitatur naturam: qua autē ratione recedatur a regula illa, q adoptio naturam imitetur nō dicunt, quia coacti ab exemplificando casum tex.in d.l.Per adoptionem. non curant uenire cōtra alias iuris regulas. Ego nō possum adduci, ut credam, q nepos adoptatus tanq̄ ex filia sit in potestate, qā nepos naturalis ex filia non est ipse in potestate.d.§.fi.q si non transit in potestatem, non pōt fieri agnatus nec cognatus pri, nec alijs. l. Qui in adoptionem.ff.de adop.cùm nō dicatur esse in familia.d.l. Qui in adoptionem.nec uideo qua ratione recedēdum sit à regula, q adoptio naturam imitetur.

1 Vnde glo.in d.l.Si qua.ponit exemplum alio modo, videlicet, habeo filium & filiam, adopto nepotem ex filia tanq̄ nepotem ex filio, quod fieri potest.l.Si paterfa.§.Qui duos.ff.de adop.& hoc casu si à pre detur in adoptionem auo materno, potest transire in potestatē adoptantis.§.Sed hodie.j.tit.i.postea adopto aliquē in filiū vel aliquam in filiam, certè ille nepos ex filia adoptatus in locum nepotis ex filio transit in potestatem meam, & efficitur de familia mea.d.l.Qui in adoptionem. vnde filia & filius postea adoptati, qui reperiunt nepotem ex filia in familia mea, fiūt illi agnati, & per consequēs nuptię inter eos prohibentur: Ecce ergo, q ille nepos ex filia adoptatus, ut nepos ex filio, erit nepos ex sorore illis postea adoptatis, qa illa eius legitima mater, cum sit effecta soror adoptiua illorum filiorum postea adoptatorum, efficit, vt fœmina adoptata in filiam sit matertera nepoti illi, & masculus sit auūculus, & cùm inter eos nuptiæ prohibeantur ratione agnationis, patet, q potest dici, q inter materteram & auunculum & nepotem uel neptem adoptiuos etiam prohibentur nuptiæ. Hoc exemplum profectò transit sine difficultate: solum in eo considerandum est, q quamuis uerum sit naturaliter illos esse coniunctos per fœmininū sexum naturalis matris, tamen inspecta adoptione, illi postea adoptati possunt dici patruus & amita, quia sunt fratres patris, in cuius nepotis locum adoptatus fuit. Redeundo modò ad declarationem glo. quia uidetur subobscura: eius sensus est, dum uult soluere tex. in §. fi.l. Per adoptionem. q illud, quod in d. §. fi. dicitur, q non possum ducere materteram etiā per adoptionem coniunctam, qū adopto in nepotem aliquam quasi natum ex filia mea, quam uel habeo, uel etiam non habeo, uel in pronepotem quasi ex nepote nato ex filia, quod possum, dicit gl.d.§.Licet.j.de adop.tūc enim soror & frater eius, cuius loco ē adoptatus, sunt matertera & auūculus, alii uerò omnes sunt filij: & sentiens glo. contrarium, illud, uidelicet, q illi, qui non sunt in familia, non agnascuntur.d.l.Qui in adoptionem. & nepos ex filia non est in familia.§.fi.s.tit.i.dicit, q in hoc adoptio nō imitatur naturam, hic autem tex.loquitur śm glos. qñ matertera ipsa adoptatur (puta) adoptata ē filia ab eo, qui aliam filiam habebat naturalem, & ex ea nepotē, certè non prohibebuntur nuptiæ inter eos. Quamuis enim possit certo modo matertera appellari per similitudinem, tamē quia non agnascitur, cum sit extra familiam, non potest habere locum prohibitio.

Subdit postea gl. rationem diuersitatis inter adoptionem factam de nepote uel de matertera, & dicit, quia vertitur pręiudicium legitimorum. Quando enim adopto nepotem, tūc est fauor legitimorum maiorum, qui possunt corrigere, & habent nescio quod imperium in minores: sed qū adoptantur matertera uel auunculus, tunc est in pręiudicium inferiorū legitimorum, quod esse nō debet, dicit gl. quæ ratio ridicula est, ut hic etiā aduertit Christo.& Ias. Ratio uera est, quia reperit uel non reperitur in familia secundum regulam l. Qui in adoptionem.ff.de adoptio.& ita declaretis.

In glo.fi. Glo. per se clara est: quem enim ego patruū voco, filius meus patruum magnum vocabit, vt.s. declaratum est, & ita de amita, auunculo, & matertera dicendum est. In uno tñ aduertendum est, quia frater aui paterni propriè dr̃ patruus magnus, & frater matris propriè dicitur auunculus.§.Quarto gradu j. de gradi. vn-
9 de dubitatum est, an frater aui materni dicat patruus, vel auunculus, & est tex.in l.j.C.de succ.edi.q uocatur patruus magnus, quāuis forsan non ita propriè, de quo tradunt oēs latè in l.i.C.de succ.edic. vbi Decius post alios: & quia est in loco ordinario, videbitis ibi.

Glo. postea quęrit de rōne diuersitatis. s. quare cùm quartus gradus non sit prohibitus.§.Fratris.s eo. prohibeantur nuptiæ inter istos, qui quarto gradu sunt, & assignat rationem tex. nostri, quia in linea trāsuersalium, qui non sunt in pari gradu, qui superiores sunt retinēt locum parentum, ideo prohibentur, quod non accidit in æqualibus, vt hoc tex.in prin. patrueles enim sunt in quarto, & tñ contrahunt, vt dicitur in tex. nostro.

## §. AFFINITATIS.

1 *Quoq; est dictio ĩplicatiua, cuius natura est includere.*
2 *Nurus }habentur pro filiabus, ideo non possunt du*
*Priuigna }ci in uxores.*
3 *Socer est loco patris, & quare.*
4 *Lex intelligenda est in casu dubitabili.*
5 *L.Quod Labeo.ff.ad Carbo.nouiter intellecta.*
6 *Leges.C.sunt aliquando de casibus indubitabilibus.*
7 *Cessante vna ex duabus rationibus finalibus non cessat dispositio: quod declara.*
8 *Affinitatis nomina an durent ea soluta.*
9 *Statutum, q inter affines fiat compromissum, an liget dissoluta affinitate.*
10 *Verba præteriti temporis sunt abnegatiua præsentis.*
11 *Vxores duas eodem tempore habere non licet: & quæ pœna sit.*
12 *Adulterium de iure ciuili non committitur cū soluta.*
13 *Affinitas qũo contrahatur de iure ciuili & canonico.*
14 *Affinitatis diffinitio.*
15 *Vir & uxor an sint affines.*
16 *Priuignus quis dicatur, & unde.*
17 *Remedium ordinarium concurrens cum extraordinario an & quando cessare faciat extraordinarium.*

Diuiditur in duas partes, in prima ponitur regula, q non solum agnationis vinculo prohibemur coniungi, sed etiam affinitatis ueneratione, & ponunt exempla cum ratione, in secunda declaratur dictum. secunda ibi, Quod ita.

Affinitatis ueneratione quondam nurum aut priuignam ducere non possum in vxorem.h.d.

Casus ita potest figurari: visum est, qualiter agnationis causa abstinendum est à quarundam nuptiis: dubitatum fuit, an affinitatis ueneratione esset etiā ab alijs abstinendum, & si qua ratio dubitandi allegari potest, ea potest esse, q in successionibus non erat olim paris potentiæ agnatio & affinitas, ut patet.j.de legi. agna. succ.& de success.cogna.in prin.dicitur tñ contrarium, q non passim ab omnium nuptiis, sed à quarundā tm̃ debemus abstinere, & exemplificat in priuigna & nuru, quia vtraq; filię loco est: sicut ergo non possumus amitam uel materteram ducere vxorē, quia matris loco sunt, ita non debemus posse ducere istas, quę filiæ loco sunt. Abhorret enim lex, q ij, qui vices inter se

paren-

parentum & liberorũ obtinent, coniongãtur, quemadmodum abhorret, q̃ parẽtes & liberi inter se copulentur. §. Ergo. ſ. eo. quod intelligendum eſt diſſoluto in vtriſq; matrimonio.ſ.mortuo vel filio meo, cui nurus mea nupta erat, vel vxore mea, ex qua illa priuigna mihi fuerat: ea enim conſtante alia ratione prohibeor, qa nec nurus duos ſimul viros habere poteſt, nec ego duas ſimul vxores.

Not.j.q̃ nõ ſolùm rõne agnationis, ſed affinitatis nuptiæ prohibentur: quid aũt ſit affinitas, dicetur in glo.i.

5 Secundò not.q̃ dictio (quoq; )eſt dictio implicatiua: ad idem eſt tex.in l.ii.ff.de pae.in l. Seruum quoq;.ff.de procu.Bar.in l.fi.col.j.ff.de eo quod certo loc.& eius natura eſt includere ſm Ang.in l. vnica.per illũ tex.C. de capi.ci.cenſi.eximen.li.xi.dicit Iaſ.in d.l.ii.in iiii.notab.

Tertiò not.q̃ non licet ducere in vxorem quondam

2 nurum aut priuignam, quia filiç loco ſunt: ex quo quartò potes not.q̃ nurus & priuigna pro filiabus haben-

3 tur, ratio eſt, quia ſocer loco parentis eſt. ſic in vitrico & nouerca, vt.j.§.ſeq.& ẽ tex.in l.Quia ff.ſolu. ma. vbi in ſocero glo.aſſignat rationem, quia cum uir & uxor vna caro ſint, ſocer autem ſit pater viri ipſius nurus, uidetur eſſe quaſi pater eiuſdem carnis, & ſic vxoris: eodem modo cùm uir (ut dixi) & uxor una caro ſint, quẽadmodum priuignç meç vxor mea eſt illi mater, & ego vna caro cum ea ſum, uideor etiam eſſe illi pater, & illa filia eiuſdem carnis.

Quintò not.ibi, Quod ita.q̃ ſemper lex intelligenda

4 eſt in caſu dubitabili: nam ſi intelligeremus de ea, quæ modò nurus aut priuigna eſſet, nulla ratio poſſet inducere nos ad dubitandum de hoc propter rationes ſubſequentes interpretari ergo ſemper debet lex, ut ſit de caſu dubitabili, & habente probabilem rationem dubitandi.l.Quod Labeo.ff. ad Carboni. Et quia in ſcholis habemus ſemper hoc dictum in ore, q̃ lex debet eſſe de caſu dubitabili, ideo libet aliqua circa hoc apponete. Et in primis quia ſemper ad hoc allegatur tex.in d.l.

5 Quod Labeo.aduertendum eſt, q̃ ille tex.non probat illud, ad quod allegari ſolet, videlicet, q̃ lex debeat eſſe de caſu dubitabili, ſed benè, q̃ quoties lex duobus modis intelligi poteſt, ea interpretatio amplectẽda ſit, per quam apparet legem decidere caſum habentem aliquã dubitationem potius, q̃ indubitabilem, & ita colligitur verè ex illo tex.q̃ lex potius debet eſſe de caſu dubitabili, q̃ de indubitabili. Quod enim leges aliqñ ſint de caſibus indubitabilibus, patet percurrenti leges ipſas, ſed de hoc habetur tex. in l. Filiũ diffinimus. ff. de iis, qui ſunt ſui uel alie.iu.ubi dicit iuriſconſultus, q̃ ſi maritus fuit abſens per decennium, & reuerſus filium anniculum inueniat, placet ſibi ſnia Iuliani filium eũ non eſſe: in quo nullus vnq̃ inueniet rationẽ dubitandi probabilem: facit tex.in l.iii.ff. de nata. reſti. quamuis ille tex. poſſit habere aliam rationem, de qua dicemus inferius, dum loquemur de legibus.C.

Prędictam regulam declarat Bar in l. Vbicunq; col. vi.verſi.Vltimò oppo.ff.de inter. actio. q̃ q̃uia deciſio, quæ ſit per aliquem ex iureconſultis, nõ eſſet dubia peritis & prudentibus, tñ ſatis eſt, q̃ ſit dubia aliis: unde illud, quod dicitur, q̃ lex debet habere dubitationem, intelligit in qua quilibet nõ ita peritus poſſet hęſitare & dubitare: & ita in ſimili dicit Lancel.Galigaul. in repetitio.l.Centurio colum.xxxvij.verſic. Primò enim.ff. de vulg.& pupil.

Limitatur hęc regula, ut non habeat locum in legi-

6 bus. C. quia in eis non eſt neceſſarium, q̃ ſint de caſu dubitabili, ita dicit Deci.in l.fi.in prin.col.i.uerſ.Tertio reſponderi poteſt.C.de inſti.& ſubſti. aſſignat rationẽ, quia reſpondent ſm contingẽtiam facti. Sed hęc ratio poſſet retorqueri, quia in contingentia facti non aditur Imperator, niſi ſuper iis, quæ probabiliter dubia ſunt.l. ii.C.de legi.Tamen defendi poteſt, quia aliquando etiã abſq; probabili dubio interrogatur nedum Imperator, ſed etiam iureconſulti, ut patet in d.l.iii. ff.de nata.reſt. in l.Domitius Labeo.ff.de teſta.

Secundò declarat hanc regulã Deci. in c. j. col. ix.ad fi.verſi. Et ideo alias Senis.de indi. uidelicet, q̃ regula procedat in dubio: ſed quoties apparet, q̃ lex habet aliquem caſum pro indubitabili, ut quia in ea lege reperiatur uerbum (proculdubio) ut in l.Si conuenerit.ff.de iuriſ.om.iud.tũc nõ eſt quærẽda in ea lege rõ dubitãdi.

Tertiò ego limitarem in omnibus legibus tradentibus regulam & declarantibus terminos: nam in eis nõ eſt quærenda aliqua ratio dubitandi, quia hęc prima principia debent carere dubitatione, tanquam theſes & propoſitiones vniuerſales ferè per ſe notæ.

7 Sextò not.q̃ qñ reperiuntur duæ rationes finales in aliqua diſpoſitione, tunc una ceſſante nõ ceſſat alia, & hic tex.ſemper allegatur ad hoc: nam hic nurus & priuigna prohibentur duplici ratione duci in uxores, prima, quia alteri nupta nurus eſt, & ego priuignç matrẽ habeo in vxorem, ſecunda, affinitatis ueneratione: ceſſat prima ratio, quia uel moritur filius meus, cui nurus nũpta erat, uel uxor mea, non per hoc tollitur impedimentum, quia alia ratio affinitatis militat.

Hoc declara, qñ dictæ rationes ſunt ęquè finales, & quęlibet de ſe eſt efficax ad impediendum, ut hic: alioquin ſi ambę requirerentur, altera earum ceſſante diſpoſitio remanet inefficax, ita declarat Abb. in c. Cùm ceſſante. de appell. ubi not. Deci. in i.not.in iiii. q. per tex.in c.Quoniam frequenter.§.Porrò.iuncto.§.Sin autem. ut lite non conteſt. ſed quia Decius ibi non benè uidetur adhærere huic opi.quia tunc (dicit ipſe) cauſæ non ſunt finales, ſed impulſiuæ, tu exemplifica ut facit Alcia.in lib.i.de Verbo.ſigni.uerſic.Explicito articulo, quę uerborum ſit proprietas.uidelicet, pone, q̃ familia album Prætoris corrupit, iniuriã Prętori fecit, qui iua oindictæ publicę proſequitur, an dominus pro omnibus teneatur? Et lex dicit, q̃ ſic.l. Si familia.ff.de iur. om.iud.Duplex enim eſt hic ratio, nempe quia plura facta hic cenſentur, item quia de publica uindicta agitur. Pone modò, q̃ altera ceſſet (puta) quia uel unicum factum ſit, uel quia de uindicta priuata agatur, certè his caſibus dominus pro uno ſolidum ſoluẽs liberat alios l.Illud.ff.ad l.Aqui.

8 Septimò no.q̃ nomina iſta propria affinium, (puta) priuigna, & nurus, intelliguntur non ſolum de iis, quæ nunc ſunt priuignę & nurus, ſed & in prętęritum. Non enim fuiſſet neceſſaria hæc declaratio, ſi verbũ ipſum ſui natura reſtringeretur ad præſens: cuius tamen contrarium dicit apertè tex.in l.Cui eorum.§. Affinitates. ff.de poſtulan.Sed glo.& Bar.ibi ſoluunt, q̃ hoc eſt uerum præter q̃ in nuptiis cõtrahendis, ut hic, in quibus attenditur affinitas non ſolum præſens, ſed quę olim fuit, in cæteris verò præſens tantum affinitas conſideratur.d.§. Affinitates.quod poſſet facere ad ſtatutum,

9 q̃ inter affines fiat compromiſſum, de quo per Iaſ. hic, quod alias uidi conſultum per excellentem uirum dominum Pe.de Exio in ſtatuto Florẽtino, q̃ mulier, quæ tranſiuit in familiam uiri, & exiuit conſorteriam, non ligetur dicto ſtatuto.

10 Octauò not.ex hoc loco Chriſto.hic, q̃ uerba præteriti temporis ſunt abnegatiua pręſentis, ad quod allegat.l.iii.§.Lege Iulia.ff.de teſti.ibi, Palamve quæſtũ fa-

11 ceret feceritue. Qui enim dicit præteritũ, puta, ea quæ ſtum palàm fecit, uidetur abnegare præſens, ut hodie non faciat, quod tamen non eſt ſemper verum, vt alibi opportunius dicetur.

Nonò not. Chriſto. ex illis uerbis.ſ. proximia, ualet? Quia

Quia vterq; filiæ loco sunt.q̄ nouerca est loco matris,
de quo dicendum erit.j.in §. seq.
11 Decimò not.q̄ nec mulier pōt esse nupta duobus,
nec vir potest habere duas vxores, concor. l. Eum qui
duas.C.de adul.& dicit hic Ang.q̄ qui habet duas vxo-
res,puoitur pœna stupri,noo adulterij: circa quod di-
cas,q̄ aut matrimonium secūdum fuit contractū scien
ter,aut igooranter:si fuit cootractū sciēter, quia vterq;
coniugum sciebat alterum esse coniugatum,& re vera
erat coniugatus,puta, mulier cōtraxit cum viro,quem
sciebat habere aliam vxorem,& tuoc puoitur de adul-
terio, noo de stupro.l.Quamuis io fi.& authen.Sed ho
die.C.de adulte.si verò vir erat solutus, mulier autem
erat coniugata,& nihilominus contraxit matrimooiū
12 cum prædicto viro,punitur pœna stupri, quia de iure
ciuili non committitur adulterium cum soluto,puta,si
vxoratus iaceat cum soluta ſm Ang.& Sali. in d.l. Eum
qui duas.& Bal.ibi in termiois,& Cin.in l. 1. C.de adul-
te.Et pari ratione è conuerso,si uir habeos uxorem cō
trahat matrimonium scienter cum ea,quam sciebat ha
bere alium uirum,punitur pœoa adulterii:si cootrahat
cum soluta,punitur pœna stupri,vt dictum est. Si verò
ignoranter contraxerunt secundum matrimonium, fit
separatio matrimooii,& reuertitur ad primam c. Nu-
per.de biga.c.Accepisti.de sponsa duo. agetq; pœniten
tiam de peccato d.c.Accepisti.& c.Fraternitatis.xxxiij.
distin.c.Presbyter.lxxxii.distin.c.Hoc ipsum.xxxiii.q.ii.
pœnas autem iuris ciuilis euadet, dummodo sit igno-
rantia facti probabilis:si enim errassent io iure putao-
tes licere contrahere matrimonium cum duabus,secus
esset.l.Si adulterium cum incestu.§.Iidem Pollioni vbi
Bart ff.de adul in l.Qui contra legum.C.de ince. nupt.
vbi glo.Bald.& Sali.nisi propter ætatem excusarentur:
vt ibi habetur,& ita teneas,de qua.q. uide Ang. de Are.
in trac.malefi.in uerb.Che m'hai adulterata la mia don
na.oume.65.ver.incipi.Et aduerte, quia vidi multos iu
dices,& ibi Ang.de Arimi.& Paul.Ghir. in tracta.de pę
nis omnifariam coitus lib.3.in xiiii.q. Et videndum est
quod scribit Roma. consi.31.Tu scis, quę pœna.decla-
rat Alex.consi.165.Visis.in prin.li.7.

Vnum tamen memoria dignum nolo uns ignorare,
primùm q̄ hanc constitutionem, q̄ duas simul habere
vxores non liceret,diu obseruatam unus Valētinianus
Imperator sustulit,ut eò libentius sibi alteram vxorem
adiūgeret,statuitq; cuiq; duas habere licere, quod Pao
lus Diacoous in Valente retulit, & Cassiodo. in histo.
tripar.lib.viij.c.xj.qui mos fuit etiam Atheniensibus,
ut testatur Gellius lib.xv.c.xx.& aliis quàm plurimis,
de quibus hic in nostris Annota.

In glo.j.Glo.quærit, quid sit affinitas, & diffinit affi-
13 nitatē,prout sumitur & contrahitur de iure ciuili:ali-
ter enim sumitur & coutrahitur de iure canonico.De
iure enim ciuili non contrahitur, nisi ex iustis nuptijs:
ex illicito enim coitu, & sic ex alio coitu,q̄ matrimo-
niali, & ex iniustis nuptijs nō cōtrahitur. l. Noo facilè.§.
Affines. & §.Sciendum.§.de gradi.cogna.licet Azo con
trarium voluerit per tex.io l.Et nihil.ff. de ritu nup. qui
tex.non loquitur de affinitate,sed de cognatione:de iu
re autem canonico ex quocunq; coitu etiā illicito coo
trahit affinitas. c.pe.de eo qui cogno.consan. uxo.suæ.
q̄nis aliqui uoluerint,q̄ causaret tm̄ impedimentū pu-
blicæ honestatis per tex.in c.Discretionem eo.tit.

Et quia in matrimoniis(ut dixi)ius canonicum attē-
dendum est in iis,quę discrepant a iure ciuili, ut dictū
est.s̄.sępius,iden ſm ius canonicum attendenda est dif
14 finitio affinitatis:ea sic difinitur ſm Cano. Affinitas est
personarum proximitas ex coitu proueniens omni ca-
rens parentela.ita cōiter diffiniunt Doct.circa quod est
aduertendum,q̄ illa uerba(omni carens parentela)non
benè ponuntur in d.diffinitione: nam affinitas potest
concurrere cum consanguinitate, ſm quod cōmuniter
etiam fatentur.Cano. Pone enim,q̄ consanguinei con-
trahant nuptias in gradu permisso puta, in quinto gra
du,uel etiam in priori gradu cum dispensatione in gra
du prohibito lege positiua.c. Quod dilectio. & c. Quia
circa.de consan.& affi.nam eo casu omnes consangui-
nei uiri sunt affines mulieris,& è contrario omnes con
sanguinei mulieris sunt affines uiri, & sic erit affinitas
non omni carens parentela:vnde vera diffinitio erit si-
ne illis uerbis, Affinitas est personarum proximitas ex
coitu proueniens: q̄uis etiam possit saluari diffinitio
duobus modis,primò quia uerba, quę ponunt ad diffi-
niendum,satis est,q̄ à cōiter accidentibus verificentur
in definitionibus legalibus.l.Suus quoq;. §.Fuio ff.de
hære.insti.Deci.in rub.de iudi.col.iiij. secundò, quia in
his casibus consanguinitas concurrit accidētaliter,nō
essentialiter, quia parentela consanguinitatis non est
qualitas essentialis affinitatis, ut declarat Neratius in
tractatu arboris affini.col.i.in.i.q.

Et dum glo.dicit,q̄ sine nuptiis contrahi non potest
affinitas de iure ciuili, Ang. hic tenet contrarium ſm
opi.Azo.q̄ etiam ex illicito coitu contrahatur per d.l.
Et nihil.sed(ut dixi)ille tex.loquit̄ de cognatione,non
de affinitate.Cùm enim cōstet quem natum esse ex eo-
dem uentre,ex quo nata est illa, quam uult in uxorem
ducere,prohibetur etiam q̄ fuerit illicitus coitus, co-
gnationis ratione,noo affinitatis:cùm enim affinitas sit
diuersarum cognationum non per sanguinem, sed per
nuptias copulatio, ut declarat hic Theophilus,& in l.
Non facilè.§.affines.ff.de gradi.& si illicitè contrahāt,
nuptiæ non sint. §. Si aduersus.j. eod.d.l.Non facilè.§.
Sciendum.l.Videamus. la.ii.in prin.ff.de usur. sequitur,
q̄ affinitas esse non possit, quod intellige quò ad cōmo
da,quia quò ad incōmoda potest.l.i. unde vir & vxor.

In ea.glo in fi.Vera est responsio glo.q̄ uxor est cau
15 sa affinitatis,origo,& principiū ipsius,& ea media itur
ad finem alterius cognationis, unde affines dicuntr,d.
l.Non facilè.§.Affines.ff.de gradi.& ita cōcludunt com
muniter Doct in l.1.C.vnde vir & vx. Et quamuis statu
ta loquentia de affinibus nō uerificentur in uiro & vxo
re ex propietate verbi, tā verificantur ex ratione.quia
quod disponit̄ de aliis affinibus, debet disponi de his,
qui sunt causa affinitatis per regulam Propter unum-
quodq; tale & illud magis,auth.Multò magis. C. de sa-
cro san.eccle.& est tex in proposito,ut declarat Pau.de
Ca.in d.l.i.& Alex.ibi larius in prin.Nec ualet argu.glo.
quia uerum est,q̄ affinitas precedens impedit contra-
hi matrimonium,sed affinitas,quæ causatur eo momen
to,quo causatur matrimonium,non impedit,quia non
est affinitas sine matrimonio,& est ferè quæstio de pun
cto,quod declara ut hic per Christo. q̄uis uir & uxor
quandoq; affines dicantur l.Non ideo.C. de hære. insti.
16 In glo.in uerbo,Priuignam.Priuignus ergo est filius
uxoris meæ ex priori matrimonio, & pariter respectu
vxoris filius mariti eius ex prima vxore, dictus quasi
prius genitus,q̄ mater secundò nuberet: si quidem an-
tiqui dictionē hanc(pri)pro (præ) sæpius vsurparūt,vt
author est Festus.Hinc iocatur Martialis libro.iiii.

Priuignum non esse tuæ te Gallę nouercæ.
Rumor erat,coniux dum fuit illa patris.

Et priuignam prolem dixit Colum.lib.x.

In glo.io verbo,Nupta est.Glo. elicit argumentū ex
hoc tex.in duobus locis.s.in vers.Quod ita. & in versic.
Item si adhuc.q̄ siquis habet generale auxilium & re-
medium,non potest petere speciale:cùm.n.in casu no-
stro qui habet vxorem non possit aliam ducere, & hæc
ratio militet,non est opus deuenire ad prohibitionem
affinitatis,& benè dicit glo.q̄ hic tex. facit in argumen
tum,

tum,nam facit ad hunc articulum à longè,cùm non sit
dare rationem,quare magis specialis sit ratio illa affini
tatis,q̄ illa,ꝙ duas uxores habere non licet: quia tamé
Ang.hic & alii videntur hic attigisse hanc regulam,qñ
remedium extraordinarium concurrens cum ordina-
rio cesset vel non,de quo verisimile est intellexisse glo.
cùm alleget text in d.l.In causę la. ij. ff. de mino. mihi
placet resolutio Ias.in l.In prouinciali.§.j. vt constitua
17 mus regulam generalem,ꝙ remedium ordinarium fa-
ciat cessare extraordinarium per tex. in d.l. In causæ.&
in d.l.In prouinciali.§.j.vbi si alia actio pręter restitu-
tionem in integrum cõpetit,non datur restitutio,quia
commune auxilium sufficit.

Hęc regula primò limitatur,qñ remedium extraordi
narium est contra ius cõe,vt est ipsa restitutio, secus si
esset remedium extraordinarium, sed secundũ ius cõe
secundum gl.in l.j.§.Per hanc.ff.de rei ven. tunc enim
non cessat remedium extraordinarium.

Secundò limitatur,qñ remedium ordinariũ est facti:
nam tunc non facit cessare extraordinarium, glo. pen.
in l.De pupillo.§.Meminisse.ff.de oper.no.nun.

Tertiò limitatur,qñ remedium ordinarium est gene
rale,extraordinarium verò speciale, nam tunc speciale
non cessat per generale ordinarium l. Si legatarius. ff.
de dolo.Et hinc est, ꝙ interdictum. Vnde vi, quod est
generale,non tollit remedium nunciationis noui ope
ris,quod est extraordinariũ,immo concurrit.l.Si alius.
§.Ait Iul.ff.quod vi aut clam.in l.Prætor.§.Non nulli.ff.
de oper.no.nun.

Quartò limitatur,qñ extraordinarium est vtilius,&
pinguius prouidet,puta,quia faciliores probationes re
quirantur,glo.not.in l.fi.C.si aduer.rem iud. Barto.in l.
Aemilius in prin.per illum tex.ff.de mino.

Quintò limitatur,qñ ordinariũ non principaliter cõ
petit ad idem,quod extraordinarium,sed per cõsequen
tiam,glo.est not.in l.j.in prin.ff.si vsusfr. peta.

Sextò & vltimò fallit,quando cõpetunt contra diuer
sas personas.l.Etiam.& ibi Bar.C.si tutor uel cura.inter
in l.Si minoris.& ibi Bart.ad hoc not.ff. de admi. tuto.
& quia hæc materia examinat in d.l. In prouinciali.§.j.
ff.de ope.no.nũ.qui locus est ordinarius,satis sit retulis
se simplr has limitationes positas à Ias. in loco pdicto.

In glo.fi.De hac materia diximus quę necessaria vi-
sa sunt.s̄.in x.not.vbi videndum.

## §. SOCRVM QVOQVE.

1 *Superfluum non dicitur,quando gratia iuuenum ali-
quid repetitur,ut magis clarè explicetur.*

2 *Nouerca} Socrus } sunt loco matris.*

3 *Nouercale odium prouerbium.*

4 *Nouerca,id est inimica.*

5 *Impedimenta duo si concurrant,quorum singula suffi-
cerent,uno cessante non cessat dispositio.*

6 *Affinitas dissoluitur dissoluto matrimonio.*

7 *Statutum,quòd affinium causæ compromittantur, nõ
habet locum dissoluta affinitate.*

8 *Nouerca unde dicta.*

Diuiditur in tres partes , in prima ponitur
probibitio.s.quæ est inter socrum & ge-
nerum,nouercam & priuignum cum ra-
tione:in secunda declarat intelligi disso-
luta affinitate : in tertia ostẽdit inconue-
niens.quod sequeretur,si aliter intelligeretur. secunda
ibi,Quod & ipsum.tertia ibi,Alioquin.

Cum socrus autem nouerca quondam matrimoniũ
non contrabitur,hoc dicit.

Casus potest figurari eo modo, quo in superiore.§.
cum prosequatur exempla eadem,quę suprà posuerat,
vt dicetur in not.& si qua erat ratio dubitandi, illa pos-
set considerari,quia cum hoc impedimẽtum proueniat
ex causa & veneratione affinitatis, vt s̄.§.pręced.in pri.
cum præsupponatur illam dissolutam, videbatur tanq̄
cessante ratione cessare etiam impedimẽtum:quo non
obstante deciditur contrarium illa rõne,cũ quia matris
loco habeantur,remaneat reliquiæ illius coniunctio-
nis,cuius veneratione surgit impedimentũ prædictum
de quo dicetur etiam in glo.in verbo, Affinitate.

Et antequam ad not.deueniam, pro intelligentia hu
ius tex.videtur,ꝙ hic §.totus sit superfluus : cum enim
in pręced.§.prohibeantur coniungi vitricus & priui-
gna,socer & nurus, profectò idem dicendum erat in
nouerca & priuigno,in socru & genero, quia cùm sint
correlatiua,nec sit ratio differẽtiæ in masculo & fœmi
na, idem censebatur dispositum,quod potest tolerari
1 in pręsenti libro gratia iuuenũ composito , vt maioris
cuiusdam declarationis causa aliqua ponantur, quæ p
se sunt superflua.

Not.j.ex isto tex.ꝙ socrum meam prohibeor ducere
2 vxorem , item nouercam, quia vtraq; loco matris est ,
etiam dissoluta affinitate.Sed quomodo potest esse no
3 uerca loco matris,cũ nouercale odium iam in prouer
bium transierit.l.Non est.quæ est lex.iiij. ff. de inoffi-
testa.quem tex.ad hoc ibi not.Ang.ubi habetur, ꝙ ple-
runq; sanguini suo faciunt iniuriam testantes blandi-
tijs & nouercalibus delinimentis corrupti.Est enim in
natum ac fatale quoddam odium nouercarum in pri-
uignos , vnde emanauit epigramma illud elegantissi-
mum,quod sub titulo Callimachi circunfertur,& ver-
tit olim Erasmus,

Exiguo lapidi puer addit serta nouercæ,
Mutasse ut uitam sic ratus ingenium,
At puerum extinguit tumulo hæc illapsa nouercæ.
Priuigni exanimen uel tumulum fugite.
Et Euripides in Alcestide,
Hostis nouerca est antè natis liberis,
Nihiloq; mitior nocente vipera.

4 Hincq; factum est,vt nouercam pro inimica accipere
soleamus & cõtraria,ut nouercam vmbram dixit Plin.
lib.xvij.c.xij.Et dicit gl.in c.Pastoralis in verbo,Princi
pia.de re iudi.solere nouercas in priuignos sæuire. Sed
ꝙ matris loco fuerint propter reuerentiam,cùm nuptę
patri fuissent,& tenuerint ferè locum matris, ideo pro
hibentur nuptiæ inter eas & priuignos.

Secundò nota,ꝙ aliquid introducitur uel prohibe-
tur duabus rationibus finalibus,una cessante nõ cessat
effectus,de quo latè dictum fuit. s̄. in præced. §. in vj.
nota.& mihi magis videtur, ꝙ posset elici hoc not.ꝙ
qñ ad impediendum aliquid duo concurrunt impedi-
menta,quorũ singula sufficiunt ad impediendũ, vno re
moto non remouetur impedimentum.

Tertiò not.Ange.hic,ꝙ prohibitio causata ex affini-
tate durat etiam ea dissoluta, de quo dicendum erit in
glo.in verbo,Affinitate.

In gl.j.Vult dicere glo.ꝙ prohibetur matrimonium
non solùm cum matre uxoris meæ,quæ socrus est,sed
cum auia quoq; & proauia: Item nõ solùm prohibeor
nouercam meam ducere uxorem,sed etiam aui & pro
aui uxorem:intellige aliam præter illam,ex qua descen
do,ita est tex.in d.l.Adoptiuus.§.Nunc uideamus.& di
ctum fuit in præced.§.

In glo.Prohibitum.Glo.benè dicit, ꝙ hoc prouenit
ex affinitate:quod innuit implicatiua illa (quoque ) de
qua dictum fuit.s̄.in præced.§.in ij.notab.

In glos. Affinitate . Glos. sic arguit, dictio(quoque)
ostendit,

ostendit, ꝙ affinitatis causa prohibentur nuptię inter socrum & generum, inter priuignũ & nouercam, modò si hoc causatur ex affinitate, & hic dr̃ quòd intelligendum est dissoluta affinitate, videtur contrarium, quia si affinitas dissolnra est, nõ põt causare impedimentum, quia non entis nullæ sunt partes. §. Seruus. j. de capi. dimi. Gl. rñd. fatendo contrariũ. s. ꝙ non est dissoluta affinitas, quia túc procederet obiectũ, sed est dissolutũ matrimoniũ, quod est causa affinitatis, & sic quod dicitur hic dissolura affinitate, intelligitur. i. dissoluto matrimonio. Circa hoc aduerte, ꝙ nõ dicit tex. in §. præcedẽ. ꝙ affinitatis causa, sed ꝙ affinitatis veneratione. Illa enim veneratio, quæ quondã fuit, non põt deleri, q̃uis dissoluatur affinitas: publica enim quædã honestas dictat, vt eam in vxorem non ducã, quã alias habui loco matris, & hæc est veneratio, quæ per dissolutionẽ affinitatis non dissoluit aliquo modo: Abhortet enim ciuilis quędã honestas & pudor, vt cũ ea coeã, quam alias habui in matrẽ, & hoc est, quod dixit tex. Veneratione affi-
6 nitatis. Sed circa materiã hui⁹ glo. dicatis, ꝙ dissoluto
matrimonio dissoluitur affinitas, & ideo priuilegia con-
7 cessa propter affinitatẽ, ea dissoluta cessant: Et ideo statutũ, ꝙ affinium causæ compromittant, receptũ est, vt non habeat locũ dissoluta affinitate, ita Bald. Saly. Pau. de Ca. & alij in l. fi. C. de verb. sig. Bart. Bald. & Ang. in l. Cui eorum. §. Affinitatis. ff. de postulan. cum fi. vt per Ias. in l. Sicut aũt. ff. de re iudi. & ratio est, quia videtur cessare amor, vt dicit Bal. in c. In literis in fi. de testi. in c. Accedẽs el. ij. col. fi. vt lite nõ cõtesta. Hippo. in l. j. §. Idem Nummio col. ii. de quæstio. sed hoc (vt dixi) q̃uis in alijs verum sit, tamen quò ad impediendũ matrimonia cessat, vt in hoc tex. & c. Nõ debet de. consan. & affi. cum fi. & ita concludunt Doct.

8 In gl. in verbo, Nouerca. Glo. ponit etymologiam nouercæ, vel quasi nocẽs arcus, vel noua arca sine fructu, quia plerũq; (vt dictum est in not.) nocent priuignis, tex. est in d. l. iiij. ff. de inoffic. testa. Dicebam alias deriuationẽ inde sumptam, ꝙ quasi noua domus princeps à patre superinducta sit.

In glo. fin. Dic, quòd melior lectio, est Non potes, & ita legendum est.

## §. MARITI.

1 *Priuigni possunt inter se contrahere matrimonium.*
2 *Rectè. i. iustè, & differt à dictione (ritè.)*
3 *Affines qui dicantur.*
4 *Vxor & eius cognati sunt affines uirò & è conuerso ipsi uerò inter se non sunt affines.*
5 *L. Amitæ. C. cõmu. de successio. declaratur.*
6 *Fiscus non solùm excluditur per uxores, sed etiã p coniunctos secundum glo. quæ reprobatur.*

NOn diuiditur propter vnicam verborum structuram: & hoc dicit in summa: Filij duorum coniugum ex priore matrimonio intè copulantur ex l. Generali. §. Inter priuignos. ff. eod.

Casus ita potest figurari, quæsitũ est, an duo priuigni filij duorũ coniugũ ex prioribus matrimonijs iurè coniungantur, & videbatur dicendũ ꝙ non, quia videbantur inuicem fratres & sorores: sicut enim per adoptionem, qñ vt filius adoptatur, efficitur frater vel soror filio naturali, & nuptię inter eos prohibentur §. Inter eas. s̄. eo. eodẽ modo qñ pater ducit in vxorẽ mulierem, quę filiam ex priore matrimonio habet, cũ vir ei loco patris efficiatur, vt s̄. §. proximo, videtur, ꝙ per consequẽs ea loco sororis fiat eius filio, & ideo nuptiæ inter eos prohibeãtur: Cuius cõtrariũ dicitur, quia q̃uis, qñ vir & vxor coniunguntur, omnes cognati vxoris efficiãtur affines viri, & oẽs cognati viri efficiantur affines vxoris, tñ inter eos nullã affinitatem impeditiuam matrimonij contrahunt. c. Quod super his. de cõsan. & affini. vnde licet vir sit loco patris priuigni, & vxor loco matris, tñ verè non sunt pater & mater, nisi causa venerationis cuiusdam, non ergo efficiuntur verè fratres, & quia sunt gradu ęquali. nõ nascitur etiam aliqua veneratio, cuius cõtẽplatione nuptiæ prohiberi debeãt, vt est glo. fin. s̄. in. §. Duorum. hoc eodem titulo.

1 Not. j. ꝙ priuigni possunt inter se contrahere matrimonium, quamuis habeãt postea fratrem cõem. i. vterinum & consanguineum, vel germanum ſm aliquos, tanq̃ ex eodem germine: rationem posui in figuratione casus, & est tex in d. l. Generali. §. Inter priuignos. ff. eo. in. l. Titia in prin. ff. de verb. oblig.

2 Not. secundò, ꝙ dictio (rectè) idem importat, quod iustè, & in hoc differt à dictione (ritè) quę importat seruatis seruandis, vt not. Docto. post Barth. in l. Iustè possider. ff. de acqui. poss. & notatũ fuit s. in proœ. in prin. quamuis aliquando confundantur, vt ibi dictum fuit, & alibi etiam oportunius dicetur.

In glos. j. Gloss. vult quasi adducere rationem dubitandi, quam s̄. adduximus nos in figuratione casus: sed cessat, quia non sunt fratres aut sorores isti, nec affinitate aliqua se attingunt, cùm inter se non efficiantur affines, vt declaraui suprà.

In gl. Habeant. Nescio qualiter glo. distinguat maiores & minores: sensus tex. est, ꝙ q̃uis hi compriuigni habeant fratres cões. i. qui vtriq; eorum sint fratres ex matrimonio ab eorũ parẽtibus post eorũ natiuitatẽ cõtracto, & ex eo. s. quo priuigni effecti sunt, nihilominus non contrahitur aliqua affinitas inter eos: unde non est facienda aliqua distinctio minorum, aut maiorum, & ita dicendum est, dum sequens glo. interlinearis exponit ex matrimonio. s. maiorum: nam intelligendum est ex matrimonio eorum parentum.

In glo. in verbo Postea. Dic, ꝙ dictio (postea) referri debet ad verbum (contracto) vt sit sensus, ꝙ q̃uis isti cõpriuigni habeant fratrẽ cõem ex matrimonio contracto, postq̃ ipsi nati sunt, ab eorum parẽtibus, qui vtrũq; priuignum habeat in fratrem & sororem, vt declarat gl. tamen non efficiuntur affines, nec impediuntur contrahere: quod etiam clarius patet ex verbis Theophili hic in suis institutionibus, cuius verba clarissima sunt.

In ea. gl. ibi, Viro. n. &c. Iam dictum est s̄. ꝙ affines di-
3 cuntur, quia ad finẽ alterius cognationis altera accedit.
4 l. Non facilè §. Affines. ff. de gradi. & ꝙ vxor & eius cognati fiunt affines viro, & vir & eius cognati fiũt affines vxori, ipsi autem inter se non fiunt affines, vt dicit ad literam tex. in d. c. Quod super his de consan. & affini.

In ead. ibi, Vnde reprobatur &c. Quia gol. subobscura est, ideo sic declara: fuit quarundam glo. opinio, ꝙ nullus de arbore. i. qui positus sit i arbore ducat aliũ ad affinitatẽ. s. contrahẽdam, quæ reprobatur per d. c. Quod super his. nam videmus, ꝙ persona viri ducit ab arbore omnes eius coniunctos, & facit eos affines vxoris.

In fi. glo. Dicit glo. ꝙ nati ex prioribus matrimonijs
ante contractum matrimoniũ inter parentes eorum, si
postea etiam decedãt, inuicem non succedunt, allegat
tex. l. Amitæ. C. cõ. de succes. & quia casus & verba il-
5 lius tex. iuuenibus apparent difficilia, ideo dic, & pone
casum, ꝙ ego habebã amitã, quæ habuerat duos viros, & vltimus eius vir habuerat etiã ipse aliam vxorem: ipsa amita mea decesserat relictis filijs, ego volebam illi succedere, consulti Dioclitianus & Maximianus Imperatores dicunt, ꝙ si ipsa amita mea reliquit filios, frustra quæro illi succedere, cùm successio pertineat ad

eius

eius filios:sed quia præsupponebatur, ꝙ ij filij decesserint intestati superstite me, nepte ex fratre, & priuignis dictæ amitæ meæ, distinguitur. s. ꝙ si isti priuigni sunt consanguinei filiorum amitæ, quia sint nati ex eodem patre, quo nati sint isti filij amitæ, quia isti filij amitę nati sint ex hoc secundo matrimonio, ita ꝙ sint fratres ex eodem sanguine patris & eodem germine, dicit tex ꝙ excludunt me, quia sunt & agnati & cognati in secūdo gradu, ego aūt sum eis in iiij. sed si ij filij amitæ mortui intestat, nati sint ex priore matrimonio amitæ meæ, nō autem ex eodem patre, tunc cùm nūquam sint consanguinei, nec cognati, cùm inter eos non sit cōtracta affinitas, hæreditas pertinet ad me, & ita declara verba vltima illius tex. (na si amitinis nois) quæ habent quandā satis extraneā significationē & constructionē. Patet ergo ex illo tex. ꝙ cōpriuigni non succedūt inter se, nec etiā (dicit gl.) si postea nati sint, nā ipsi nō succedunt alteri, nisi deficiente omni parentela, vt facit vir & vxor, excluso tantùm fisco. l. j. & authen. Præterea. C. vnde vir & vxor. & hac glo. in hoc sing. esse dicit Ange. ꝙ fi-
6 scus non solùm excluditur per vxores, sed etiā per earū coniunctos, si nullus sit de sanguine viri. Io. Fab. dānat opi. gl. quia cùm hoc priuilegium sit solùm concessum viro & vxori. non videtur. ꝙ debeat extendi ad coniunctos eorū, cū quo transit Ang. hic, licet Ioan. de Platenea opi. gl. ſm eū, & malè: & hæc gl. cōiter dānat in d. l. j C. vnde vir & vxor. Sed adoertendū est, ꝙ Nic. de Neap. & Ang. & Christo. hic dicunt & eliciunt ex hac gl. ꝙ nedū vir & vxor ad inuicem succedēdo excludant fiscum, vt in d. l. j. sed etiā cognati viri & vxoris, qui inuicem non fiunt affines, vult glo. ſm eos, ꝙ excluso fisco inuicem succedant, quod profectò esset mirabile. ꝙ gl. hoc voluerit: cùm. n. nulla inter eos sit affinitas d. c. Quod super his. ergo nulla est successio, maximè quia nec etiā affinitatis iure permittit aliqua successio. l. Affinitatis. C. cō. de success. Ias. tamen hic & in d. l. j. dicit, ꝙ hæc gl. malè notatur, & gl. nō voluit hoc, & per consequens nō meret reprehendi: nā eius sensus est, ꝙ licet oēs cognati mariti efficiant affines vxoris, & è cōuerso oēs cognati vxoris efficiant affines viri, tñ per hoc inter cognatos mari ex vna parte & cognatos vxoris ex altera, quantū ad eos nulla affinitas cōtrahit, & ideo ad inuicem non succedunt, nisi sicut vir & vxor cōtracto matrimonio, vt in d. l j. Nā (dicit Ias.) gl. vult dicere, ꝙ agnati viri non succedūt cognatis vxoris, nec è contrario, quia nullā inoicē habent affinitatē, nisi cōtingeret, ꝙ cognatus vxoris contraheret matrimoniū cū cognata mariti, nā tunc propter tale matrimoniū benè succederet, quia sunt vir & vxor d. l. j. & dicit Ias. ꝙ hic est verus sensus huius gl. quamuis aliter & ineptè à Docto. fuerit intellecta, & ideo dicit circa eā esse diligentius considerandū. Quāuis, si gl. ita dixisset, benè dixisset, & verū, vt dicit Ias. tñ nec voluit nec potuit hoc dicere gl. ꝙ noluerit, patet ex verbis, nā nō dicit, ꝙ succedūt eò ꝙ sint vir & vxor, sed dicit, ꝙ succedūt, sicut facit vir & vxor, & ideo ponitur exēplicatiuè, & per consequens non ꝙ sint vir & vxor, & tanq̄ vir vxori, sed sicut succedit vir vxori, & si cùm nullū simile sit idē. l. Quod Nerua. ff. deposi. patet, ꝙ gl. noluit ita intelligere: sed ꝙ non potuerit, patet, quia qō postea esset contractum matrimonium inter cognatos viri & vxoris, nulla careret cōsideratio, ꝙ fuissent olim cognati alterius viri & vxoris, sed essent considerandi, vt sunt vir ꝙ vxor, & ita intelligenda est gl. quamuis falsa sit, & debeat reprehēdi, ut reprehendunt hic Doct. & ibi.

## §. SI VXOR TVA.

1 *Vxor haberi non potest filia uxoris quondam tuæ nata facto tecum diuortio.*

2 *Priuigna nō dicitur filia nata ex uxore mea ex matrimonio contracto post diuortium mecum factum.*

3 *Publica honestas maximè spectatur in matrimonijs.*

4 *Nurus appellatione nō uenit sponsa filij propriè, sed per interpretationem.*

5 *Quod non est tale secundum ius, non dicitur tale simpliciter.*

6 *Argumentum à simili ualet, & quomodo.*

8 *Similitudinis natura est, vt inter duo similia diuersitas intercedat, alias non dicerentur similia, sed eadem.*

8 *Puplica honestas quid sit, & unde oriatur.*

9 *Sponsalia contracta et cū ea, quæ uxor esse non pōt, pariunt publicam honestatē impeditiuam nuptiarum.*

10 *Publica honestas introducta est ob scandalum populi uitandum.*

11 *Publica honestas oritur etiam ex sponsalibus contractis à clericis uel monachis.*

12 *Publica honestas an & quando oriatur ex sponsalibus.*

13 *Sponsalia incerta non pariunt publicam honestatem.*

14 *Sponsalia contracta per furiosos vel infantes non generāt publicam honestatem.*

15 *Sponsalia conditionalia quando generent publicā honestatem.*

15 *Publicæ honestatis effectus est, ꝙ impedit matrimoniū contrahendum, & dirimit iam contractum, & usq; ad quem gradum.*

17 *Affinitas non contrahitur ex sponsalibus.*

Diuiditur in duas partes, in prima ponitur dictum, in secunda ponitur ratio per locum à simili. secunda ibi, Nam constat. Vxoris. q. tuę filiam post diuortium natam uxorem ducere non licet, sicut nec sponsam patris uel filij. h. d. & sumit ex l. Siqua. ff. eod.

Casus ita potest figorari: feci diuortium cum vxore mea, ea diuortio facto contraxit matrimonium, & filiam suscepit, dubitatum est an liceat mihi ducere in vxorem illam postea natam ex sequenti matrimonio: & videbatur, quod sic, quia cùm nullo nec cognationis nec affinitatis ciuilis iure mihi coniuncta sit, non videntur prohibitæ nuptiæ, itaque nuptiarum regula permissiua: ista enim non est priuigna, quia ea dicitur priuigna, quæ nata est ex vxore mea ante nuptias mecum contractas: Quo tamen non obstante deciditur contrarium ex regula honestatis cuiusdam, quæ in matrimonijs contrahendis maximè spectanda est, vt inquit tex. in l. Semper ff. de ritu nupt. In coniunctionibus enim non semper illud solum inspicimus quod licet, sed etiam quod honestum est d. l. Semper. Sicut enim placuit eiusdem honestatis ratione, quòd sponsa filij mei non sequutis nuptijs cum filio meo, & sponsa patris non sequutis nuptijs cum patre, non possent nobis iungi, quamuis nec illa nurus, neque hæc nouerca effecta sit, propter honestatem illam mutui consensus, qui potissimùm attenditur in contrahendis nuptiis l. Nuptias ff. de regu. iur. honestius putarunt iureconsulti facturos eos, qui ab huiusmodi nuptijs se abstinuerint. Visum enim est præter rationem honestatis & indignum, vt quæ habita est vt vxor filii, nubat patri, vel filio, & ita filia ex vxore ex diuerso matrimonio, cum satis contra ciuilem honestatem videatur, vt quis matrem & filiam habuerit uxores, ideo Iuliano placuit abstinendum esse ab his nuptiis,

1 Not. i. quòd nō licet ducere vxorem filiam vxoris. q.

tuę

tuç natam facto diuortio tecum ratione publicæ hone
status, concor. tex. in l. Siqua. ff. eo. vbi refertur similiter
sententia Iuliani, vt hic.
2 Secūdò not. q filia nata ex alio matrimonio post nu
ptias meas secuto. s. diuortio nō venit appellatione pri
uignę. Dictus enim est priuignus, vt s. dicebam, quasi
prius genitus, quam modò nuberet, non postea.
3 Tertiò not. q publica honestas in matrimoniis, &
coniunctionibus seruanda est. l. Semper in coniunctio-
nibus. ff. de ritu nup.
4 Quartò not. q nurus appellatione non venit sponsa
filii, ita probatur hic & in l. Siqua. ff. eo. sed in contra-
rium est tex. in l. Seruius. ff. de gradi. vbi dicitur, q ex
sponsalibus acquiruntur nomina generi, soceri, nurus,
& huiusmodi, & in l. Labeo. ff. eo. tit. & ita etiā interpre
tamur in legibus: nā videmus, q in legibus, in quibus
dicitur, q socer, gener, nurus, & huiusmodi, testimoniū
inuiti dicere non cogantur, sponsus & sponsa filii non
coguntur l. In legibus. ff. de testi. Dicatis, q tex. in d. l. Si
qua. tollit contrariū, quia ibi dicitur, q propriè nō est,
sed interpretatiuè & per extēsionem est nurus, & ideo
vbi est eadem ratio, appellatione nurus, & venit sponsa
filii d. l. In legibus. & d. l. Seruius. quod facit ad statuta,
quæ propriè intelligēda sunt sm Bal. in d. l. Siqua. & ita
soluit glo. in l. Labeo. ff. de gradi. siquidem propriè spō
sa vxor non est l. Sancimus. C. de nupt. l. j. §. Et primum
ff. pro dote. c. Tertio loco. de præsumpt. Et ideo dici so
let, q statuta loquentia de uxore non habent locum in
spōsa, Bal. in l. Nō fine in prin. C. de bon. quę li. in prin.
in l. fi. col. iii. uersi. Sequitur uidere. C. unde legit Abb.
in consi. 1. Facti contingentia lib. 1 Cuma. consil. 30. Sta
tuto cauetur col. pen. optimè Sali. in l. Cūm in te. col. ij.
C. de dona. ante nupt. Corne. in consi. 248. In præsenti.
lib. ii Feli. & alii in d. c. Tertio loco. & in rub. de spon.
Deci. consil. 540. Quæritur.
Quintò not. q appellatione nouercę nō uenit spon-
sa patris, quod intelligas, ut supra. dictum est de nuru
in præced. not.
Sextò not. sm Io. Fa. & Ange. hic, q hic uidetur tex.
q q̄uis matrimonium ratione publicæ honestatis ui-
deatur interdictum, tn̄ si sit de facto contractū, nō dirri-
matur, & hoc pōderat propter uerbū (rectius) quasi ue
lit Ange. q possit fieri, licet rectius sit non fieri sed ad-
uertendum est, q Ange. male ponderat: nā hic uerbum
(rectius) interpretatur à uerbo illo sequenti (iurè) nam
iurè facient, qui abstinebunt, nō iurè qui contrahent,
& ideo qui non iurè contrahet matrimonium non cō
5 trahet matrimoniū, quia quod non est iurè factum, nō
est tale. l. Non putauit. §. Non quæuis. ff de bo. poss. con-
tra tabu. l. iiii. §. Condemnatū. ff. de re iud. Præterea pro-
batur apertè in §. Si aduersus. j. co. ubi dicitur, q si ad-
uersus ea, quæ dicta sunt in superioribus, contractum
erit de facto matrimoniū, nec uir, nec uxor, nec nuptię,
nec matrimonium erunt, & per consequēs cùm sit posi
tus hic iste casus, & d. §. Si aduersus. ad omnia referā-
tur, patet, q si sit de facto contractū matrimonium con
tra prohibitionē huius §. q non ualebit, & erit nullū,
cōtra id, quod not. Ang. Vnde queadmodū hodie ēt de
iure canonico propter impedimentū publicæ iustitiæ
dissoluit matrimoniū. c. Sponsam de spōsa. cū si. allegatis
p eū, ita de iure ciuili nullū est per ea, quę s. diximus.
6 Septimò not. q ualet argumentū à simili, tex. est hic,
& in l. Non possunt. ff. de legi. & intellige, q sufficit, q
sit similitudo in eo casu, de quo agitur, licet inter duos
casus sit aliqua dissimilitudo, ut declarat Abb. in. c. Trās
7 lato. de consti. ubi Decius. quia hęc est natura similitu
dinis, ut non possit dari aliquid simile, quod nō habeat
in se aliquā dissimilitudinē, quia alias esset idē, nō simi-
le l. Quod Neruа. ff. deposi. & declarat optimè Boetius
li. ii. ad Thopica Cice. in prin. Et videmus, q aliqn̄ argu
de simili in genere, q̄uis punctaliter non sint similia ea,
inter quæ argumus l. j. & ibi glo. j. circa med. ff. de rece-
pta. Et procedit argumentū a simili nedū in legibus, sed
etiā in consuetudinibus, quia in eis etiā arguimus a si-
mili. l. De quibus in fin. ff. de legi. vbi Ias. colum. iij. & in
auth. Qui in vltima col. C. de sacrosan. eccle.
Limitatur hoc, nisi iurū correctio sequeret, nā tunc
nunq̄ per argumentum à simili debemus inducere le-
gum correctionē, ita declarat Abb. in d. c. Translato. vbi
Deci. alias septē limitationes ponit, quæ ibi videri pos-
sunt, quia hæc nō est materia nostra, & ibi videndū est.
In gl. j. in prima sui parte declarat, qualiter ista filia
nata ex vxore post diuortium non est priuigna, quia il-
la dr̄ propriè priuigna, quæ ex priori matrimonio nata
est, vt dixi in not. & s. in §. Affinitatis. in gl. in verbo, Pri
uignam. postea dicit. Iulianum rōne publicæ honestatis
dixisse abstinendū esse, allegat tex. in l. Si qua §. Si vxor.
& in l. Semper. ff. eod. titu. Circa quod vos primò dica-
8 tis, q illa publica honestas, quæ impedit matrimoniū,
vt videtis, nasci ex opinione hominū, qui inhonestam
existimant similem coniunctionē, ita probatur ex texe.
9 in c. Accessit. de desponsa. impub. vbi not. Præpo. in vlt.
not. quæ publica honestas fundat magis super facto, q̄
super iure. i. q quis contraxerit spōsalia cū ea, cum qua
verè contrahere non poterat: nascitur enim ex cōi illa
existimatione hominū, qui inhonestū reputant, q quia
sponsam affinis sui ducat vxorē. Quāuis enim ille, qui
dicta sponsalia contraxit, suspicet illa sponsalia non va-
lere, quia suspicet se contrahere cōtra ius, tn̄ ex quo de
facto cōtrahit, oritur impedimētū publicæ honestatis.
c. Ad audientiam. de sponsa. ratio est, quia cum dicta pu
blica honestas nascatur ex illa cōi existimatione, vt di-
xi, ea cōis opinio nascit potius ex facto ipso, q̄ ex iure
& validitate actus, quia cōiter hoies vidēt quod fit, non
aūt considerant validitatē eius, quod fit, & vt dicit tex.
in c. Duo pueri. de desponsa. impuberis publica hone-
10 stas introducta est ob scandalū populi vitandū: Scanda
lizat. n. populus ex hmōi nuptijs. Et hinc est, q quoquo
modo contrahantur sponsalia, generatur ex eis publica
11 honestas. Et hinc est, quod si clericus vel monachus cō
trahant sponsalia, q̄uis nullo modo hoc facere pos-
sint, oīno ex talibus spōsalibus orit publica honestas,
ita q ipsa nunq̄ posset cōtrahere matrimoniū cū cōsan
guineo clerici vel monachi. c. vni. de desponsa. impub.
li. vj. & est gl. cōiter approbata in c. Si quis vxorē. 27. q.
j. de quo videnda essent quę ponit Præpo. in d. c. Ad au-
12 dientiam. Quomodo aūt ex sponsalibus nascat publica
honestas, dicatis vos & distinguatis hoc modo.
13 Aut sponsalia sunt incerta, puta, promitto accipere
vnam ex filiabus Sempronij, qui plures habebat: & ex
his nulla nascitur publica honestas. c. Ex literis. c. ij. de
sponsa. c. vni. eo. tit. lib. vj.
Aut sponsalia sunt certa, & tūc aut sunt pura, aut cō
ditionalia: si pura, & tunc si sunt valida, ex his nascitur
publica honestas. c. Spōsam. de sponsa. si inualida, & tūc
aut ex defectu consensus, & nullā generāt publicā ho-
14 nestatem d. c. vnico. & ideo contracta per furiosos vel
infantes non generant publicā honestatem. c. Accessit.
& c. Literas. de despōsa. impu. si verò sunt inualida alio
defectu, puta, iuris positiui, vt in clerico, vel monacho,
vt dictum est, & nascitur publica honestas, vt dixi.
15 Si sunt conditionalia, & tunc aut copula est consum
mata, & tūc cōditio habet pro impleta. c. De illis. de cō
di. appo. & ideo sicut ex spōsalibus puris nasci publica
honestas, ita ex cōditionalibus secuta copula, quia sunt
purificata gl. in d. c. vni. in fi. quinimmo vnus hic actus
copulę parit duo impedimēta, primū dū purificat spon
salia cōditionalia. s. publicę honestatis, secundū ex ipsa
copula.

copula.s. affinitatis: Aut nulla copula est subsecuta, & tunc aut conditio est impleta, & nascitur publica honestas, quia ex impleméto conditionis purificantur sponsalia, & est ac si à principio fuissent pura.c.Si.de rescrip. libr.vj.aut conditio nō est impleta; & tunc aut est conditio, quæ non inest tacitè, & ideo suspendit, & nō nascitur publica honestas d.c. vnico. aut est cōditio, quæ inest tacitè, pura, si viuā, vel si de iure possum, & talis cōditio non suspendit secundum Io. And. in d.c. vnico. in nouell.de quo videnda essent, quæ latius ponunt Doct. in d.c.Ad audientiam.de sponsa vbi Præpo.

16 Effectus aūt huius publicę honestatis est, q̇ hæc publica honestas impedit contrahi matrimonium, & dirimit ia contractum.c.Sponsam.de sponsa. vbi cōcludūt etiam Doct. q̇ hæc publica honestas, cū æquipararet affinitati quò ad impediendum matrimonium, vt not.in d.c.Ad audientiam. impediat tantum vsq; ad quartum gradum, sm quod limitatum est impedimentum affinitatis c.Nō debet.de consang. & affi.Et eodem modo sicut mortua vxore durat affinitas quò ad impediendum matrimonium, ita etiam mortua sponsa durat impedimentum publicæ honestatis, ita est tex.ī d.c.Sponsam. vbi Præpo.nota.

In glo.in verb.Nurum. Declara hic, vt dixi s. in iiii. not.Et dum glo. dicit, q̇ q̄uis nulla affinitas sit tamē est

17 abstinendum, not. Ang. q̇ ex sponsalibus nulla contrahitur affinitas: ratio est, quia affinitas contrahitur ex copula, vt patet ex eis definitione, de qua vidimus s in §. Affinitatis in glo.j.sed vbi interuenit coitus & copula, desinunt esse spōsalia, quia transeūt in matrimonū, ita est tex.qué ibi not.glo.à contrario sensu in.c.Ex literis de desponsa.impub.& est notissimum.

## §. ILLVD CERTVM.

1 *Matrimonium non datur inter seruos.*
2 *Facilius impeditur quid fieri, quam factum tolli.*
3 *Seruilis cognatio post manumissionē impedit nuptias.*
4 *Matrimonium inter seruos de iure canonico datur.*
5 *Seruus de iure canonico etiam inuito domino contrahit matrimonium.*
6 *Iura sanguinis nō tolluntur pacto aut renunciatione.*

TEx. hic non recipit diuisionem. Seruilis cognatio etiam post manumissionem impedit nuptias h.d.

Casus ita figurari potest: Quęsitum est, an narrata impedimenta impediant matrimonium contrahi inter seruos.& præsertim cognationis: & videbatur dicendum, quod non: Si enim loquimur durante seruitute, non possumus habere rationem alicuius regulæ impeditiuæ matrimonij, quia in-

1 ter seruos non est dare matrimonium.l. Cum ancillis. C.de incest. nup. si verò loquimur post manumissionē, adhuc videtur dubium, quia cum præsupponatur, q̇ cognatio fuerit causata in seruitute, similiter non videtur eius habēda ratio, quia alias videmus, q̇ liber si efficiatur seruus, ius cognationis perit per seruitutē §. Quod autem.j.de capi.dimi. si ergo cognatio incidens in seruitutem perit, multò minus dicendum est oriri cognationem in seruitute, quia facilius impeditur fieri quid,

2 q̄ factum tolli. l. Patre furioso. ff.de ijs qui sunt sui vel alie.iur. Contrariū dr, q̇ imò etiam cognatio, & sic ius illud sanguinis causatū inter seruos, cū quis ex aliquo natus est (puta) & sic inter patrem & filiam, vel cū ex eodem vel eisdem nati sunt, & sic frater & soror, vel huiusmodi impedit matrimoniū post manumissionē, quia cùm ista sint iura sanguinis, ea nullo iure ciuili dirimi possūnt aut gentiū.l. Iura sanguinis.ff.de reg. iur. s. Sed naturalia ī. de iur. na. gen. & ciui.Et q̄uis cognati per seruitutem permaneant, ea perimitur non quò ad ... tiam sui, sed quò ad effectus iuris ciuilis.s. successionis & tutelarum, sed quò ad matrimonii contractū ... dicit hic, quia illud fundat̄ super naturali ratione indicat non esse honestum, vt ii, qui tam arcto natura vinculo iuncti sunt, iterum matrimonio copulentur.

3 Not. q̇ seruiles cognationes post manumissionem sunt impedimento nuptiis, si forte frater & soror, ... alii, de quibus in.l. Adoptiuus.§. Seruiles.ff.eod.manumissi sint, nam si non fuerint manumissi, non est dispetandum de hoc; quia aliud impedimentum est, q̇ inter seruos non contrahitur matrimonium d.l. Cum ancillis.C.de incest. nup. & hoc de iure ciuili: de iure aūt canonico magis impediuntur tam ante libertatem & sic dum sunt serui, q̄ post libertatem adeptam, quia de iu-

4 re canonico dispositū est, vt etiam inter seruos durāte seruitute sit matrimoniū. c. i. de coniug.seruo. quinimmo

5 mo etiam inuito domino contrahunt matrimoniū serui, quamuis post contractum non liberentur à seruitio domini, & honestum sit, q̇ cum consensu dominorum contrahant, ut habetur in d.c.i. ubi Hosti. & alii. Idem etiam olim fuisse & in Græcia & in Apulia ostendit locus Plauti in prologo Casinę.

In gl.i.in uerb.Seruiles Gl.exponit.i.dum durant serui: intellige.s. contractę, & quę durāte seruitute prouenerunt natis his cognatis in seruitute r nō ergo referas hanc expōnē ad īpedimentū, sed ad ortū cognationis.

In gl.in uerbo, Cognationes.Prima pars gl.clara est per tex in d.§.Seruiles dum uerò postea gl.quærit quomodo hoc esse possit, cū nulla sit cognatio inter eos §. Quo aūt.j.de cap. dimi.ubi per superuenientē seruitutem perit cognatio, gl.soluit, ut dixi ī positione casus, q̇ illud intelligitur in hæreditate & tutela, non aūt in iure sanguinis, & sic in effectibus causatis à iure ciuili, ut ibi dicit̄, hic aūt sumus in iure sanguinis, quod nullo iure ciuili tollit̄.l. Iura sanguinis.ff. de reg.iur. & per cōsequens etiā in prohibitione matrimonii ab eodem iure sanguinis prouenīēte. Ang. hic not. ex hac gl. q̇ iura sanguinis nō tollunt̄ pacto & renunciatione, q̇ non dixit gl. sed est tex. in. l. Ius aūt agnationis. vbi not. ff.de pact.sed benè, q̇ iura sanguinis per seruitutē, qua est iuris gētiū & ciuilis introductio, nō tollunt̄: Circa quod dic, q̇ coniunctio sanguinis non tollit̄ nec etiā pacto.d. l.Ius agnationis.ff.de pac.in l.Abdicatio.C.de pa.pote. quia cùm hæc sint naturalia, non tollunt̄ authoritate iuris ciuilis, tex.est in l.ij.ff.de vsus.ea.re.quæ vsu cōsu. Et hinc est, q̇ ista naturalis coniunctio sanguinis cadit in seruū, vt declarat Bart.in l. Hos accusare.§. Oibus. ff.de accu. sed effectus huius iuris præsertim introductus à iure ciuili vel gentiū benè tollit̄, quia tunc iura ista nō tollūt quod iuris naturalis est, sed quod ciuilis, vt declarat Bal.in l.j.§.Ius naturale. in si ff.de iusti. & iu.seq.Decius in l.Iura sanguinis.ff.de reg.iur.

Dum verò gl.quærit, nonne eo q̇ sunt serui, matrimonium inter eos impediatur d.l. Cū ancillis & s.co. tit.in prin.glo.respondet, q̇ durāte seruitute duplex est prohibitio, ea soluta remanet vna tm̄ naturalis.s.cōiunctionis, & benè dicit, quamuis hæc q.non sit in proposito, cùm iste tex loquatur tantū post manumissionem, quod tamen (vt dixi) verum est de iure ciuili, non de iure canonico, quod præfertur in matrimonijs, vt sæpius dictum est d.c.j.de coniu.seruo.

## §. SVNT ET ALIAE.

1 *Allegare licet librum in genere, licet non allegetur l. uel titulus.*

2 Permit-

2 *Permittere.i.mandare.*
3 *Serui non contrahunt de iure ciuili matrimonium,de iure canonico secus.*
4 *Matrimonium contractum à seruo inuito domino non est dissoluendum.*
5 *Matrimonium de iure canonico inter seruos ualet etiã quò ad successionem & alia.*
6 *Gradus prohibiti in matrimonio contrahendo tam de iure ciuili,quàm canonico. (quomodo.*
7 *Adoptio ĩpedit matrimoniũ & de iure canonico, &*
8 *Affinitas qualiter matrimonium impediat.*
9 *Affines uxoris nostræ uitandi sunt in contrahendis matrimonijs,sicut proprii.*
10 *Affinitas superueniens non diuidit matrimonium,nec etiam præsumptum,sed solum sponsalia de futuro.*
11 *Sponsaliorum permissio habet tacitam cõditionem,rebus sic stantibus.*
12 *Tutor } nec eorum filii possunt contrahere matri-*
*Curator } monium de iure ciuili cũ pupillis : sed hoc } est hodie de iure canonico sublatum.*
13 *Senatores non poterant de iure ciuili contrahere matrimonium cum libertabus suis uel fœminis uilis conditionis:& an hodie sit uerum.*
14 *L.Iuliæ de maritandis ordinibus uerba.*
15 *L.Iulia & Papia crudelissimæ. (gentem.*
16 *Libertus potest ducere uxorem quacunq; dignitate ful*
17 *Præses } prouinciæ non possunt subditã ducere uxo-*
*Officialis } rem,& qualiter olim & hodie procedat.*
18 *Cognatio spiritualis impedit matrimonium.*
19 *Cognatio spiritualis quid sit,& unde oriatur.*
20 *Cognatio spiritualis an oriatur per catechismum.*
21 *Compater nõ fit aliqs ex detẽtione infantis ante aßũ.*
22 *Cognatio spiritualis inter quas personas impediat.*
23 *Baptismus in casu necessitatis potest conferri per laicũ, & per patrem etiam.*
24 *Cognatio spiritualis non transit gradum filiorum.*
25 *Publica honestas impedit matrimonium.*
26 *Clericus non potest contrahere matrimonium.*
27 *Sacri ordines sunt nouem*
28 *Sacer ordo quando impediat matrimonium.*
29 *Moniales & } non possunt cõtrahere matrimoniũ,*
*Monachi } etiam ꝙ non sint in sacris ordinib.: cõ } stituti,& quo modo.*
30 *Votum solenne impedit matrimoniũ contrahendũ,et dirimit iam contractum.*
31 *Votum non solenne impedit contrahendum,non tamẽ dirimit iam consummatum.*
32 *Votũ solenne quod dicatur, & quod non solenne.*
33 *Votum quando solennizetur per susceptionẽ habitus.*
34 *Raptor de iure ciuili raptæ nubere non potest,secus de iure canonico.*

PRæsens.§.nõ diuiditur,quia vnicum habet contextum. Summarium non exigitur, quia remittit se quò ad alios casus & personas ad libros.ff.nec casus figuratio,cùm hic nihil decidatur.

1 Not.primò,ꝙ licet allegare librũ in genere, licet nõ alleget lex vel titulus,ita colligit Christo.hic,& minus bene iudicio meo,quia aliud est decisionẽ alicuius casus recitare,& ad talẽ decisionẽ probandã deducere librum,& tunc haberet locum notatum aliud est in genere dicere,quòd ex uariis casibus & rationibus prohibentur etiam aliæ personæ contrahere nuptias, quę in libris.ff.enumeratę sunt.Siquis enim diceret, prohibitiones nuptiarum enumeratæ sunt plurimę in ff.vel saltem in titulo de ritu nupt.forsan nõ erraret allegando, vt olim iurecõsulti faciebant, qui non allegabant nisi librum, vt facit Pomp.in l.Rerum mixtura.ff.de vsuca. dum allegat Labeonem in libris Epistolarum, & alibi sępe.Verba autem illa,quæ solent allegari in l.fi.ff.de postulan.non sunt in ueteribus codicibus, nec in Pandectis Florentinis,dũ remittit se ad seq. titulum : melius allegaretur tex.in l.Pronunciatio. §. Seruientium. ff.de verb.sign.dum remittit se ad scripta sua Paulus in titulo de fur.in quo erat gl.ibi in uerbo, De furtis.quæ putat,quòd referat se ad l.j.§.fi. ff. de publica. nam illa. Lest Vlpia.& in d.§. Seruientiũ.allegat seipsum Paulus in titulo de furtis.Vos vno verbo dicatis, ꝙ olim solebant allegari tituli tantum librorum, vt patet in d.l.Rerũ mixtura.& in infinitis alijs.ll.hodie verò necesse est allegare locũ.s.legem & §.quia ita inualuit cõsuetudo. Quòd olim ita allegaretur, constat ex tex. nostro,& j. de pub.iud.in fi.& in §.Rursus.j. de actio. in fi. De hoc tamen vide, quæ ponit hic Christo. & Anto. de Bu. & Imo.in cle.ij.de præben.Abb in c.Vestra de cohabi.clerì.& mu. Docto.in l.Rogasti. §. Si tibi. ff.si cer. peta.in gloss.j.in fine.

2 Secundò not.ꝙ verbũ(permisimus) ponitur hic pro mandauimus,vt ponitur etiã in l.j.C.de no.C.compo. §.Quibus.quamuis uera eius significatio alia sit.

In glo.Enumerari.Glo.enumerat.xiiii.causas,ex quibus insurgit prohibitio,nos breuius , quam fieri poterit,attingemus.

3 Prima prohibitio est in seruis, de qua dictũ est.s.eo. tit.in prin.in gl.in verb.Ciues Romani. nam de iure ciuili non erat matrimonium inter eos,sed contubernium: l.Cum ancillis.ff.de incest.nup.quod tñ de iure canonico est immutatum,quia cum in Christo Iesu neq; liber neq; seruus sit à sacramentis ecclesiæ remouendus,ita nec inter seruos debent matrimonia vllatenus prohiberi,ut dicit tex.in c.i.de coniug.seruo. & si cõtradicentibus dominis & inuitis contracta fuerint, nulla ratione sunt propter hoc dissoluenda,debita tamen & cõsueta 4 seruitia non debent minus propriis dominis exhiberi: & quia alias quidam uoluerunt, ꝙ hoc sit correctũ quò ad sacramentum matrimonii & ordines, sed nõ quò ad successionem.Dicatis cõtrariũ,ꝙ quò ad omnia hodie dispositũ est ex iure canonico,ꝙ ualeat matrimonium, ut declarat Prepo.in d.c.i.de coniug.seruo.

5 Secũda prohibitio est ætatis defectus:fœmina enim minor.xii.masculus minor.xiiii.non contrahunt matrimonium de iure ciuili.s.eo.tit.in prin. ubi dixi in gl.in uerb.Viripotentes.in fi.nam de iure canonico (ut dixi) inspicitur potentia coeundi,non ętas.

6 Tertium impedimentũ est sanguinis,quod(ut dicit glo.)diuiditur in ascendentes, descendentes,& collaterales.Inter ascẽdentes enim prohibet in infinitũ inter collaterales ęquales prohibetur usq;ad quartũ gradũ exclusiuè,in collateralibus inęqualibus propter reuerẽtiam prohibetur etiã ulterius,ut dixi in §.Fratris.s.eo. hodie uerò de iure canonico , quod attendendum ẽ,in collateralibus prohibitio est usq; ad quartũ gradũ sm ius canonicũ.c.Non debet.de consan.& affini.

7 Quartũ impedimentũ est ipsa adoptio.s.eo.§.Ergo. & §.Inter eas.quod impedimentum adhuc de iure canonico durat,non quia quò ad matrimoniũ lex ciuilis possit inducere prohibitionem uel permissionem matrimonii,sed quia ius canonicũ approbat, ut declarat Abb.in rub.de cogn.leg.erit ergo perpetua prohibitio inter adoptantem & adoptatum, & inter adoptatum

& uxorem adoptantis:inter alios verò erit prohibitio
temporalis durante adoptione,vt dicitur in c.j.de co-
gna.lega.& hoc etiam impedimentum impedit matri-
monium contrahi,& dirimit iam contractum.

8 Quintum impedimentum est ratione affinitatis præ
sentis vel preteritæ,nō aūt futuræ, ut dicit gl. quæ hoc
nō probat,nec probare pōt,vt infra dicet. Circa quod
impedimentū dicas,ꝙ rōne affinitatis est ꝑpetua probi
9 bitio inter ascēdētes & descendentes : cū.n.debeamus
abstinere à cōsanguineis vxoris, sicut à proprijs. c.j.de
consan.& affi.c.De propinquis.c.Aequaliter. xxxv.q.iij.
debet extēdi prohibitio inter affines, sicut extēditur in
infinitum inter consanguineos,cū maximè habeantur
loco parentum. §. Affinitatis. ī. eod. l.Non facilè. ff.de
gradi.in fina.& ita tenent Cano. vt declarat Prępo. in
arbo.consan.& affini.

Dum verò glo.dicit de futura affinitate, ꝙ matrimo
nium prohibet & impeditur, dicatis, ꝙ hoc est falsum,
10 quia affinitas superueniens non dissoluit matrimoniū.
c.pen.de eo qui cogno.cōsangui.vxo.suæ.quinimò nec
dissoluit matrimoniū præsumptū.c.fi.eo.ti.solùm enim
dissoluit sponsalia de futuro rō est,quia promissio spon
11 saliorum habet tacitā conditionem rebus sic stātibus.
c.Literas.vbi Abb.& Præpo.de desponsa. impub.

Et quia gl.hic,dum allegat:§.Si vxor.videtur confun
dere impedimentum affinitatis & publicæ honestatis,
aduertendū est,quia aliqñ est impedimentum publicæ
honestatis solum,veluti ex sponsalibus nō secuta copu
la,qñq; affinitas sola sine publica honestate, veluti si rē
habeo cum ea,quę non est sponsa, interdū oritur affini
tas & publica honestas simul,veluti, si rem habeo cum
spōsa:& spōsalibus enim est orta publica honestas, &
ex copula oritur affinitas,vt.ī.declaratū fuit.Hoc tñ no
lo uos ignorare,affinitatē afferre perpetuū impedimen
tum,quod durat etiam mortua ea persona,qua median
te contrahitur.c.Fraternitatis.xxxv.q.x.

Sextum impedimētum est matrimonium: qui enim
habet vxorem, aliam ducere non pōt, & sic matrimo
niū contrahere non potest.§.Affinitatis.& §. Socrū.vbi
diximus.ī.eo.tit.& q̄uis Doct.transeant, tñ mibi vide-
tur,ꝙ non esset connumerandū inter impedimenta ma
trimonii,quia qñ solet dubitari de aliquo impedimen
to,debet præsupponi termini habiles.c.i.de æta. & qua
lita.l.Si quęramus.ff.de testa.cum vulga.

12 Septimum impedimentum est propter senatuscōsul
tum prohibens contrahi matrimonium inter tutorē &
curatorē & eorū filios cum pupillis uel adultis,qui sub
tutela vel cura sunt,vt.C.de interdi.matri.inter pupillā
& tutorem.l.i.l.Senatusconsultō.ff. de ritu nup. l. Tutor
vel curator eo.tit.ratio aūt huius senatusconsulti poni
tur in l.Libertum.§.Senatusconsulti. ff. de ritu nup. ne
pupillæ in re familiari circūscribantur ab iis, qui rōnes
eius gestę tutelę reddere compelluntur:& de iure ciui
li ex dictā rōne scripta in lege sit extēsio, ut prohibitio
senatusconsulti comprehendat etiā hæredē tutoris uel
curatoris,nō tñ prohibet filiā suā tutor uel curator col
locare in matrimonium ipsi pupillo uel adulto.l.Cura-
torē.C.de interdi.matri.inter pupillā & tutorē.in l.Li-
bertum.§.fin.ff.de ritu nupt. Huius autem dispensatio-
nis alia rō est,quā adduximus.ī.in prin.huius tit. dū egi
mus quare in filia furiosi dispensatū fuerat,& nō in ma
sculo,ne.s.dilatis nuptiis aliquid in dedecus familiæ &
generis admitteretur,quā rōnem assignat Cy.in d.l.Cu
ratorem.& ibi Petr.de Bellaperti.Sed hoc impedimen-
tum sublatum est hodie per rōnem.c. fi. de secun. nup.
videlicet,ꝙ in matrimonijs seculares leges non dedi
gnantur sacros canones imitari,ita dicit ibi Ioan.And,
& Abb.in princ.& ibi Prępo.in iii.not.

13 Octauum impedimentū est per legem Iuliam & Pa-
piam.s.inter senatores uel filios senatorum & eorum li
bertas uel alias uilis cōditionis fœminas.l. Lege Papia.
ff.de ritu nuptia.l.fi.C.de nup.& melius fuisset allegata
14 l.Lege.ff.de ritu nup.vbi ponunt verba ad literā illius
l.Iulię.hoc,nisi filia senatoris corpore quæstū fecisset,
uel artem ludicram exerceret, non enim exhibendus est
aut seruandus honor ei,quæ se in tam graue scelus de-
duxit.l.Senatoris.ff.de rit.nup.Dicit tñ gl. ꝙ hoc capitu
lum est hodie correctum §.Si quis autem.in Authe.ut
lib.de cete. Si enim dotalia conficiantur instrumenta,
concessit Imperator cōtra l.Iuliā & Papiā, ꝙ etia sena-
tor libertā in uxorem accipere possit: correxit enim l.Iu
liam in pluribus.d.l.Iuliam & Papiam, quā crudelissi-
15 mam appellat in d.l.fi.C.de nup.dū uolebat marito fa-
cto senatore,qui libertā habebat uxorem,dirimi matri-
moniū:disponit enim optima rōne non esse separandū
& dirimēdum authore Deo,qui dixit,Quos Deus con-
iunxit,homo non separet,& ne dignitas uiri luctū affe
rat uxori socię diuinæ & humanæ domus.Poterat autē
olim senator ducere libertinā,si ei ex Imperatoris in-
dulgentia hoc concessum esset:nam tūc iusta vxor fit.l.
Si Senatori.ff.de ritu nupt.& quāuis si senator liberti-
nā uxorē ducebat,non esset eius iusta uxor, tñ si ita ma
nente cū d.senatore libertina senator senatu motus es-
set,ea vxor iusta efficiebat,& matrimoniū recōualesce
bat.l.Si quis in senatorio.de ritu nupt. quod in filio se-
natoris,qui post nuptias cùm liberta contractas,per fi-
liū senatu motus erat,locū nō habebat:casus enim hic
inutiliter ɔtractas nuptias nō cōualidat, quia q̄sita di-
gnitas liberis propter crimen patris non est auferenda
l.Filiam.ff.de sena.& sicut hodie est immutatū, ut cōfe
ctis instrumentis dotalibus senator possit libertinā du
16 cere in vxorem.d.§.Siquis aūt.in Auth.ut lib.de cete.
ita etiam est hodie pari rōne cōcessum,ut libertus pos-
sit ducere uxorem mulierem quacunq; dignitate fulgē
tem sm gl. in d. §. Si quis autem.& seq. hic Ange.Ias.&
alii.Sed etiam hæc prohibitio sublata est de iure cano-
nico per regulam d.c.fi.de secun.nup.ubi Io. Ānd. Abb.
& Præposi.in specie dicunt hodie uniuersam. l.Iulię &
Papię dispositionem esse sublatam.

17 Nonum impedimentum est,ut Pręses prouinciæ uel
alius officium quodlibet administrans non possit duce
re uxorem oriundam in ea prouincia, uel in ea domici
lium habentem,neq; eorū filij masculi.l.Qui in prouin
cia.ff.de ritu nup.fœminæ uerò sic. l.Si quis officium in
fi.ff.de ritu nup.quod principes statuerint, ne.s.sit in po
testate huiusmodi officia gerentium uim afferre subdi-
tis diuitibus occasione dictarū nuptiarū.d.l.Siquis of-
ficium.& l.i.C.si quacū.prædi.pote.in filiabus autē di-
spensauit rōne.ī.allegata,dū de filia Senatoris egimus,
ut considerat Roma.in l.Si uerò.§.De uiro.in viij. limi-
tatione.ff.solu.ma.Alcia.lib.i.de uer. fig.Gasp. Valla in
rep.l.Imperium.ff.de iur.om.iud.colum.lx.uersic.Vltra
illam doctri.Bar.& fuit consideratio Cy.in l.uni.C.si re
ctor.prouin.col.ii.uersic.Tertiū quare est.Quòd si depo
sito officio mulier perseueraret in hoc proposito.s.il-
lius matrimonii,tunc matrimonium quasi ex noua quæ
dam uoluntate recōualescit.l.Et si cōtra.C.de nup.ubi
Imperator hoc determinat ex responso Pauli iuriscon-
sulti,quod hodie reperitur in l.Eos.ff de ritu nup.

Limitabat hoc olim,si quia in propria prouinciā, &
unde erat oriundus,militaret,& iurisdictionē gereret,
nam tunc in eadem prouincia potest contrahere ma-
trimoniū.d.l.Eos.in pri.sed,ut dicit hic Christo. hæc li-
mitatio non habet rationem:nam si ideo interdicit ma
trimonium,ne possint huiusmodi iudices uim afferre
subditis,eadē ratio militat,quando etiā in sua prouin
cia esset officialis,sicut si in aliena:sed quia hoc est ex-
pressum in d.l.Eos.assentiēdū est decisioni iurecōsulti,

qui

qui potuit moueri hac rõne,ne in patria sua interdice-
retur alicui matrimonium:quã rationem videtur sen-
sisse Sali.in d.l.Si quis officium.ff.de ritu nup.

Sed hoc etiam sublatum est de iure canonico, ut di-
cit Abb. in d. c. fi de secu0. nupt. in princ. vbi Prępo.
not.post eum.

18 Decimum impedimentum est cognatio spiritualis,
quod etiã ciuili lege comprobatũ est d.l.Si quis alum-
nã.in fi.C.de nup.sed latius habet in c.j.& ij. de cogna.
19 spiri.sed quia Doct.hic satis cõfusè tractãt hoc impedi
mentum,dicatis in primis,ꝙ cognatio spiritualis est at
tinẽtia proueniens ex ordinis sacri datioone, vel ad id sa
cramentũ detentione,ſm glo.in c.i.de cogna. spiri. lib.
vi.in verbo,Spiritualem.Vel dic ſm Præpo.ꝙ est vincu-
lum surgens ex eo,ꝙ aliquis aliquẽ baptizat, vel ꝙ de
baptismo vel confirmatione suscipit,impediẽs vel diri-
mẽs matrimonium inter personas,inter quas vel earũ
alteram ortum est.Oritur aũt pricipaliter hoc impedi
mentum per baptismum:sed oritur etiam per cõfirma-
tionẽ.c.fi.de cogna.spiri.lib.vj.& est rõ ſm glo.ibi,quia
per baptismum quis renascitur,& per confirmationem
in fronte cõfirmatur in illa natiuitate, quod non est in
20 alijs sacramentis.An aũt contrahatur & oriatur per ca
techismum,dic ſm Abb.& Prępo.ubi supra,ꝙ catechis
mus ẽ illa exhortatio vel instructio,quę fit ante baptis-
mum,& hodie propriè est ille actus, qui fit ante portã
per sacerdotẽ,anteq̃ puer admittatur ad ecclesiam: &
21 ideo dicit errare eos,qui credunt se cõpatres ex deten
tione infantis ante ostium,quia illa detentio nõ est suf
ficiens ad dirimendũ matrimonium etiam postea con-
tractum.Et,ut melius tem oẽm teneas,dic,ꝙ olim.d.spi
*ritualis cognatio oriebat* ex quolibet ex septẽ sacramẽ
tis ecclesię.c.Peruenit.in fi.xxx.q.j. hodie verò orit tñ
ex vno ex tribus catechismo,baptismo aut ꝯfirmatio-
ne,sed in hoc differunt,quia catechismus contrahẽdũ
matrimonium impedit.c.pe.in fi.de cogna.spi.lib.vj.ba
ptismus verò & confirmatio, etiam iam contractum
dissoluunt.c.fi.eo.tit.

22 Inter quos aũt oriatur hoc impedimẽtum, Anto. de
But.enumerat.xx.personas,inter quas oritur hoc impe
dimentũ in c.Martinus.de cogna.spiri.tñ, vt dicit.Abb.
& Præpo. qui cognoscit quinque; casus, cognoscet re
liquos nã quinq; prohibẽtur ex persona leuãtis in ba-
ptismo,quinq; ex persona baptizantis, quinq; ex perso
na confirmantis,alię quinq; ex persona leuantis & con
firmantis.si ergo secundum Abb.cognoueris quinq, ex
pdictis,habebis alios casus notos, q̃ sunt oĩno similes.

Primò enim cõtrahitur hæc cognatio inter leuantẽ
& baptizatum,& hic casus nõ habet dubitationẽ, quia
leuãs & leuatus nunq̃ possunt cõiungi:Est enim pater-
nitas spiritualis.c.j.cum seq.de cogna. spiri.

Secundò contrahitur inter leuantem & parentes,
idest matrem & patrem baptizati: nam & hi coniungi
prohibentur.

Tertiò inter baptizatum & filios leuantis: contrahi-
tur enim quędam fraternitas inter eos, cùm habeant
communem patrem,spiritualem leuatus,naturalẽ ve-
rò eius leuantis filij.

Quartò inter baptizatum & vxorẽ leuãtis iã cogni-
tam à dicto leuante.i.cum qua leuans iam matrimoniũ
consummauerat:& rõ est,quia cùm uir & vxor per co
pulam efficiãtur una caro & vnum corpus,& ob id idẽ
debeat esse animus.xxxi.q.ii.c.De neptis.per talẽ com-
munionem communicat coniunx alteri coniugi hunc
actum spiritualẽ compaternitatis.c.Martinus. ubi not.
Doct.Cano.de cogna.spiritua.

Quintò inter parẽtes baptizati.i.patrem & matrem
baptizati & uxorem leuãtis prius ab eo cognitã,& cum
qua prius matrimonium fuerat consummatum. d.Mar
tinus.de cogna.spiri.& ibi Abb.in fi.

Cognitis igitur his quinq, modis, cognoscũtur etiã
& oẽs viginti quia idem debet dici de baptizato & ba-
ptizante,de confirmato & confirmãte, de cõfirmato &
leuante in confirmatione. Prosequendo enim singulos
prædictos casus in singulis ex his membris habetis per
fectam notitiam oium casuum, in quibus contrahitur
hęc cognatio spiritualis cuius vis est vt impediat matri
monium contrahẽdum,& dirimat iam contractum, vt
in prædictis casibus,& habetur in c.i.& in c.iij.eo.ti.de
cogna.spiri. Alia est cognatio spiritualis,quę impẽdit
matrimonium contrahẽdũ,sed non dirimit iam contra
ctum,vt ea quę contrahitur per catechismũ, ſm quod
superius declaraui.c.per catechismum. de cogna. spiri-
tua.lib.vj.Parit etiã quoq; aliũ effectũ hæc cognatio spi
ritualis,vt.s.teneat præstare alimenta in subsidiũ,vt sub
dubio forte decidit Bal.i auth.Nisi rogati. col. pen.ver-
sic.Sed tũc ego q̃ro.C.ad Treb.non possit sine venia in
ius vocari,vt tradit Alcia. post alios in l. j. C. de in ius
voc.item & parit suspitionẽ in dicẽdo testimonio, Bal.
in l.Patentes.col.fi.versi.Quæro igitur. C.de testi.

Ad vnum etiã in hac materia volo vos aduertere, ꝙ
hæc cognatio spiritualis impeditiua matrimonii orit,
23 etiã si laicus in casu necessitatis baptizet puerũ, quod
fieri potest,ſm Ioan.And.& Vin.in c.fi. de cogna. spiri.
quinimmo pater ipse in casu necessitatis potest bapti-
zare,vt dicit Hostien.in summa de baptismo.§. Quis sit
effectus.versi.fi.tradit Præpo.in c.Tua nos.de cogna.spi
rit.cum si.Sed an tunc oriatur cognatio spiritualis, &
quo modo,non est pręsentis speculationis.Solet etiam
disputari,an contrahatur,si baptizetur puer,qui emisit
tantũ caput ex vtero materno,& dicunt, ꝙ sic quia tũc
potest baptizari,secus si emisisset aliud membrum, vt
tradit Præpo. in d. c. Tua nos in fi. post sanctum Tho-
mam de Aquino.

24 Vltimò vnum not.est in hac materia,ꝙ cognatio spi
ritualis non excedit filios,& non porrigitur ad nepotes
& alios ulteriores,& ideo possum contrahere cum filia
filiæ meę spiritualis,licet non possim cum filia,ut dicit
Abb.in c.Martinus de cogna.spiri.post Ioã.And.in rub.
de cogna.spiritua.vbi Præposi.in vi.q.Item non porri-
gitur ad filios adoptiuos,gl.i summa.xxx.q.i.itẽ neq, ad
sponsam.c.Si quis.cum glo.xxx. q. iiij. neq; ad nouer-
cam eius,qui baptizatur, glo. in vers. Cognitam. in c.j.
de cogna.spiritua.

25 Vndecimũ impedimẽtum est ratione publicæ hone-
statis.§.Si vxor.s.eo.l.Si qua.ff. de ritu nupt. Et quia de
hoc impedimento latissimè dictum fuit in d.§.Si vxor.
ideo ad ibi dicta me remitto.

Duodecimũ impedimentũ est ratione ordinis anne-
26 xi,vt.s.non liceat matrimonium contrahere cum cleri
cis in sacris ordinib⁹ constitutis.§.Neq; aũt.in Authen.
qũo opor. epi. coll. i.& in d. §.Si quis.in Auth.de sanct.
epi.coll.ix.q̃uis.§.Neq; aũt.potius probet contrarium:
sed in hoc non sunt attendendæ leges ciuiles, quæ.s.lo
quuntur de personis clericorum, vt alibi oportunius
dicemus.Nũc prosequẽdo propositum nostrum aduer
27 tatis primò,ꝙ sacri ordines sunt nouẽ,quos enumerat
gl.in salutatione & rubrica sexti Decretal.in uerbo,Epi
scopus.Appellãtur aũt sacri ordines quinq; ex eis largo
modo,sed ꝓpriè loquẽdo sacri ordines sunt quatuor,
Ẽpatus,Presbyteratus,Diaconatus, & Subdiaconatus,
ſm gl.xxxii.distin.in summa: nã hodie Subdiaconatus
est factus sacer ordo.c.Miramur.de ser.non ordi.q̃uis in
primitiua ecclesia esset de inferiorib⁹ ordinibus. c.Nul
lus in Episcopũ.lx.dist. quod à constitutione Gregorii
& Vrbani inductũ fuit,ut di in d.c.Miramur. & de his
intelligendum est,quando dicitur, ꝙ ordines sacri im-
pediunt matrimonium.

Secundò aduertatis, ꝙ tẽpore primitiuæ ecclesię fm
patrum instituta & apostolorum, etiam constituti in sa
cris poterant habere vxores. c. Quoniã. c. Aliter. xxxi. di
stin. quinimmo, cũ in Nicena synodo antiqui illi patres
vellent prohibere hoc, sanctus Panutius bonis rõnibus
impediuit. c. Nicena. xxxj. distinc. Debebãt tñ clerici eo
die, quo celebrabant, abstinere à propria vxore, vt. d. c.
Aliter. Sed postea in hac nostra occidentali ecclesia fa-
cta est ab ecclesia prohibitio, vt constituti in sacris de-
beret continere, & non ducere uxores. c. si. xxxi. distinc.
quam prohibitionem ingentẽ peperisse animarum rui
nam attestatur Cardin. in rubri. qui cleri. uel uouen. in
qua etiam sententia erat doctissimus suo tempore Pe-
trus Accolius Cardinalis Ancone, quod oĩno puto cor
recturum concilium, siquod unquam fauente Deo cõ-
gregabitur, sed quousq, aliter sancitũ non sit, obseruan
28 da est prohibitio ecclesiæ, quę nũc optima rõne funda-
ta fuit. Dicatis ergo, ꝙ in hac nostra ecclesia clerici in
sacris constituti non pñt contrahere matrimonium, &
si contrahũt, non valet. c. i. qui cler. uel vou. immo eam
abnuere tenẽtur. c. ij. eo. tit. si tñ matrimoniũ ꝓcessisset
ordinem sacrũ, ordo nõ dirimit matrimonium: si vero
loquimur in alijs illis ordinibus sacris largè, & hi non
prohibẽtur vxores accipere. c. Lectores. xxxij. distinc. &
ita tenẽdum est, quia ita est communis resolutio Doct.
in d. rub. qui cler. uel vouen.

29 Decimumtertium impedimẽtum est in monialibus
& monachis: nam licet nõ sint in sacris ordinibus con-
stituti, tñ non possunt contrahere matrimoniũ. sed glo.
allegat duo iura, quorum tex. in §. Per occasionem. in
Authen. de nuptijs. loquitur de impedimẽto prouenié-
te ex eo ꝙ quis non potest coire cũ uxore, & circa hoc
impedimentũ declara, ꝙ aut loquimur ante factã pro-
fessionem, aut postea: si post factam professionem, siue
pręcesserit assumptionem habitus uotum, siue nõ, quia
in professione fit votum solenne, impedit matrimoniũ
contrahendum, & dirimit iam contractum. c. Memini-
mus. qui cler. uel uouen. Et, vt ꝑfectè intelligatis, necesse
est, ꝙ sciatis, ꝙ quò ad impediẽdum matrimonium val-
de differunt votum solenne & nõ solenne: nam solẽne
30 (vt dixi) impedit matrimonium cõtrahendum, & diri-
mit postea contractum & consummatũ votum aũt nõ
31 solẽne impedit tm̃ contrahẽdum, sed si contractum sit
& consummatũ, nõ dirimitur, quia multa impediũtur
contrahenda & facienda, quę facta tenent. l. Patre furio
so. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. ita est tex. in c. Rur-
32 sus. eo. tit. qui cler. uel uouen. Est aũt uotum solẽne, qñ
quis vouit ingredi religionem, & postea suscipit habi-
tum. Duo enim hæc copulatiuè requiruntur, videlicet,
ꝙ quis noueat, & ꝙ suscipiat habitũ, vt sit uotum solen
ne: si enim tm̃ simpliciter uoueret sine assumptione ha
bitus, aut habitum assumeret sine uoto, non diceretur
uotum solẽne. c. Cõsuluit. c. Rursus. qui cler. uel uouẽ.
benè uerum est, ꝙ si portasset habitum per annũm, ubi
non sunt distincti habitus eorum, qui professi sunt &
nouitiorum præsumitur tacita professio, & solẽnizatur
uotum, ut uoluit gl. in d. c. Meminimus. qui cler. uel uo
uen. uotum aũt non solenne est, quoties uotum nõdũ
subsecuta est susceptio habitus. Hoc declarato, debetis
scire, ꝙ q̃uis hæc uera sint quò ad ecclesiã & sacros ca
nones, tũ quò ad Deũ, & obligationẽ quæ contrahitur
cum Deo, non est differentia inter uotum solẽne & sim
plex. d. c. Rursus. c. Magnę. de uoto. & ita est efficax obli
gatio, quæ oritur ex simplici, sicut illa, quæ oritur ex so
lenni: nam utrunq; comprehensum est in ꝓcepto illo,
Vouete & reddite, & ita est ꝑpetua obligatio, uoti sim
plicis, sicut solennis, quia utrũq; nullo tempore circun
ducitur aut tollitur: & ita peccat qui contrauenit uoto
simplici, sicut qui contrauenit voto solenni: verum est,
ꝙ qui transgressor est voti solennis, cõtrauenit Deo &
ecclesię, qui uerò cõtrafacit voto simplici, soli Deo con
trafacit, & ideo magis punitur trãsgressor uoti solẽnis
c. Si vir. 27. distin. c. De uiduis. xxvij. q. j. Est ergo quò ad
ecclesiam hæc differentia (ut dixi) ꝙ votum solenne im
pedit matrimonium contrahendum, & dirimit iam
contractum, simplex uerò impedit tantùm contrahen-
dum, ut dictum est.

33 Vnũ tñ uolo uos notare, uidelicet, ꝙ q̃uis per assum
ptionem habitus solennizetur uotum simplex prius fa-
ctum, tñ non solẽnizatur per susceptionem habitus no
uitiorum infra annũ probationis, quia durãte illo tem-
pore nõ uidentur profiteri. c. Statuimus. c. Ad apostoli
cam. de regulã. clemẽ. Eos. eo. tit. & cum nulla professio
interueniat nec tacita nec expressa, non potest dici, ꝙ
solẽnizetur uotũ. c. j. de uoto. lib. vj. & ita teneatis, quic
quid voluerint Inno. & Card. in d. c. Meminimus. & Ho
sti. in c. Cõsuluit eo. tit. Erit ergo matrimoniũ potẽtius
uoto simplici, quia matrimoniũ destruit votũ simplex:
erit tamen debilius uoto solẽni, quia ab eo dirimitur
etiam contractum & consummatum, vt dictum est.

34 Decimumquartum impedimẽtum est de iure ciuili
in raptore mulieris, qui raptæ nubere non potest. l. i. C.
de raptu virg. in Auth. de rap. mulier. quæ rap. nub. coll.
ix. & hoc ẽ clarũ de iure ciuili, sed de iure canonico se-
cus est: concessa est. n. facultas eis cõtrahendi matrimo-
niũ, si quod prius displicuit postea placeat, & si raptus
transeat in consensum & sic ꝙ mulier cõsentiat, siue ex
pressè siue tacitè, ita est tex. expressus. in c. fi. de rapto.
vbi Abb. declarat.

Est & decimumquintum impedimẽtum illud, quod
continet in d. §. Per occasionem. in Auth. de nup. videli
cet, quãdo uir non potest præstare ea quæ, uiris à natu
ra tributa sunt, ut. s. coire possint.

Alia impedimẽta ꝓsequit hic Ang. & Henri. Boyc. la
tius in c. Literę. de frigi. & malefi. nõ prosequor ulteri⁹,
ne extra glo. euagemur, præsertim cum pauca addẽda
essent, & materia magis canonistalis, q̃ legalis sit.

## §. SI ADVERSVS.

1 *Nomine etiam carere debent, quæ carent effectu.*
2 *Sporades insulæ unde dictæ.*
3 *Spurij unde dicantur.*
4 *Matrimonium contractum contra pręcepta legum nõ solùm caret effectu, sed nomine matrimonij.*
5 *Dispositio loquens de aliquo (puta) matrimonio, sentẽtia, & huiusmodi, intelligitur de ualido.*
6 *Sententia nulla non est sententia.*
7 *Laudum nullum non dicitur laudum.*
8 *Vnio nulla non est unio.*
9 *Collatio nulla non est collatio.*
10 *Statutum loquens de mandato intelligitur de ualido.*
11 *Actus nullus non dicitur actus.*
12 *Testamentum nullum dicitur abusiuè testamentum.*
13 *Exhæredatio nulla non est exhæredatio.*
14 *Res iudicata non dicitur, nec transacta, nec finita, si nõ ritè sit processum.*
15 *Pacta nouissima derogant prioribus, si ualida sint.*
16 *Filij nati ex illegitimo coitu nõ sunt ĩ potestate parẽtũ*
17 *Filij nati ex coitu. à l. reprobato similes sunt uulgò quæsitis.*
18 *Filij nati ex damnato coitu non dicuntur habere patrem, quod declara, ut ibi.*
19 *Intelliguntur est uerbum denotans fictionem.*
20 *Incertum dicitur illud, quod à l. non cognoscitur. Et ꝙ*

per

*per rerum naturam sit certum.*

21 *Et, dictio stat quandoq; implicatiuè.*

22 *Coitus ponitur aliquãdo pro coniũctione matrimonij de facto facta, cùm propriè sit actus coeundi.*

23 *Filij legitimi sunt, quãuis matrimoniũ, ex quo nati sunt sit illicitum, si saltẽ unus ex parentibus nesciebat impedimentum, & erat in bona fide.*

24 *Dos non potest esse, ubi non est matrimonium.*

25 *Matrimonium potest esse sine dote.*

26 *Iuramentũ de accipiẽda aliqua in uxorem intelligitur accedente dote iuxta cõditionẽ & statum mulieris.*

27 *Dos est quid connexum matrimonio.*

28 *Dotis nomen durat matrimonio soluto.*

29 *Actio dotis esse non potest, ubi dos non est.*

30 *Non entis nullæ sunt partes.*

31 *Datum ex causa dotis, ubi matrimonium est cõtra leges, an repetatur saltem conditione sine causa.*

32 *Præsumitur quilibet cognoscere suos coniunctos.*

33 *Pœnitentia in delictis imperfectis facit cessare omnem pœnam.*

34 *Pœnitentia quãdo reducit rem ad pristinum statum, cessat omnis pœna.*

35 *Nuptias prohibitas contrahentes an omnes incidant pœnas, de quibus in Authenti. de incest. nup. & in l. Qui contra C. eo.*

36 *Tex. in §. i. Auth. de incestis nupt. declaratur. Auth. Incestas. C. de incestis nupt. an habeat locum in nuptijs incestis de iure canonico.*

37 *Nuptias incestuosas contrahentes sunt infames & excõmunicati, & ita approbantes & auxilium præstantes, quod declaratur ibi.*

Diuiditur in tres partes, in prima ponitur dictum. s. quid sequatur respectu matrimonii ex nuptiis contractis contra ll. in secunda quid respectu filiorum, in tertia quid quò ad alias pœnas, secunda ibi, Itaq. tertia ibi, Qui autem.

Nomine & effectu matrimonii carent qui contra ll. coeunt nec dotes repetũt, & alias ll. pœnas incurrunt hoc dicit.

Casus non est figurãdus nisi literaliter, nam suprà dictum erat in titulo præced. quòd ii filii in potestate parentum erant, qui ex nuptiis iustis procreati fuissent: declarauit præterea in hoc titulo hucusq; quæ erãt impedimenta iustarũ nuptiarũ: regula enim erat affirmatiua, vnde tñ prohibitiones & impedimenta erant perdiscẽda, vt diximus in prin. Declaratis igitur d. prohibitionibus & impedimentis, meritò infert, quòd qui in casibus prohibitis contrahunt, non contrahunt iustas nuptias, quia nõ coeunt sm præcepta legum, quæ volunt in his casibus matrimonium contrahi non posse: quo fit, vt cùm iuris
1 effectu careant hæc matrimonia, debeant carere etiam nomine imposito à iure l. Nõ putauit §. Non quæuis. ff. de bo. poss. sm tab. l. iiii §. Condẽnatum. ff. de re iudi. cũ si. Et ex hoc etiam infertur, quòd cũ iustæ nuptiæ non sint, non possint etiam esse filii in potestate, qui sunt ii tñ, qui ex iustis nuptiis nascũtur: quia hi filii, cùm à natura tñ cognoscantur, pares sunt vulgò cõceptis, quia sicut illi patrem demonstrare non possunt quia eum incertum habent, ita hi patrem demonstrare non possunt, quia eum habent, quem habere non licet, & quem demonstrare in patrem iura non permittunt. Et hinc etiã est, quòd dissoluto hoc matrimonio ita de facto & contra ll. contracto, non datur dotis repetitio, nec exactio donationi, subiacentq́; contrahentes pœnis, de quibus dicemus in glos. fin.

In tex. ibi, Sed tales sunt &c. Corruptus est hic locus, legendumq́; est, vt in suis Prætermissis aduertit Alcia. & satis constat ex Institutionibus Theophili hic, Vnde solent filii spurii appellari, vel græca voce σποράδην, quasi sparsim, vulgo & passim concepti Vnde & Sporades
2 insulæ dictæ sunt, quæ circa Cretam in mari Carpathio sunt, sic dictæ eò, quòd in mari sparsæ sint. Nothus enim non vulgò conceptum simpliciter significat, sed minus legitimum. Quoties enim filium ex nõ legitimo matrimonio natum dicere nolebant, ex quocũq; coitu editus esset, nothum appellabant Græco vocabulo: nã Latini nomen nõ habẽt quo gñaliter oẽs nõ legitimos
„ vocent. Quint. lib. iii. Nothũ qui non sit legitimus Græ-
„ ci vocant, Latinum rei nomen (ut Cato quadam quoq;
„ oratione testatur) nõ habemus, ideoq́, vtimur peregrino. & Ouid. in epist. Phedræ Hippolyto.

At nec nupta quidem, tedaq́. accepta iugali,
Cur nisi ne caperes regna paterna nothus.

Et, Columell. lib. viii c. ii. loquens de gallinis, Omnium
„ aũthorum (inquit) generum nothi sunt optimi pulli,
„ quos conceptos, ex peregrinis maribus nostrates ediderunt. Erit ergo nothus vocabulum cõe ad oẽs non legitimos: vnde fit vt spurii à nothis derivari non possint. Quantũ verò attinet ad sensum tex. nostri illud animaduertendum est, quòd Iustinianus natos ex dãnato coitu dicit non esse in patris potestate, sed quòd sunt tales quò ad ipsam patriam potestatem, quales vulgò quæsiti: nõ ergo vulgò quæsitos, & hos incestuosos filios eosdẽ esse simpliciter affirmauit. sed, quod attinet ad patriam potestatem, a legibus pariter cognosci. Non ergo sunt vulgò concepti incestuosi, nec eorum appellatione veniunt, sed à l. quantum attinet ad patriam potestatem, pro paribus habẽtur: quod Iustinia. probat, eò quòd nec hi. s. qui ex dãnato coitu nati sunt, patrem habere intelliguntur censura. s. legis, quæ huiusmodi patres nõ agnoscit verbum enim (intelliguntur) fictionem nescio quãdam demonstrat. Habent enim patrem quòd quidem certum, sed quia habent eum, quem habere non licet, patrem quò ad iuris dispositionem non habere censentur, diciturq́; illis esse incertus pater, nõ quia per rerum naturam sit incertus, sed ex eo quòd, cum lex ipsum nolit agnoscere ac inspicere, eo sublato de medio, incerto patre iuris dispositione nati dñr. Vnde subdit Iusti. hi filij ex iniustis
3 nuptijs nati solẽt spurij appellari vel à greca voce σποράδην. i. vulgò passim, ac sparsim cõcepti, vel ἀπάτορες quasi sine patre filij, nõ (vt dixi) quòd sine patre sint & certo, sed quia, cùm habeant quẽ habere non licet, demonstrareq́; minimè possunt, ex dispositione iuris idem est, ac si incertũ haberent. ac vulgò essent, cõcepti: id quod apertius declarat Modesti. in l. Vulgò concepti. ff. de sta. ho. vnde alibi infert Zasius in l. iiii §. Prætor ait. ff. de in ius vo. huiusmodi patris qui sint legum iniuria patres appellari non possunt, posse à filiis in ius vocari sine venia, cùm pater is tñ sit, quem iustæ nuptiæ demonstrãt l. Quia. ff. de in ius vocan. quod ego non probarem per
„ tex. in l. Parentes. eo. tit. vbi Paulus inquit, Parentes na-
„ turales in ius vocare nemo potest: vna est eni oĩbus pa-
„ rentibus seruanda reuerentia. Spurios tñ Plutar. in Problematibus non ab eo, quòd vulgò cõcepti sint, dictos esse putat, sed quia his duabus literis. S. P. olim designabant quasi sine patre: & quia inter prima nomina Romanorum reperiebatur etiam hoc prænomen Spurius, quod similiter duabus illis Latinis literis describebat, factus est transitus, vt spurij appellarentur non solum prænomine illo nominati, sed etiam qui sine patre erant, quãuis apud nostros. sm Bald. propriè dicãtur ii, qui è meretricibus palàm sui corporis quæstũ facientibus nati sunt, vel ex furtiuo coitu viduæ. s. vel virginis: quæ ad bonum

loci intellectum dixisse satis sit.
4 Not.i.quòd matrimonium contractum contra præce
pta.ll.non solum caret effectu matrimonij,sed nec etiã
habet nomẽ:& rõ est,quia cum ius pro matrimonio nõ
recipiat,non potest appellari eo noie,cum nomina de-
beant,esse rebus consona.j.de dona §.Est & aliud.& est
5 regula generalis, ꝙ dispositio loquens de matrimonio,
sententia,contractu,testamẽto semper intelligi debeat
de valida l.4.§. Condemnatum.ff.de re iud.pro qua re-
gula benè facit tex.in l. Si feriatis.ff.de ferijs.sententia
6 enim nulla non est sententia,nec sentẽtiæ nomen meret
7 c.le.Pastoralia de re iudi.Deci.consi. 499 col.4. Et lau-
dum nullum non dr̃ laudum, Deci. consi.475.col.fi.in
8 prin.Corn.consi.140.litera.a. lib. 4.Et vnio nulla non
est vnio,Calde.consi.29.in titu.de præben.Deci.consi.
9 526.col fi.in c.Ex tenore nu. 20.de rescript. Et collatio
10 nulla nõ est collatio.Deci.cõsi. 126.col.fi.in prin.Et ista
rurum loquẽs.de mandato habet locum in mandato va
11 lido,Deci.in c.Nicolao in.ii.not.de appe.Et actus null⁹
12 non dr̃ actus l.Sicut. §.j.ff.de oper.lib. & testamentum
nullum dr̃ abusiuè testamentũ l.ij.§.j. ff.de quemad.te-
13 sta.aper. Et exhæredatio nulla nõ est exhæredatio l.Nõ
14 putauit.§.Non quæuis.ff.de bon.poss. cõtra tabu.Et res
iudicata non dr̃, nec transacta, nec finita si non ritè sit
processum l.j.in.fi.ff.ad Tertullia.cũ fi.Et ideo in dispo
sitione legis vel statuti.cùm quid nominat, & de eo fit
15 mẽtio,intelligitur,si illud validum sit. Et ideo dum dr̃,
ꝙ pacta nouissima derogãt prioribus, debet intelligi,si
valida sint l.Si quis antè.ff.de acqui. pos. Et generalis di
spositio intelligi debet de valida : plura exempla ponit
Alcia.lib.j.ff.de Verb.sig.fol.mihi.28. & i statuto Deci.
in consi.38 col.pen.Alex consi.248.col.ij.lib.vi.& ideo
electionis appellatione venit valida, Decius. in c.Cùm
in cunctis.§.i.in.i.not. de elect.& ad hãc regula est opti
mus tex l. Si feriatis in princi. ff. de ferijs. & confessio
inualida non dr̃ confessio Hippo. consi.14.col.i nu.3.
16 Secundò not.ꝙ filij nati ex illegitimo coitu nõ sunt
in potestate parentũ.& ratio est,quã dixi in figuratione
casus, quia cùm ij sint in potestate,qui ex iustis nuptijs
nascuntur,& hi non nascantur ex iustis nuptijs, meritò
non possunt esse in potestate.
17 Tertiò not.ꝙ nati ex coitu à l.reprobato similes sũt
vulgò quæsitis quantũ ad patria potestate,& rõ est,q̃ di
xi in textualibus,quia cùm vulgo quæsitus sit,qui patrẽ
habet incertũ,& qui patrem non agnoscit,is filius,qui
ex reprobato coitu nascitur,q̃tũ ad patria potesta.ẽ per
tinet.sĩs est eis,qui vulgò quæsiti sunt, quia cùm quò
ad patriam potestatem lex non agnoscat eos in patres
qui non legitimè coierunt,est,ac si essent incerti,decla
rando,vt declaraui in textualibus.
18 Quartò not. ꝙ nati ex damnato coitu non dicuntur
habere patrem : non intelligas, ꝙ ij qui nascuntur ex
damnato coitu, non censeantur habuisse patrem, quia
hoc lex non fingit, sed benè fingit eos nunc non ha-
bere,quò maximè ad patriam potestatem : quod est ex
eo.quia l.non agnoscit eos in patres, qui nixi sunt im-
pugnare legem coeundo aliter, ac à l. permissum sit.c.
Ex eo.de reg.iur.lib.vj.
19 Quintò not.ꝙ verbum (intelligũtur) denotat fictio-
nem,ad idem tex.not.in l.i.§.i.C.de rei vxo.act.nam ve
rè patrem habẽt, sed habere nõ intelligũtur.i.fingũtur
l.Si tibi homo.§. Cùm seruus.ff. de lega.i.in l.Nec em-
ptio §.fi.vbi gl ff. de cõtrahen.emptio.in c.Ex studiis.&
ibi gl.de præsump.Deci.in c.Ecclesia sanctæ Mariæ col.
iiii.de consti.& Iason i rubrica.ff.solu.matri. colũ.ii.de
quo vide in seq. not.
20 Sextò not. ꝙ incertũ dr̃ illud, quod à l.nõ agnoscit,
etiam ꝙ per rerum naturam sit certum : nam hic pater
est certus,& tñ dicit hic Iustinia.ꝙ his ita cõceptis pa-
ter est incert⁹: quod necesse est intelligere certitudine
iuris ciuilis:& habet locum hoc not.& præcedẽs, si ver
ba illa, Nam nec hi &c. referũtur ad natos ex damnato
coitu secundum intellectum glo. Sed mihi magis pla-
cet,vt planius intelligat iste tex. videlicet, ꝙ hi, qui ex
huiusmodi coitu nascũtur,quãtum ad patriam potesta
tem,similes sunt vulgò quæsitis, nã nec hi.i.vulgò con
cepti patrem habere intelligũtur.i.fingũtur,cùm re ve-
ra habuerint patrẽ.sed propter incertitudinem fingunt
nõ habere, cum & his .s.vulgò cõceptis pater incertus
sit quod adiuuatur verbis Theophili hic, qui hũc sen-
sum exprimit,dũ de natis ex dãnato coitu ita loquitur
„ Sed quantũ ad patriam potestatem attinet, tales sunt,
„ quales ij,q ex meretricio coitu & vulgò nascũtur. Nã
„ neq; ij patres habere intelligũtur ob numerum eorũ,
„ qui cum matribus illorum cõsuetudinem habent.& sic
loquitur Theophil⁹ de vulgò quæsitis. Sed vos dicatis,
ꝙ quocunq; modo intelligatur ille tex.est idem sensus
quis enim verba prædicta referãtur ad vulgò quæsitos,
tñ propter vim illius copulę (&)quæ stat hic implicati
uè,patet,ꝙ idem sensit Iustinia.etiam in natis ex dãna-
to coitu : id enim importãt illa verba(Nã nec hi patrẽ
habere intelligũtur,cùm & his pater incert⁹ sit)Dictio
enim illa(&) implicat vtrosq;, vt dicemus i seq; no.Ha
bent ergo incertum patrem ex damnato coitu nati eo
modo,quo declaraui.s.in textualibus.
21 Septimò not ꝙ dictio(&) stat quandoq; implicatiuè
l.ij.ff.de orig.iur.ibi,Pro legibus placuit & ea obseruari
& est frequẽtissimũ apud Latinos, vt apud Virg. Natus
& ipse dea.& est tex.in l.j.i prin.vbi gl.not.ff.solu. mat.
Octauò not.vnde dicãtur spurij. vel eò ꝙ quasi spar-
sim & vulgò nati sint,vel quasi sine patre filij:de quo la
tius dictum fuit suprà in textualibus.
Nonò not.ibi,Sequit ergo,vt dissoluto tali coitu &c.
22 ꝙ coitus hic impropriè ponit pro cõiunctione: coitus
enim est act⁹ ille coeũdi. sed voluit intelligere Iustinia.
de ipsa cõiunctione vice matrimonij ita de facto facta,
quod nota,quia Iustinia.impropriè loquutus est.
Decimò not.ꝙ dissoluto huiusmodi matrimonio ita
de facto contracto, non est locus exactioni dotis, neq;
donationis propter nuptias, de quo dicetur in glo. in
verbo Exactioni.
Vndecimò not. ꝙ contrahentes prohibitas nuptias
patiuntur alias pœnas vltra prędictas, de quibus dice-
mus in glo.fin.
In gl.i verbo,Vulgò.Exponit gl eos esse vulgò cõce
ptos, qui patrem demõstrare nõ possunt, quia per rerũ
naturam sit incert⁹,vel quia sit incertus cẽsura iuris no
lentis agnoscere patres cõtra.ll.coeũtes,vt ex tex.in d.l
Vulgò cõcepti.Dum aũt gl.dicit (vel illicitum)non in-
telligas simpliciter, vt intelligit hic Ange. sed qui patrẽ
demõstrare nõ possunt re vera, quia vulgo quæsiti,vel
illicitum.i.qui cõtraxit aduersus præcepta.ll. vt s.dictũ
est.Et dum Ange. subdit ꝙ hoc est verum,si hi, qui con
traxerũt,sciuerũt impedimentũ matrimonij, dicas hoc
verũ quò ad legitimitatem, & ea quæ ex illa sequũtur:
23 nam si ambo parẽtes, vel saltem eorũ alter sit in bona
fide,& nesciat impedimentũ matrimonij subesse, talis
bona fides vnius ex parẽtibus prodest filiis ex eo coitu
natis,vt.s.sint legitimi, tex. est.in c.ii.& in c.pe.& in c.
Referente.extra qui filii sint legi. voluit gl.in verb.Ven
dicari in l.Qui contra.C.de incest.nup.cum si.
In glo.in verb.Incertus.Declara,vt dixi s.in textua-
libus & in.vj.not.
In glo.in verb.A Græca.Dic, ꝙ gl.corruptè legit,tu
declara,vt dictum est in textualibus.
In gl. in verbo, Seqoitur. Glo. benè dicit, ꝙ optimè
infertur ex tex. ꝙ si matrimonium nõ est nec noie nec
effectu, quoties contra.ll.prohibitiones contractũ est,
non

non poteſt eſſe dos.gl.allegat tex.in l.fi.C.de dona.ante
nupt. ſed eſt melior text. in propoſito. in l.iij.ff.de iure
do.& l.Inceſtæ.ff.de ritu nup. in l.j. ff. ꝑ dote. eſt tex. in
l.j.ff.de priuil.cred.§.fi.ibi, Tam etſi ipſa dotem condi-
cit, tñ æquum eſt hanc ad priuilegiũ admitti, licet nul-
lum matrimonium cõtractum eſt. Et videmus vxorem
putatiuam cõueniri, nõ poſſe actione rerum amotarũ.
l.Si cõcubina.in prin.ff.rerũ amo. vbi Bar. declarat quæ
ſint priuilegia matrimonij & dotis putatiuæ, & marit⁹
putatiuus cõuenitur inſolidum c.j.de dona. inter vi. &
vxo.& ibi Io. And. Ant. de But. & Abb. Bal.Imo.Are. &
Alexan.in l.Diuortio §.Impendia in fi.ff.ſolu. matri. De
ci.conſil.153. In effectu. colũ.j.Ripa in rub.ff.ſolu.ma-
trimo.numero.63.
24 Habes ergo ex hac glo.primò, ꝙ dos non poteſt eſſe
ſine matrimonio, quod eſt verum per ã.dicta iura, ma-
25 trimonium tñ poteſt eſſe ſine dote, auth. Præterea.C.
vnde vir & vxo. & in corpo.vnde ſumitur. tamen dixit
26 Bal.in c.Iurauit.in.ij.col.de ꝓba. ꝙ ſi aliquis iurauit ac
cipere aliq̃ in vxorẽ nulla facta cõmemoratione dotis,
tñ non tenetur eam accipere, niſi cum dote ſm faculta
tes & conditiones mulieris, iuxta.gl.in l.Obligamur §.
Lege.ff.de actio & obli. cùm dos ſit quid connexũ ma-
27 trimonio l.Quod Seruius.ff.de.cõdi. ob cauſam.Aduer
tendum tñ eſt, ꝙ q̃uis dos propriè nõ ſit ſine matrimo-
nio, intelligitur pręſenti vel præterito: nam q̃uis verè
28 non ſit dos ſoluto matrimonio, quia vbi non eſt matri
monium, non eſt dos per prædicta, tamen adhuc durat
nomen dotis matrimonio ſoluto, vt not.in rub.ff.ſolu.
ma.per Bart.Pau.de Ca.Iaſ.& alios vbi videbitis, & eſt
tex.in l.fin.C.cõ vtriuſq; iudi.facit etiam tex. in l.Quin
que.de bon.damna.
29 Secundò habes ex hac gl.ꝙ vbi nõ eſt dos, nõ poteſt
eſſe actio dotis, & rõ eſt, quia eius rei vel obligationis,
30 quæ non eſt, nõ poteſt dari actio, cùm non entia nullę
ſint partes l.Decem §.Decẽ.ff.de verbo.oblig.§.Serua
j.de cap.dimi.
In glo.in verb. Exactioni. Primò glo.interpretaĩ tex.
noſtrum, dum dicit ꝙ diſſoluto tali coitu non eſt locus
exactioni dotis, intelligitur.ſ.per actionẽ ex ſtipulatu,
quæ datur pro dote §. Fuerat.j.de actio. Sed dubitatio
31 Maxima eſt, an repeti poſſit illud quod fuit datum ex
cauſa dotis, qñ coniunctio erat contra.ll.ſaltem condi-
ctione ſine cauſa, & refert opi. Pla. & Ioan. vt in ea: in
qua q.duo articuli ſunt conſiderãdi, vnus.ſ.an qñ non
eſt ſecuta copula, detur talis repetitio: alter eſt, qñ ſecu
ta eſt copula, vt in terminis tex.noſtri, dum.dicit, Diſſo
luto tali coitu.
Circa primũ, qñ.ſ.mulier dedit dotem, tñ poſtea non
nupſit, & ſic nõ fuit ſecuta copula in tali reprobato ma
trimonio, dicatis, ꝙ habet locum tex.in l.fi.ff.de condi.
ſine cauſa. nam iuriſconſultus ibi propriè ponderat ꝙ
non nupſit.dum in prin. & in §. fi.appoſuit ſemper cum
miniſterio illa verba(neq; nupſit) in quo tex.deciditur,
ꝙ datur repetitio, & patet ſm Doct. ꝙ ſciebat mulier fa
32 ctum cùm, in tex.dicatur Auunculo nuptura &c.Nam
præſumptio eſt, ꝙ vnuſquiſq; ſuos cognoſcat auũculos
& coniunctos l.Octaui.ff.vnde cogna.l.De tutela.C.de
in integ.reſt.mi.itẽ ꝙ ſciebat ius. quia alias non poſſet
dici delictum, vt appellatur in illo tex.quia nõ eſt deli-
ctum propriè ſine dolo & ſciẽtia delinquendi: Et hanc
deciſionem comprobat Bart.ibi, quia proxima cauſa da
tionis fuit honeſta.ſ.dotis, q̃uis cauſa remota.ſ.matri-
monij ſit turpis inter illas perſonas: quã rõnem cõſide-
rauit ibi tex.dum dixit, Non enim ſtupri, ſed matrimo-
nij gratia datã eſſe.quæ verba ſubtiliter ponderari poſ-
ſent ad oſtendendũ, ꝙ ibi neq; ſciuit factum, neq; ius
vel ſaltem factum neſciuit: ſi enim ſciſſet ipſum, quem
ductura erat in virum, fuiſſe auunculum, non poſſet di-
ci datũ gratia matrimonii, ſed ſtupri, cùm quilibet ſciat
ſeu ſcire debeat iura. nec mulier iuriſgentium ignorã
tia excuſari poſſet l.Iuris.C.qui admi.cũ vulg. Nec ob-
ſtat verbũ(auunculo)quia q̃uis in figuratione caſus ita
exprimitur ad deſignãdum inter quos coniunctio hæc
cõtrahebatur, per hoc nõ conſtat, ꝙ qñ fuit contractũ,
verè contractum eſſet tanq̃ inter auunculum & neptẽ
ex ſorore.Sed quomodocunq; ſit, vera eſt concluſio ſu
prà poſita, ꝙ datur repetitio, qñ nuptię ſecutę non ſunt
33 ex illa alia rõne, quia in delictis imperfectis pœnitẽtia
facit ceſſare oẽm pęnam l. Qui falſam.ff.de falſis. præ-
ſertim qñ pœna imponitur ipſi facto per legem, vt hic
34 l.iii.§.Hæc verba.ff.de neg.geſt.& qñ pœnitentia redu-
cit rem ad priſtinum ſtatum, nam tũc oĩs pœna ceſſat.
l.Ex hoc edicto.§ pen.ff.de alie.iud.mu. cauſa fact. quẽ
ad hoc allegat Bald.in c. j. in prin. de prohib. feu. alie.
per Fede. & videtur hodie de hoc tex. expreſſus. in c.
Et ſi neceſſe. de dona. inter vir. & vxo. Et ita tenent
Bart. Ange. Pau. de Caſt. & Iaſ. in d. l. fin. ff. de condi.
ſine cauſa.& Sali.ibi.
Circa ſecũdũ, qñ.ſ.eſt conſummatum delictum, quia
contractum eſt de facto hoc illicitum matrimonium, &
ſecuta eſt copula, vt loquitur tex.noſter, diſtinguẽdum
eſt, ꝙ aut mulier.quę dedit dotem, ignorauit ius & fa-
ctum.ſ.ipſum eſſe ſibi coniunctum, & ꝙ inter huiuſmo
di cõiunctos prohiberetur matrimoniũ, & ſine dubio
poteſt repetere dotẽ l.Si cùm dotem §.fi.ff. ſolu. matr.
tñ ille tex.loquitur, qñ matrimonium erat nullum, nõ
turpe, quia cum ſeruo. Aut ſciuit vtrunq;.ſ.ipſum eſſe
ſibi coniunctũ, & ꝙ huiuſmodi cõiunctũ maritũ de iu-
re habere nõ poterat, & non repetit, tex.eſt, hic, & in l.
Qui cõtra. C.de inceſt.nup. Aut ſciuit prohibitum eſſe
habere maritũ in eo gradu, ſed ignorauit probabili ali-
qua cauſa erroris & acerrimo errore illũ eſſe cõiunctũ,
& repetit, tex.eſt in d.l.Qui contra. Aut ſciuit factũ.ſ.ip
ſum eſſe cõiunctum, ſed ignorauit ius, & nõ repetit d l.
Qui cõtra.& ita reſidet Doct. vt latius poſt alias proſe-
quitur Iaſ.in d.l.fi.ff.de condi ſine cauſa.
35 In glo.in verbo, Prohibitas.Glo.videĩ velle, ꝙ in quo
cunq; caſu prohibito nuptiæ contrahãtur, cõtrahẽtes
incidant in pęnas, de quibus in Auth. de inceſt. nupt.
& in authen. Inceſtas. C. de inceſt. nupt. quamuis(di-
cit gloſ.) Irn. velit tm̃ hoc habere locum in inceſtis &
nefarijs nuptijs. vt patet ĩ d.Auth. Inceſtas, quę ꝑ Irn
ſumpta fuit ex d.Auth. de inceſt.nup. vbi Irn. viſus eſt
reſtrinxiſſe has pęnas tm̃ ad nuptias prohibitas rõne
ſanguinis.Gl.in Auth.de inceſt.nup §.j.in verbo, Sauci
mus.ſiue in verbo, Illicitas. monet hanc. q. & ex gene
litate illius tex.cõcludit, ꝙ quoquo modo illicitę ſint,
cõtrahentes incidũt in pœnas poſitas in d. l. Qui cõtra.
& in d.auth. Inceſtas.C.de inceſt. nupt. & idem voluit
gl.in d. auth.Inceſtas. Bar.ibi recitata opi. glo. videĩ cũ
ea tranſire, q̃uis dicat, ꝙ multi Doct.tenent cõtrarium.
Ang.in d. auth. de inceſt.nup.in prin.ſeq. opi. gl.Cy. tñ
ſeq.opi.Iac. de Ra.intelligit has pęnas tm̃ in cõtrahen-
tibus nuptias prohibitas rõne ſanguinis, quia pœnæ re
ſtringẽdę ſunt l. Si de interpretatione. ff. de pœn. Nec
obſtat ſm eum tex.in d.§.i.in Auth.de inceſt.nupt.quia
ille tex.loquitur copulatiuè, & ſic exigit vtrũq: copula
tum: vel exponitur(&)pro ideſt ſm eũ: Cum eius opi.
videĩ etiã trãſire Alberi. ĩ d. auth.Inceſtas. & eãdẽ opi.
tenuerat prius quidam Ciprianus Florentinus, de quo
meminit gl.in d.Auth. de inceſt.nup q̃uis ibi corrupiẽ
legaĩ (Vgo) vt patet ex verbis Saly. in d.auth. Inceſtas.
qui dicit, ꝙ cõis opin.eſt cõtra gl. quò ad pœnas contẽ
tas in d.Auth. de inceſt.nupt. & in d. auth. Inceſtas. ſe-
cus quò ad pęnas cõtentas in d.l. Qui contra. C.de in-
ceſt.nup.nam eas incurrũt quicunq; contra.ll.cõtrahũt
nuptias, & ſic contra quaſcũq. prohibitiones nõ tm̃ iu

Auth.qui.mò.natu.effi.sui.§.Quod verò.Ex his igitur pa
tet,quantum decipiatur Io.Fab.& alij oẽs,qui credunt
oblationem curię esse offerre seruitijs Imperatoris pro
curialibus,vt omnes ferè sentiunt post glo.hic.Quæ di
cta satis sint ad huius loci declarationem, dicetur enim
inferius.

In tex.ibi,Sed ad quam pater consuetudinem habuerat.
Intellige non vt cum vxore, sed vt cum meretrice for-
san,vel concubina, vt declarat hic Theophilus,& quam
ne vxorem ducerem nulla lex vetabat,sed voluntas tan
tùm mea deerat.

4 Not.primò ꝙ oblatus curiæ, si naturalis est tm̃, quia
natus ex ea,cum qua poterat esse matrimoniũ, efficitur
legitimus,& transit in pr̃is potestatem ẽt alijs filijs legi-
timis existentibus,& hoc potest fieri nõ solùm ꝑ patrẽ
viuentẽ,sed etiam si testamento scribat filium suum na
turalem curialẽ, filio tñ cõditionẽ prædictam acceptan
te,& voluntatẽ paternam approbãte . Potest ẽt hoc idẽ
fieri per filiummet naturalem,qñ.s. pater decessit nullis
relictis filijs legitimis si seipsum curię offerat , quę oĩa
habentur in d.§.Si quis igitur.in Auth.qui. mo. nat. effi.
5 sui.Fit quoq; filia fęmina si naturalis sit,legitima, si ma-
trimonio iungatur curiali.l.Si quis. C.de nat.li.§. Quod
6 verò.&.§.Si quis in d.Auth.qui mo.nat. effi. sui.Hic aũt
curiæ oblatus & ita legitimatus solũ patri fit legitimus
successor, nec aliquam aliunde hæreditatem sperare po
test.l.Communium. C. de natu.lib. §. Filium verò.in d.
Auth.quib.mod.natu effi.sui.

7 Secundò not. ꝙ filius naturalis tm̃ non est in potesta
te patris,quod inde est,quia non ex iustis nuptijs natus
est, vt sup.tit. 1.in prin.& dictum fuit sępius suprà.

8 Tertio not.ꝙ filius naturalis tm̃ legitimaĩ per subse
quens matrimoniũ,concor.tex.in c.Tanta.extra.qui fil.
sint legiti.cum si quod intellige , vt habeanĩ pro legiti-
mis potest cõtractũ matrimoniũ, ita apertè probat tex.
in d.c.Tanta.quem tex.ad hoc ponderat Alcia.lib. 3. Pa-
rado.c.12 in fi.& dicã in.gl. ex quo tex.ẽt.Alex.in l.Gal
lus.§.Et quid si tm̃.col.fi.ff.de lib.& posth.voluit, ꝙ hæc
legitimatio non trahatur retro in præiudicium filiorũ
postea conceptorum.voluit tñ Bal.in l. 1. col. pen. versi.
Item quero vtrum filius legitimatus.C.de iur. fis.li. 10.
ꝙ legitimatús ex subsequenti matrimonio habeat quæ-
relã inofficiosæ donationis.& est cõis Doct.scie. qT. Si
vnquã C.de reuo.dona. habeat locũ in his filijs s̃m Bal.
in ca.Innotuit. col.3.de elect.Ias. i rub.ff.delib. & posth.
Ange.& Saly.in l.Si totas.C.de inoffi.dona. Ripa in d.l.
Si vnquã.in 32.q.& ibi And.Tiraquell.in verb. Suscepe-
rit liberos.nu.59 Sed circa hoc est aduertendum , quia
secundum Ange.hic plura requiruntur ad hoc , vt talis
legitimatio procedat.

Primò ꝙ sit ꝓcreatus ex muliere libera , vt dicit tex.
noster, ex quo infert Ang. ꝙ si sit serua tpe conceptio-
nis quãuis sit libera tpe partus per subsequens matrimo
nium ea proles non legitimetur , quod etiã potest pro-
bari ex eo,quod sequiĩ, Cuius matrimoniũ minimè le-
gibus interdictum fuerat:nã interdictum est à lege ma-
trimoniũ inter liberum,& seruam l.Cum ancillis.C. de
9 incest.nup. Sed est ad duo aduertẽdum,primum , ꝙ hoc
non est verũ hodie de iure canonico , quia inter scien-
tes.i.si homo liber scienter ducat in vxorẽ ancillã,valet
matrimoniũ,nec dispar cõditio impedit,tex.est.in. c. 2.
10 de cõiung.seruo.& in materia matrimonij standũ est iu
ri canonico c.pen.& c.fi.de secũ.nup.quo fit, vt putem,
ꝙ si quis scienter habuit rem cum ancilla , sciens illam
esse ancillam,& sic quam de iure canonico poterat du-
cere in vxorem, si ex ea filios naturalis susceptus sit , si
ea ducaĩ in vxorem,dummodo ille filios liber sit ille fi-
lios per subsequentẽ vim matrimonij legitimaĩ , s̃m, ꝙ
nõ est vis in cõceptione(vt inquit hic Ang. ) sed in na-
tiuitate,patet ex verbis Theophili hic dũ inquit , Ideq;
„ si cum muliere aliqua non vt cũ vxore rem habui , quã
„ ne vxorẽ ducerẽ,nulla lex vetabat,sed voluntas tm̃ mea
„ deerat,natus est ex mihi filius.Item probatur ꝑ tex. in
l.Cùm quis.C.de nat.lib.vbi dr̃(aliquos liberos habue-
rit,)non ponderatur ergo conceptio , sed natiuitas etiã
ipso iure ciuili,quod not.

Secũdò(dicit Ang.)exigitur, ꝙ cũ ea muliere,ex qua
natus est ille filius,non esset prohibitum matrimoniũ,
vt dicit hic tex.& in d.l.Cùm quis quod declara, non vt
facit Ang.si aliqua ex prædictis prohibitionibus impe-
diretur(puta)quia consanguinea,affinis , & huiusmodi,
sed etiam si impediebatur eam ducere in vxorem, quia
11 vel ipse maritus esset , vel illa alterius vxor tunc enim
tanq̃ ex adulterio nati & spurij filij nõ legitimanĩ d. ca.
Tãta q fil.sint legi. quod declara nisi matrimonium in-
teruenisset, videlicet,pone, ꝙ ego ignoranter contraxi
matrimonium cum coniungata,tunc si suspiciam filios,
& maritus primus illius mulieris decedat , & ego iterũ
eã ducã in vxorẽ,filij legitimanĩ:& rõ est,quia dum cõ-
traxi matrimonium,dabã operam rei licitę:secus si non
contraxissem matrimonium, sed simpliciter habuissem
rem cũ coniuge alterius etiam ignorans ipsam esse alte
ri nuptam, sed credens eam solutam,nã isto casu omni
no filij spurij sunt,nec legitimantur ꝑ subsequens matri
monium.d.c.Tanta.vbi ita declarat Abb. post Ioan. An.
in glo.2.in fi.& Ant.de But.ibi,& ita teneas.

Tertiò dicit Ange.ꝙ exigitur,ꝙ tpe, quo suscepit. d.
filium,non haberet affectum nec consuetudinem cum
alia iuxta doctri.Bar.in l.fi.de concubi.

Sed hæc opi.Bar.& Ange.est vera inspecto iure ciui-
li:quod satis ꝓbatur ex tex. hic,dum dicit (ad quã pater
consuetudinem habuerat)& in §. 1. inf. de hęr.q̃ ab in-
„ test.ibi,Vt si quis mulierem in suo cõtubernio copula-
„ uerit.& tex.in d.l.Cũ qs.C.de naturali.lib.ibi , Cuiusq;
consuetudine gaudebat. Tñ de iure canonico , quod in
his est attendendum.c.fi.de secũ.nup.contrarium est ve-
rum.s.ꝙ siue ea sit concubina,siue nõ,dummodo sit ta-
lis,vt cum ea possit contrahi matrimonium , si ex ea fi-
lij nobis nati sint,ex ducta in vxorem, filij legitimantur
gl.est ordi.vbi Abb.in c.Innotuit.de elect.& in d.c. Tan
ta col.3.nam c.Tanta.non fundat se super concubinatu,
sed indistinctè propter potentiã matrimonij legitimat
12 antea genitos,nec debet inspici cõcubinatus , qui iure
canonum improbatus est c. Nemo.32.q. 4. Sequeretur
enim,ꝙ magis fautum esset diuturno peccato,& conti-
nuo cõcubinatus,q̃ momentaneo fornicationis . At ius
ciuile,quia non damnabat concubinatum , & quamuis
non assisteret huiusmodi coniunctioni,tamen non resi-
stebat,sed relinquebat eam in meris terminis iuris na-
turalis, magis approbauit filios natos ex hoc coitu , q̃
ex alio ,sed ius canonicum magis damnat concubinatũ,
q̃ simplicem fornicationem,iuxta not.in c.Ex parte.A.
de testibus.Et ideo secundum ius canonicum magis le-
gitimari debent nati sine concubinatu, q̃ in concubina-
tu,& ita teneas.

Quartò exihitur , ꝙ de tali matrimonio conficiantur
dotalia instrumenta,de quo videndum erit in gl.in ver-
bo,Instrumentis.

Vltra alios adde,ꝙ requiriĩ,ꝙ illi,qui coniunguntur,
sint tales,ꝙ non sit inter eos tam dispar conditio, vt ho-
nestè simul matrimonium contrahere non possint,quia
cùm.l.requirat,ꝙ mulier potuerit viro matrimonio cõ
iungi,non solùm intelligitur de iure , sed etiam s̃m ho-
nestatẽ s̃m Bald.in l.2.C.quib. res iud.non no.& in auth.
Item siquis l.2.C.de na. lib..Card. Alex latè in c.Tanta.
qui fil.sint leg.in 16.q.& hanc dicit cõem opi . & cõtra-
dictorem non habere Maria.Soz.iun.in consi.35.Memi-
ni.lib.1.vbi multa alleg.ad hoc.

Quartò not.ꝙ secuto matrimonio fiunt legitimi non
solùm præcedentes filij,& prius nati, sed etiam sequen-
tes,& postea nati,quod indubitatum est,nam cùm nati
sint ex iustis nuptijs,filij legitimi sunt,& in potestate pa
rentum suprà titu.j.in prin.

In glo.in verbo, Curię.Aequiuocat glo.in intellectu
huius verbi(curia:)nō enim sensit tex.de hac curia Im-
peratoris vel Præsidis, sed de curialibus cuiuslibet ciui-
tatis,& mirũ est,ꝙ glo.tã latè ęquiuocauerit, cũ ex tex.
in Auth.qui mo.nat.effi.sui.§.Si quis igit. apertè appa-
reat,ꝙ non loquitur de curia nec Imperatoris, nec Præ-
sidis,sed eius ciuitatis, vel oppidi, ex quo est oriundus:
Ideo declara,vt dixi suprà in textualibus reprobata glo.
hic, & infrà de hære. quæ ab intest.defe.§. 1. ineptissima
enim est hæc expositio.

In glo. in verbo,Interdictum.Glo.exēplificat.s.si aliã
13 vxorē habebat tēpore susceptæ sobolis, & cōceptionis
filij:nam tunc si mortua prima vxore suscipiat illam in
vxorem,quam prius cognouerat, fili non legitimant.c.
Tanta.vbi tex.expressus,qui filij sint legi.Dicebam aliàs
eam esse rōnem,ꝙ ideo letigimant hi filij , quia lex fin-
git illam semper fuisse vxorē,& maximè tpe conceptio
nis & partus,per fictionem translatiuã,cuius natura est
fingere de tpe in tempus: Et quia huiusmodi fictio re-
quirit ambo extrema habilia.s. extremũ à quo, & extre-
mum,ad quod retrotrahitur , iuxta doct.Bar.cōiter ap-
probatam in l.Si his qui pro emptore.ff.de vsuca.in ma
teria fictionis translatiuę,ideo si extremum ad quod,&
sic tpe cōceptionis,vel partus esset inhabile,qa illo tpe
vxor esse nō posset, vel quia alium virum ipsa haberet,
vel ego aliam vxorem,fictio non posset suũ sortiri effe-
ctum:quis ergo non curetur quid medio tpe acciderit,
puta,ꝙ medio tempore vxorem habuerit, nam hoc nō
impedit retrotractionē,vt est tex.in d.c Tanta.ibi,Post
contractum matrimonium.qui filij sint legi.tñ requirit
(vt dixi) vtrunq; tempus habile, benè verum est,ꝙ legi-
timatio.i.effectus ipse legitimationis non trahit retro,
quod patet,quia hi per subsequens matrimonium legi-
timati habentur legitimi post matrimoniũ cōtractũ,er-
go non antè,ita probat tex. in d.c. Tanta.quem ad hoc
ponderauit Alcia.in c.12 lib.3.Parado.vt dixi sup. in 3.
14 not. Sed responderi post, ꝙ non incipiunt haberi legi
timi nisi post contractum matrimoniũ:& hoc est quod
dicit tex. in d.c.Tanta.sed postq̃ matrimonium contra-
xerũt,censentur semper fuisset legitimi,quod probatur
per tex.expressum in l. Cùm quis.C.de nat.lib. Quapro
,, pter (inquit) sancimus in huiusmodi casibus oēs libe-
,, ros,siue ante dotalia instrumēta,siue postea,vna eadēq;
,, lance trutinari,& oēs filios suos in potestate suis existe
,, re genitoribus,vt nec prior, nec iunior vllo habeat di-
,, scrimine,sed qui ex eisdē matrimonijs procreati sunt,
& simili perfruãtur fortuna . Si enim nullo habēdi sunt
discrimine,eadem lance trutinandi,& simili perfrui for
tuna debēt, non video quare iuris fictione nō dicantur
semper fuisse legitimi,& eo modo tollitur tex.allegatus
per Alcia.vbi.suprà in Authen. quib. mo. na. effi. legi.&
ita se habet communis opi.Doct.

In glo.in verbo,Instrumentis.Glo.optimè concludit
de iure ciuili,ad hoc enim, vt p subsequēs matrimoniũ
filij legitimentur,requirũtur dotalia instrumenta , alias
illis non confectis filij non legitimãtur,ita probatur in
15 iuribus allegatis in glo. Sed hodie de iure canonico in
vtroq; foro cōtrarium tenetur cōiter, vt dicit Abb.in c.
Tanta.in 1.nota.qui filij sint legi. fundantq; opi. eorum
Cano super illo text.qui fundat se super vi & potentia
matrimonij,matrimonium aũt non exigit nisi consen-
sum ad eius perfectionē l.Nuptias.ff.de reg. iu. cũ vulg.
& dicit Abb.ibi,ꝙ Legistæ cōiter seq. hanc opi.Declara
tñ hoc esse verum quò ad hoc, vt legitimentur : in hoc
enim attenditur ius canonicum,sed quò ad successionē
in qua ius ciuile attenditur talis legitimatio sine confe-
ctione instrumentorum dotalium non operatur,ita tan
dem concludit Card. Alex. post longam disputationem
in cap.Tanta.qui filij sint legi.in 10.q.vers.Descendo ad
tertium.Maria.Soz iun.in consi.52. Memini.col.2.versi.
Sed vltra adducta.lib.1.

In glo.Cōstitutio.Hęc gl.nō eget alia declaratione,
cùm simpliciter referat dispositionē Authenticæ quib.
mod.natu.effi.sui.vbi videndum est. Et his igitur sit fini
tus iuste titulus.

## RVB. DE ADOPTIONIBVS.

COntinuatur , vt diximus alias,dictus
Imperator de ijs personis,quæ in po
testate parentum sunt , posuit titulũ
particularem de patria potestate, ad
ad cuius necessariam declarationem
positus est titulus de nuptijs, per ea,
que suprà diximus. Sed quia per ado
tionem fiũt iure ciuili filij etiam potestatis nostrę,ideo
posuit hic tractatum de adoptionibus , & ita idemmet
,, Imperator in prin.continuat ,dum dicit,Non solum au
,, tem naturales liberi secundum ea , quæ suprà diximus,
in potestate nostra sunt,verùm etiã ij quos adoptamus.
Et in hanc recidunt omnes continuationes Docto.

## NON SONLVM AVTEM.



26 Ado-

26 *Adopotio est voluntariæ iurisdictionis.*
27 *Defensores sunt minores magistratus.*

Diuiditur hoc prin.in duas partes, in prima
ponitur continuatio huius tituli ad præce
dentia, in secunda diuisio adoptionis, &
diuisionis declaratio.secúda ibi, Adoptio.
Adoptiui filij sunt etiam in potestate:&
qui sui iuris sunt, rescripto principis arrogantur; qui a-
liens, adoptantur imperio magistratus. hoc dicit ex l.1.
& l.2.ff de adop.

Casus non signratur, quia continuando, partiendo, &
do, & hos terminos adoptionis & arrogationis declarã
do procedit.

In tex.ibi, Adoptio aũt duobus modis fit Adoptionũ
1 duas fuisse species Caius iurisconsultus li.1.Insti.tradit
cuius verba ponunt in l.2.ff. de adop.nam quę ponútur
in d.li.1.Inst.Caij, quæ circúferunt, nõ cõuenuit cũ ver
bis.d.l.2.ita ꝙ puté, vt etiá alibi animaduertit Alcia. ꝙ
liber ille, qui circunfert ꝑ Codice Theodosij & Institu
tionibus Caij, sit potius summariũ, & breuiarũ veri Co
dicis Theodosiani & Institutionũ ꝑdictarũ, & tradit et
Tribonia.hic, & Gellius lib.5.c.19. Eius verba sunt, Cũ
,, in alienã familiá, inq; liberorũ locũ extranei sumuntur,
,, aut per Prætorem fit, aut per populum: quod per Præto
,, rem fit, adoptio dicitur quod per populum, arrogatio
,, Adoptantur aũt, cùm à parente, in cuius potestate sũt.
,, tertia mancipatione in iure cedunt, atq; ab eo, qui ado
,, ptat, apud eum, apud quem legis actio est, vendicãtur.
,, Arrogantur ij, qui cùm sui iuris sint, in alienam sese po
,, testatem tradũt, eiusq; rei ipsi authores fiũt. Sed arroga
,, tiones non temere nec inexploratè cõmittuntur. Nam
,, comitia arbitris etiam Pontificibus præbent quæ curia-
,, ta appellantur; ętas quoq; eius, qui arrogare vult, an li-
,, beris potius gignẽdis idonea sit, bonaq; eius, qui arro-
,, gat. ne insidiose appetita sint, considerat, iusq; iurãdũ à
,, Q. Mutio Pon.Max.conceptũ dr, quod in arrogãdo iu-
,, raret. Sed arrogari non potest nisi iam vesticeps. Arro-
2 gatio aũt dicta, quia genus hoc in alienam familiã trãsi-
,, tus per populi rogationẽ fit; Eius rogationis verba hæc
3 sunt, Velitis, iubeatis, vti L.Valerius.L.Titio tam iure le
,, geq; filius sibi siet.q̃. si ex eo patre matreq; familias ei⁹
,, natus esset, vtiq; & vitæ, & necis in eũ potestas siet, vti
,, pariẽdo filio est. Hoc ita, vt dixi, ita vos Quirites rogo.
,, reliqua vide hic in nostris Annota.

In tex.ibi, Imperatoris authoritate. Olim huiusmodi
4 arrogationes apud collegiũ Pontificũ fieri solitas osten
dit locus ille A.Gellij in d.c.19. lib.5. suprà citat⁹, dum
,, inquit, Nam comitia arbitris Põtificibus præbent, quę
,, curiata appellantur, sed planius fit verbis Cic.in Oratio
,, ne pro domo sua, dũ inquit, Quod est Põtifices ius ado
,, ptionis? nempe vt is adoptet, qui neq; procreare iam li
,, beros possit, & cùm potuerit sit expertus, quæ deinde
,, causa cuiq; sit adoptionis, quę rõ generũ ac dignitatis,
,, quę sacrorum, quæri à Pontificum collegio solet. Quid
,, est horum in ista adoptione quęsitum? &c. Solebant po
stea apud populũ fieri, modo imperio, vel rescripto prin-
,, cipis, vt vtrũq; colligit ex l.2.C.de adoptio, Arrogatio
,, etenim (inquit Diocletianus) ex indulgẽtia pricipali fa-
,, cta perinde valet apud Prętoré, vel Presidem intimata,
,, ac si per populum iure antiquo facta esset. De his tamẽ
vide quæ diximus hic in nostris Annotationibus.

In tex.ibi, Imperio magistratus adoptamus eos, &c.
Vides, ꝙ species adoptionis, quia nomẽ speciale non ha
bet, remanet in nomine generis: ita enim sępe nume-
ro accidit: id quod voluit Arist. & declaratur infrà
in.3.not.

5 Not.est primò ex hoc tex. ꝙ filij adoptiui sunt in po-
testate nostra, id quod iure antiquo passim obseruaba-
tur, sed hodie arrogati oẽs trãseunt in potestatem arro
gatoris, adoptati ita demum, si auo paterno vel mater-
no, aut proauo dentur in adoptionem, propter concur-
sum naturalis, & ciuilis vinculi, vt est tex.in §. proximè
seq. vbi dicetur.

Secũdò not. ꝙ adoptio fit duobus modis scilicet aut
authoritate principis, aut Prętoris, vel alterius magistra
tus: pricipis authoritate arrogatio, imperio magistratus
adoptio eorũ, qui filijfa. sunt. concor. tex. ĩ l.1.& 2.ff. eo.

6 Tertiò not. ꝙ adoptio sumitur dupliciter. s. vt genus,
quę sub se comprehendat vtranq; adoptionis speciem,
7 item vt species, q̃a ea species caret nomine, & iõ rema-
net ĩ nudo noĩe generis, prout in multis accidit vt potè
8 in iustitia, quę vt genus quoddam oĩum virtutũ, & quę
oẽs simul virtutes cõplectat, assumitur, itẽ prout postea
est vna virtutum scd'm diffinitionẽ suprà positá in tit.de
9 iusti.& iur.in prin. Item ius ciuile est nomen generis, vt
patet.sup.de iure natu.gent. & ciui. §. Ius aũt ciuile. &
nomen speciei non habentis aliud nomẽ, vt aperte pro-
bat tex.in l.2.§.Hæc disputatio.ff.de orig.iur. vbi ad lite
,, rã dicit iurisconsultus, Hęc disputatio, & hoc ius, quod
,, sine scripto venit compositum a prudentibus, propria
,, parte aliqua nõ appellat, vt cęterę partes iuris suis noi
,, bus designant, sed cõi noie appellat ius ciuile. Similiter
10 vxor est nomen generis, & nomen speciei: id quod pa-
,, ret ex verbis Cicer.in Topic. dum inquit, A forma gene
,, ris, quę interdum quò planius accipiatur, partes enu-
,, merare licèt, hoc modo, Si ita Fabię pecunia legata est
,, à viro, si ea vxor materfamilias esset, si ea in manum vi-
,, ri non conuenerat, nihil debet: genus est enim vxor, ei⁹
duæ formæ, formas appellat Cice. quas nos, & philoso-
phi species dicimus) vna matrumfamilias, hę sunt quę
,, in manum conuenerunt, altera earum, quæ tantum-
,, modo vxores habentur. vbi Boetius dicit id fieri sępe,
vt species eisdem nominibus nuncupentur, quibus,
& genera.

11 Quartò not. ꝙ arrogatio dr illa adoptio, qua adopta
mus eos, qui sui iuris sunt, vel ex eo, ꝙ rogaret adoptãs,
12 an vellet arrogatum sibi iustũ filium esse, & is, qui ado-
ptat, an id fieri patiat, vt dicit tex.in l.2.ff.eo. vel ex eo,
ꝙ non nisi rogatione, & sic lege lata, id fieri posset, vt de
claratur ex verbis A. Gellij suprà in textualibus relatis,
quod etiam comprobat Alcia.in l. Derogatur.ff.de ver-
bo.sign.& dicetur etiam in glo.in verbo Arrogatio.

13 Quintò nota ꝙ arrogatio est de reseruatis principis
ita probatur hic, & in l.2.ff.eo.& ideo dixit Bar.in l.Im-
periũ col.pen.vers. Quarto quot sunt gradus istius mixti
imperij.de iur.om.iud. ꝙ est quoddã mixtum maximũ,
14 quod nõ potest expediri nisi per solum principẽ, vt da-
re veniá ætatis.l.2.C.de ijs qui veni. ęta. impe. interpo-
nere authoritatẽ arrogationi, vt d.l.2.& in emancipatio
ne infantis.l.fi.C.de emã. lib. in legitimatione ꝑ rescri-
ptum.§.Illud.& §.pen.in Authen.qui.mo.nat.effi.sui. &
idẽ dicit Bal.ibi in 2.lect.col.3. versi.Circa tertiã.q.vbi
enumerat.16. reseruata principi, inter quæ enumerat
etiã hoc, de quo nos agimus, & idem dicit ibi Albert.&
Bal.& Roma.in l.1.C.de iur.aur.ann.& in l.Rescripta.C.
de preci.Impera.offe.

15 Sextò not. ꝙ q̃uis aliàs appellatione magistratus ve-
niat Prætor propriè, vt probat tex.in l.2.§.Eodem tpe
magistratus.ff.de orig. iur. & ideo hic videretur intelli-
gẽdum, adoptionem tm̃ authoritate Prætoris fieri posse
tamen contrarium est verum, de quo dicemus infrà in
glo.in verb.Magistratus.

Septimò not. ꝙ difficilius trãseunt in potestatem al-
terius, qui iam semel sui iuris effecti sunt, q̃ qui adhuc
in sacris parentũ reperiuntur, & sic correlarè, ꝙ in ha-
16 bentibus symbolum facilior fit transitus, facit text.in l.
Si vnus.§.Pactus ne peteret.ff. de pact.l. An inutilis §.
Acce-

Acc eptum.ff.de acceptila.cũ fi.Et ideo solet dici,ꝙ sta-
17 tutum,recipit potius interpretationem ab alio statuto q̃ à iure cõmuni,vt dicebat Pet.de Aucha.in cõsi.422. Viso.seq.Decius consi.15.col.3.in prin.

In glo.1.Dic tu clatius,vt alias dicebã,ꝙ filiorũ septẽ
18 sunt species differẽtes,quantũ attinet ad censurã iuris: prima est legitimorum,& naturalium,qui.s.nati sunt ex vero,vel ex putatiuo matrimonio sup. ꝺ patria potesta.i
19 princ.secũda est naturalium tm̃,qui.s.nati sunt ex vna ea cõcubina in domo retẽta indubitato affectu cõiuncta,si vterq; sit solutus:hi enim naturales ideo dñr,quia ſm naturam geniti sunt,nec eis ius ciuile aliquo modo aduersatur,vt not.in rub.ff.de concubi.& declarat optimè Bar.in l.In cõcubinatu.in 3.q.ff. de concubi.& alibi dicit tex.in c.Liberi.23.q.4. ꝙ eos natura, nõ honestas, genuit. Tertia species est superiorum,qui nascuntur.s. vulgò & sparsim, hi enim propriè spurij dicuntur, qui patrem demonstrare non possunt.l.Vulgò quæsiti. ff.de statu homi.

Quarta species est eorũ, qui ex damnato coitu nascũtur,vt adulterini,incestuosi,sacrilegi,& similes, de quibus in §.fi.in Authentico qui mo.na.effi.sui.& dictũ fuit in §.Si aduersus. sup.titu.1.

Quinta species est legitimorum tantum, qui.s.authoritate iuris ciuilis filij efficiuntur, vt qui arrogantur, vel adoptantur,de quibus in hoc titu.

Sexta species est legitimorum , de quibus visum est. sup.titu.1.fi.& ꝓbatur in Auth. qui mo.na. effi.sui.& in Auth.qui mo.na.effi.legi.

Septima, & vltima species ẽ filiorũ spiritualiũ quos. s.ẽ sacro fonte baptismatis,vel cõfirmationis leuauimus de quib.in to.tit.de cogna. spiritua.& ita breuiter, & dilucidè declares,nam ea,quæ per Christo.& Ias. hic ponuntur circa istam gl. obscura sunt, & minus perfectè, explicata:æquiuocãt enim in intellectu verbi (spurius) & in alijs, quæ referre non expedit.

In gl in verbo, Adoptio. Aduertẽdũ est ad diffinitionem adoptionis, nam Doct.se torquent in diffiniendo, multumq; se inuoluunt, dum parũ animaduertũt, quid diffiniãt,nam,vt perfectè diffiniatur adoptio , debet cõsiderari,ꝙ reperitur adoptio in genere, adoptio in specie,& arrogatio, hæc inter se differunt,vt notissimũ est aliud enim est genus, aliud species, & aliud est adoptio in specie,aliud arrogatio,vnde,vt perfectè diffiniantur, necesse est non cõfundere ea,quæ sui natura sunt sepa-
20 rata,cũm diuersorum non possit esse eadem diffinitio, cuius natura est ostendere , quidditatem , & essentiam
21 rei.l.j.§.Dolum.ff.de dolo.cũ vulg.Erit ergo adoptio in genere actus,ꝑ quem authoritate iuris ciuilis,qui filius nõ est,ad similitudinem naturæ filius efficitur. Erit adoptio in specie actus,per quem qui in alterius potestate est,imperio magistratus ad similitudinẽ naturæ alterius filius efficit cõcurrẽte naturali vinculo in potestate, nõ cõcurrente,habilis ad succedendũ efficit. Arrogatio aũt erit actus,ꝑ quẽ, q sui iuris est,principis authoritate ad similitudinem naturæ filius efficitur, & in potestate, & ita declares , nam diffinitiones Doct. multas patiuntur difficultates,sicut forsan,& istæ,tũ facilius intelliges,& planius his quasi descriptionibus factis. Nam diffinitio Ioã.de Pla.nõ est bona,quia adoptio non est actio legalis,sed actus,qa repugnat diffinitioni actionis inf.de act. in prin.Item dum dicit(ad solatium eorum, qui liberos nõ habẽt) cõfunditur per tex.in §.Inter eas.in fi.sup.ti.j. in l Si te pstens.C.de suis & legi.l.Nec est §.Præterea.ff. eo.vbi qui habet filios,adoptat, & arrogat causa cognita saltẽ;benè facit tex.in §.seq.dum dicit,ꝙ pater emancipatus potest filium suũ dare in adoptionem auo suo paterno, qui dicto casu adoptat loco filij, cũm tamen verum filium habeat,quamuis emancipatum.

Nec valet saluatio Io. Fa. quia in diffinitione non debet poni,nisi quod demonstrat quidditatẽ, & essentiam rei,non causas impulsiuas. Eodem modo respondetur ad diffinitionẽ Theophili hic,qui diffinit eodem modo, quo diffinit Io.quia aliud est quærere,quid sliquid sit, aliud est quærere,quare fuerit inuenta adoptio;vnum ostendit substantiam,alterum causam impulsiuam,vel finalem,& cum sit differentia inter causam, & effectum, nõ debemus confundere eos,& ideo mala est etiam dicta diffinitio Theophili, q̃uis ipse saluet eam a communiter accidentibus.

Diffinitio gl.quò ad adoptionẽ in genere bona est,& & conformat se cum diffinitione nostra,sed non distinguit de qua adoptione.Nec obstat obiectio Io. Fa. ꝙ ẽt adoptione nobis nepotes adoptamus.§.Licẽt.inf.eo.q̃a rñdetur, ꝙ cũm adoptio principaliter introducta sit, vt nobis filios paremus,q̃uis sit dispensatum , vt possimus etiam in locum nepotum adoptare, oino saluatur diffinitio ab eo,quod generaliter accidit text. est in l. Suus quoq;.§.Puto.ff. de hære.insti. qui semper allegatur ad hoc,& dixi alias superius.

Diffinitio Ange est falsa:dum enim dicit , ꝙ adoptio in genere est actus legitimus , per quem fit transitus de potestate vnius in alterius potestatem, est falsa, quia cũ comprehẽdat arrogationem,quæ fit de eis,qui sui iuris sunt,non potest cõp̃tere:& puto,ꝙ Ange.voluerit diffinire adoptionem in specie potius, q̃ in genere, q̃uis ita in suis lecturis legatur.At dum Christo dãnat diffinitionem Ange.ex eo,ꝙ aliq̃n adoptatur qui filius est, puta, si emancipaui filiũ,& illum postea arrogaui, quod fieri potest.l.Si pater filium.ff. eo.nam tũc arrogatur qui filius est,aduertendũ est,ꝙ posset saluari ex eo, quod supra diximus per tex.in l.Suus quoq;. §. Puto.ff. de hære. insti. sed in nostra diffinitione arrogationis nõ cadit hæc difficultas,quia verba in ea posita cõprehendũt etiã hunc casum.Et ex his facilè dignosces,q̃ distet à veritate diffinitiones Christo.& Ias.

In glo.in verbo, Rescripto.Glo.in prima parte dicit,
22 ꝙ non solum arrogatio fieri potest ante ipsum principem.s. interponentem authoritatẽ , sed potest etiã fieri corã alio magistratu,cui à principe hoc delegatũ esset, ꝑ hoc tex.in l. 2. in Arrogationes. C.eod.in l.2.ff.eo.& hic in tex.nostro.Sed dubiũ est,cũm interponere authoritatẽ in arrogatione sit mixti Imperij , maximè ſcdm Bar.in l.Imperiũ.col. 5.versi Quot sunt gradus.ff. de iur. om.iud.quo deleget,ꝑ tex.in l. 1.ff.de offi.eius. Et dicit. Bar.in d.l.Imperiũ.versi.Sed dic.ꝙ aut loquimur an princeps ipse possit delegare alteri, & hoc nõ habet dubiũ, per tex.in d.l.Arrogationes,& in d.l.2.in fi.C.eod & est tex.clarus i l.fi.§.1.ff.de offi.eius.vbi princeps potest causas meri,& mixti imperij delegare etiam priuato. l. fin. C.vbi sena.vel cla.Bart.in prin.col pen.ff.de offi.eius.est tex.in ca.Illud.vbi glo.fin.23.quæst.4.l.1.in verbo. Demandare.vbi Bald.in 4. not. & Ias. & in rubr. C. de præci.Impera.offe.

23 Aut loquimur vnquid ille, cui à principe hoc delegatum est, possit ipse subdelegare , & in hoc Pet. & Cy. in d.l.1.ff.de offi.eius.& ibi Roma.tenent ꝙ nõ,ꝑ tex.in
24 l.Cũm antiquitas.C.de vsufru.tñ cõis opi. est in cõtrarium.s.ꝙ delegatus à prĩcipe possit subdelegare causas meri & mixti imperij requirentes causæ cognitionem, licẽt alias non sint delegabiles.l.1.ad fi.vbi gl.Bar.& alij. C. qui. pro sua iur.& est communis opi. vt dicit Ias. in l.1.in prin.col.15.versi.Secundò iuxta glos.ff.de offi.eius vbi Decu. in fin.dicit opi. communem esse cum Bart. & idẽ in terminis dicit Corn.in cõsi.34.col.pe.lib. 1.vbi in indiuiduo consuluit , ꝙ delegatus à principe potest subdelegare authoritatẽ sibi cõcessam cognoscendi, & approbandi , admittendi arrogationem:Et quia hęc videbuntur

buntur à vobis in l.i.de off.eius.quia. est locus ordinarius,omitto,quia sunt extra materiam.

25 Secundo loco glo.quærit,quid si Imperator vel princeps mortuus est,& imperium vacat quô arrogatio expedietur,dicit gl. ꝙ quis imperium semper sit,cum nõ sit semp Imperator,nõ poterit arrogatio fieri quod de iure ciuili verum est,sed de iure canonico vacate imperio supplebit summus Pontifex.c.Licet ex suspecto.de foro compe.& est tex. in cle.Pastoralis.in fi.de re iudic. & vtrobiq;notatur.

In glo. in uerbo,Magistratus.Gl.clara est, Dicit enim ꝙ quis alias magistratus appellatione forte veniat Prætor,vt dixi i nota.tñ hoc in loco debet intelligi, ꝙ adoptio possit fieri apud quoscũq; habẽtes uolũtariam iu-
26 risdictionẽ:nã adoptio uolũtariæ iurisdictionis est l.ii. ff.de offi.procõ.& lega.& ea quę sunt uolũtarię iurisdictionis, possunt expediri etiã per defensores ciuitatũ, in Auth.de defenso.ciui §.Nulla ibi,Et quicquid aliud est monumẽtorũ.ubi gl.propriè exẽplificat in adoptio-
27 ne,ꝙ defensores sunt minores magistratus:gl.nihil allegat,sed satis probat idem tex.in d.§.Nulla. & dicit gl. in rubrica.C.de defen.ciui.& potest satis probari ex ordine titulorũ primi libri.C.& dicũt oẽs in l.i.in princ. ff.de offic.eius. quis hodie post pacem cõstantiæ fecus sit,ut tradit Ias.post alios in d.l.j in.prin. col.iiij. uersi. Quintus & ultimus gradus.

In glo.in uerbo, Arrogatio. Glo.assignat derinationẽ huius uerbi(arrogatio)quã assignat tex. in d.l.ii.ff. eo. quis,ut s.dixi in not.A.Gellius aliã assignat,quia ꝑ populi rogationem fit,quę mihi magis placet, circunscripta authoritate iurisconsulti,quod etiã comprobatur
,, authoritate Liuii lib.vij.ab urb.cõdita,dũ inquit,Inter
,, cętera tristia ei⁹ anni Cos.Appius Claudius in ipso bel
,, li apparatu moritur,redierãtq; res ad Camillũ,cui uni-
,, co Cos.uel ob aliam dignationem haud subiiciendam
,, Dictaturæ, uel ob omen faustum ad Gallicum tumultũ
,, cognominis Dictatorem arrogari haud satis decorum
,, uisum est patribus.

In gl.Inferiorem.Intellige simpliciter inferiorẽ gradum liberorum,ut exemplificat,nõ sequẽtem simpliciter sed sequẽtes gradus ita enim puto glo.intellexisse.

§. SED HODIE.

1 *Adoptio facta ab extraneo nõ diminuit aliquid de iuribus patris naturalis.*
2 *Pater adoptiuus,si extranus ẽ,quę cõsequatur ex adoptione.*
3 *Adoptatus ab extraneo nõ uocat patrem adoptiuũ in ius sine uenia.*
4 *Statutum loquens de filio legitimo trahitur adoptiuũ ab extraneo.*
5 *Filij incestuosi,adulterini,& similes nõ uocant patres in ius sine uenia.*
6 *Adoptatus ab extraneo non transit in eius potestatẽ,*
7 *Adoptatus ab extraneo succedit patri adoptanti.*
8 *Extranei dicuntur secundum subiectam materiam.*
9 *Adoptatus ab auo uel proauo materno uel paterno trãsit in potestatem & familiam adoptantis.*
10 *Duo uincula magis stringunt.*
11 *Statutum uallatum pacto magis potest ꝗ̃ pactũ tantũ*
12 *Adoptiuus an sit suus.*
13 *Suitas non est sine patris potestate.*
14 *Esse tale,& habere iura talis differunt.*
15 *Rationes duæ uincunt unã,nisi una sit uel potẽtior,uel æquè potens:& qualiter hæc regula intelligenda sit.*

Diuiditur in duas partes,in prima ponitur ius nouum generale, ut scilicet regulariter adoptiui non transeant in potestatem adoptantis, in secunda ponitur limitatio, quando adoptantur ab aliquo ex ascendentibus, siue paterno, siue materno. secunda ibi, Si uerò.

Adoptiuus hodie nõ trãsit in potestatem adoptantis, nisi sit ascendens, ꝗ̃uis extraneo succedat ab intestato. h d.ex.l.Cùm in adoptiuis.C.eo.

Casus ita potest figurari: dictum est supra in prin ꝙ nõ solùm naturales, sed adoptiui sunt in potestate nostra, modò dubitai, an hoc sit perpetuò uerum, & rõ dubitationis uidebat indefinita locutio Imperatoris in princ.Cùm enim generaliter dicat, ꝙ adoptiui sunt in potestate nostra,& totum ius antiquum hoc disponat, nõ est cur quæramus rõnem dubitãdi, cũ olim ita esset generaliter & indistinctè decisum:Sed respõdetur hodie cõtrarium esse introductum per cõstitutionẽ Iustiniani, ut.s.ille qui adoptatur à persona extranea.i.quę nõ sit de ascẽdẽtibus,nõ trãseat in potestatẽ adoptãtis: rõ aũt huius innouationis fuit,ut remouerẽtur absurditates & incõuenientia,quę resultabant ex antiqua iuris cẽsura:nam eueniebat aliquãdo,ut postꝗ̃ adoptiuus in alienam familiam trãsiuerat,amitteret successionẽ patris naturalis,cuius familiã exierat,quia pater decedẽs nihil ei relinquebat,& propter paupertatem & egestatem patris adoptiui destitutus ab utroq; remanebat:itẽ quia,si filius adoptiuus post patris naturalis obitũ emãcipabatur ab adoptiuo,utriusq; hæreditate priuabatur, naturalis quidem patris,cuius potestatẽ & fam.lia exierat,quia ad eam nullus dabat regressus: adoptiui,quia dissoluta adoptione per emancipationẽ nullũ ius referebat in bonis eius, cũ quo nulla tũ necessitudinis intercedebat. Hoc tñ limitatur ꝑ Imperatorẽ in adoptatis ab auo paterno uel materno, uel ꝑauis, aut hmõi ascẽdentibus rõne allegata in tex.quia in unã & eandem personã cõcurrunt naturalia iura,quę.s.ex natiuitate & descẽdentia sibi sunt quæsita.iẽ iura ciuilia adoptionis. Lex enim illum facit patrẽ per adoptionẽ,& natura etiam non derelinquit, quia ab eo descendens. Cætera clarius postea explicabuntur.

In tex.ibi, Vel si ipse pater naturalis fuerit emãcipatus,etiã auo,uel ꝑauo simili modo paterno uel materno.Ego puto locum corruptum,nã in proauo materno nulla cadit necessitas emãcipationis, & ideo nõ debet legi sub una uerborum cõceptione sed legẽdum est(ut
,, puto)uel si ipse pater naturalis fuerit emãcipatus, etiã
,, auo paterno,uel proauo simili modo paterno uel materno.intelligẽdo simili modo,ut intelligit gl.i.cum eadem distinctione.s.ꝙ,si proauus est maternus indistinctè:si paternus,ita demum si emancipatus sit pater,nel auus:quod suaderur, quia tex.in l.Cùm in adoptiuis.C. eo.unde non solùm est elicitus sensus,sed etiam uerba,
,, ita legit, Si uerò pater naturalis auo materno filii sui,
,, uel ipse si fuerit emãcipatus,etiam paterno,uel proauo
,, simili modo paterno uel materno.Vnde patet,ꝙ hic deficit illud uerbum(paterno)& ita emendetis.

Quidam cùm filiũ.Ang. & Imol.in l. Verum turpem. ff.
eo.tit.de ver.obli.Bal.in l.Quamuis.C.de fideicom.

In glo.io verbo Exhæredauerit. Supplet glo.vel præ-
terierit,per text.io d.l.Si arrogator.Hęc glo.oon consi-
deratur à Doct.hic, & tñ ex ea duo colligunt, quorom
vtrunq; falsum est.Primò enim vult,ꝙ quemadmodum
qñ pater arrogator sine iusta caosa exhęredat filium te-
netur ei quartam relinquere, eodem modo qñ pręterit
quod(vt dixi)est falsum,quia qñ filius arrogatus est prę
teritus,ex quo est suus infrà quib.mo.test. infir. in prin.
§.Adoptiui.inf.de exhę.lib.cũ vulg.testamentum est nul
lum,& ideo ipse succedit io totum.inf.qui.mod. test.in
fir.in fi.prioc.& est tex.in l.pen.§.fi.C.eo.tit. quia regu-
lariter,qui habet filios legitimos.& naturales ooo arro
gat nisi ex magna causa.l.Si paterfam.§ Io arrogatiooi-
bus.ff.eo.l.Nec ei.§.1.eo.titu.& dato etiam ꝙ arrogator
haberet alios filios,clarum est,ꝙ arrogatus succederet
cum eis,& ideo male dicit glo.Secundò videtor glo.in-
telligere,ꝙ io tex.in l. Si arrogator. ff.eod. filius fuisset
præteritus,quod docet falsum Ias. ibi col.4. versi. Vlti-
mò pro oecessaria intelligentia tex. vbi latè prosequi-
tor,satis sit assigoasse locũ, cum satis extra propositam
materiam esset disputare de intellectu.d.l. Si arrogator.
io hoc loco,satis est,quòd noo iotelligitur in præterito
tatione prędicta.

In glo.io verbo, Iubetur. Sensos est,ꝙ in cautione,
quam pręstat pater arrogator in arrogatiooe impube-
ris, oon præstat de relinquendo quartam, & qñ maior
arrogatur,similiter noo cauetur per arrogatorem de re-
linquenda quarta, & sic oon debetur ex cautiooe, sed
15 ex lege,& ideo ad illam consequeodam intendit filius
arrogatus condictionem ex constitotione diui Pij, vt
dicit glo.in l.1.§ Si impuberi.ff.de coll. bono. in verbo
Persooalis.glo.in l.Si arrogator. io verbo, Quartam.ff.
eod.& est tex.in l.s.C.eo.nam (dicit glo.) si cauetur,
non

non valeret ex generali regula, ꝙ pactum super futura
16 successione tanq̃ cótra bonos mores improbatur.d.l.
Ex eo.C.de inuti. stipu. & similiter pactũ, per quod pro
mittitur, ꝙ testamentũ non querelabitur, d.l.Siquando
§.i.& quia hæc clara sunt, vlterius non insisto.

In glo.in uerbo Quartã partẽ.Quęrit gl. in effectu,
an quarta hæc, quę debet filio arrogato, sit quarta om-
nium bonorũ patris arrogatoris, an uero quarta eius,
quod filio arrogato deberet ab intestato, recitat opi.
Bul.fuisse, ꝙ erat quarta totius substantiæ arrogatoris,
nec incóueniens illud, ꝙ si habeat plures filios q̃ qua-
tuor.hic plus consequat, est in consideratione ẽm eũ,
quia imputandũ est patri, qui arrogauit: quã opi.tenet
etiã gl.in Auth.de hære.& Fal.§.i. in verbo, Liberis.&
uoluit Gui.de Suza.in l.Si arrogator.ff.eo quæ opi.pro-
batur ex generaliter iurium dicentium quartã bono-
rum arrogatoris deberi, & stringit iste tex.in illis ver-
,, bis.s̃.pôderatis, Quartam partẽ ei bonorũ suorũ relin-
,, quere. Tamen glos.dicit se putare, ꝙ intelligatur de
quarta suę partis ex côstitutione diui Pii, quod probat
glo.exemplo naturalium & legitimorum. Sed aduer-
tendum est ad inductionem, nam hoc intendit glo.ll.
omnes, quæ loquuntur de quarta arrogati, dicunt quar
tã deberi ex constitutione diui Pii ita absolutè, nõ ex
plicãdo an de quarta hereditaris uel suæ partis, & hoc
probat ẽm glo.hic tex.noster, & l.Si arrogator.& l.Papi
nianus.§. Siquis impubes.ff.de inoffi.test. ubi simplici-
ter quartam deberi dictum est.Sed uidemus, ꝙ etiã in
quarta legitimorum & naturalium aliquæ leges ita lo-
quuntur: nam tex.in l.Cũ quęritur C de inoff.testa.di-
cit, si quarta bonorũ relicta sit, & sic posset esse eadem
difficultas, an quarta bonorum oĩum, an uero suę par-
tis, & tñ uidemus, ꝙ.l.Parentibus.C.eo.tit.& l.Papinia-
nus.§.Qñ.ff.de inoff.testa.interpretanẽ & intelligunt
de quarta suę portionis, ideo etiã ista ita interpretetur
per locũ ab absurdo, ne.s.plus iuris habeãt arrogati, &
sic legitimi tñ, q̃ legitimi & naturales, & ita declares
mentem glo.cuius opi.cômuniter approbatur à Doct.
in.l.Si arrogator.ff.eo.post Bar.ibi col.fi.versic. Quæro
quę quarta sit hęc. vbi Ias. dicit ita côiter teneri, pro
qua facit ratio Bal.in d.l.Si arrogator in xi.oppo. simili
ter ab incôuenienti: dicit enim Bal.pone, ꝙ pater arro-
gasset quinq; impuberes, quod ex causa fieri põt.l.Si
paterfa.§.[illegible], ꝙ esset
omnium bonorum, quatuor impuberes arrogati con-
sequerentur omnia bona, & illa absorberẽt, & quintus
remaneret sine quarta. Quicquid dicant communiter
Docto.mihi uidetur, ꝙ ad hunc tex.nostrum nõ possit
rectè responderi, dum dicit, Iubetur ei quartam par-
,, tem bonorum suorum relinquere.uerbum enim illud
(suorum) refertur ad ascendentes, non ad illum, cui re-
linquitur, & sic ad arrogatum, per not. per Bar.in d.l.
Cùm in testamento.ff.de aur. & arg.lega.cum si.maxi-
mè quia talia bona non possunt dici arrogati, sed testa
toris: nõ enim habet tñ iuris filius arrogatus in bonis
paternis, vt ipsius bona possint dici bona filij aliquo
modo: quibus verbis ad literã utit etiã Theophilus hic
in suis Institutionibus, nec tex in l.Cũ quæritur dicit
(bonorum suorum) sed (bonorum) simpliciter, ideo po
tuit glossari ab alijs legibus, quam tñ glossationem nõ
habemus in terminis nostris: nullam enim legem habe
mus, in qua possimus intelligere iurisconsultum sen-
sisse de quarta suæ portionis. Facit etiam tex.in l.i.§.Si
impuberi.versi.Igit.ff.de col.bon.in illis uerbis, Pręma
tura est enim spẽs collationis, cũ adhuc uiuat is, cuius
de bonis quarta debet.uerba enim illa (quarta de cuius
bonis) uident etiã innuere, ꝙ sit quarta bonorũ illorũ,
ex quibus debetur: q̃uis sciam posse responderi, ꝙ ibi
non intelligit numerũ nec quantitatẽ, sed designat, un
de educatur, quemadmodum etiam intellitur in l.fi.
ff.si quid in frau.patro.ibi, Vt ex bonis, quę mortis tem
,, pore illius, qui adoptauit.fuerunt, quarta pars ad eum
,, pertineat. nã hic licet designet, unde quarta detrahat,
tũ uidetur etiam hic tex.respicere quartã illorum bo-
norum.quæ tempore mortis relicta sunt, & sic oĩum,
non aũt quartã suę partis, & idẽ uidetur probare text.
in l.Si arrogator. ibi, Nisi forte ad quartam solã, quam
,, ex bonis eius consequitur.Nec uidetur obstare absur-
ditas considerata, quia ad ea, quę frequentius accidũt,
iura aptant.l.Nã ad ea.ff. de legibus.Excogitare enim
ꝙ possint arrogari quinq;, ut dicit Bal.uel fiat arroga-
tio stantibus quatuor aut quinq; filiis, q̃uis aliquando
præter regulas iuris fieri possit, ꝑ hoc regulariter pro-
hibetur, & hoc uenit in causę cognitione, quòd habeat
filios naturales, uel ꝙ habeat alios legitimos: & dũ in
d.l.Si paterfa.dicitur, Non debet quis plures arrogare,
nisi ex iusta causa.intelligitur plures.i.ultra unũ uide-
mus enim.ll abhorrere arrogationẽ plurium: deficit
enim causa arrogationis. Pręterea, cũ pater lucratus sit
fructus omnium bonorum arrogati, quę in eũ transtu
lit, non inconuenit, ut in hoc pręferatur naturalibus. Ac
cedat ratio, quia si esset quarta suę portionis, esset su-
perflua decisio & côstitutio diui Pii: ex quo enim arro
gatus est suus.j.qui.mo.testa.infir. in princi.& quę di-
cta sunt in filiis legitimis & naturalibus & in patribus
habeant locũ etiã in arrogatis.l.pe.in fi.C. eo. utiq; illa
quarta debetur ut filiis suis legitimis & naturalibus, ut
legitimis & naturalibus debetur legitima, cũ sint exę-
quati per iura predicta: quã rationem adducit Ias.in d.
l.Si arrogator.nec ei respondet.Et (ut dixi) ex quo non
solet concedi arrogatio, nisi in defectũ naturaliũ, nec
regulariter conceditur arrogatio nisi unius tantum,
q̃uis possit aliquo casu concedi arrogatio plurium.l.
Si pater.§.In arrogationibus.non in côuenit, ut quarta
omniũ bonorũ debeatur ex d.côstitutione, quia in ef-
fectu redigitur ad similitudinem naturalium & legiti-
morum, quando non extat nisi unus tantum filius: cete
ri enim casus considerandi tanquam insoliti nõ conside
rantur à legibus.d.l.Nam ad ea.ff.de legi. Et hanc opi.
in puncto iuris uerriorem existimo, quamuis commu-
nis sit in contrarium.
18 In glo. In uerbo, Commodum. Côclusio glo. est, ꝙ
pater arrogator non cogitur restituere fructus perce-
ptos bonorũ aduentitiorũ, sed ipsa bona tantum: ratio
est, quia tunc resoluto iure patrię potestatis, quod erat
causa d. acquisitionis.d.l.Cum oporteat.§.i.C.de bon.
19 quę lib.resoluit etiã commodũ, & sic usufructus exẽ-
plo mariti in rebus dotalibus qui.s.lucrat propter one
ra matrimonij fructus dotis, & ideo sibi in iudicio fa-
mi.herciscundę restituenda dos est, & hoc modo facit
tex.in d.l.Si filia.§.i.ff.fam.herc.melius facit text.in l.
Pro oneribus.C.de iur.dot.ibi glo.allegat tex. in d.l.Si
filia. Quod uero subdit glo de dictione (pręter) ꝙ hic
non excludit, nec in iuribus per eam allegatis, hoc non
est aliunde, nisi quia quod adiicitur, nõ continetur sub
regula, ut dictum est.s̃.in vii.nor.

## §. MINOREM.

1 *Adoptare non possumus maiorem, & quare.*
2 *Ars imitatur naturam.*
3 *Lex non facit quod non facit natura, & quomodo.*
4 *Adoptio est facta filatio*
5 *Adoptans debet pracedere adoptatũ per.xviij annos.*
6 *Ablatiui denotant perfectionem.*
7 *Pubertas plena quæ dicatur.*
8 *Plenum.i.finitum.*

9 *Natu dictio quibus uerbis apllicetur.*
10 *Monstrum apud authores Latinos propriè quid sit.*
11 *Tex.in §.General iter ī Authentico de tempo.nō sol. pecu.correctus.*
12 *Pubertas intelligitur secundum subiectam materiam.*

DIuiditur in tres partes, in prima ponit regulam, quòd minor maiorem non adoptat, in secunda assignat rationem, in tertia prę figit ętatem, qua praecedere debet adoptās adoptatum. secunda ibi, Adoptio enim. tertia ibi, Debet itaq;

Decem & octo annis debet esse maior natu adoptās adoptato.h.d.ex l.Si paterfami.in fin.cum.l.seq.& ex.l. Arrogato.§.Non tantum.ff.eod.

Casus ita potest figurari, dubitatum fuit an esset in adoptionibus habēda aliqua ratio aetatis, & uidebatur dicendum ꝙ non, quia cùm ius ciuile ad solatiū eorū, qui liberos nō habebant, introduxerit adoptionē, ut.s. voluntate sua quis posset sibi filiū ciuiliter generare, eaq; res solo & simplici consensu & uoluntate expediatur, non uidebatur esse in aliqua consideratione rō aetatis, sed tātùm uolūtatis, ut.s.latius pateret facultas à iure ciuili cōcessa asciscendi sibi aliquē in filiū: Quo non obstante decisum est contrariū ratione cuiusdam hone 8 statis & verisimilitudinis, cùm enim ius ciuile exerceat & subeat naturae officiū, velitq; adoptatum esse vere filiū.l.Cùm in adoptiuis.in fi.C.eo.incongruū est, ut appareat filius maior natu q̄ pater, cū enim subrogetius ciuile in locum naturae, & eam imitetur, debet sapere naturam & modū eius, in cuius locum subrogatur.l.Si eum.§.Siquis iniuriarum.ff.si quis cau.cum vulg.

Sed tunc dubitatum est, quanto tēpore debeat praecedere pater filiū, & eadē ratione, qua dictum est adoptionē & sic ius ciuile naturā imitari, videbat dicendū, ꝙ sufficeret ipsum praecedere.xv.annis, vtpote.xiiij.annot.nuptiis aptus est ſm ius ciuile, suprà de nup.in pri. cum egro.ll.habeant illam ętatem.xiiij annorū ut habilem ad generandū, ea uidebatur etiā apta ad generādum ciuiliter: Sed hoc nō obstante deciditur, ꝙ debet praecedere xvii.annis, non ea ratione, ut aliqui existimarunt, ꝙ iudicii firmitudine opus sit, & ideo ꝙ ea aetas, quae in alienis & suis rebus iudicandis apta est, arrogationi etiā conueniat: nā hęc rō militaret, si ageremus, quo tēpore posset arrogare, sed cum agamus quantum distare debeat arrogator ab arrogato, & sic (puta) homo annorū.50.cuius aetatis hominē adoptare possit, apparet, ꝙ nō refertur ad iudicium intellectus, qui excedēdus est tpe arrogationis, sed ad possibilitatē naturae, ut.s.ille possit naturaliter esse filius adoptātis, qđ clarius demrātur ex rōne pręcedēti, ꝙ adoptio naturā imitet.

Vnde mihi uidetur, ꝙ ratio possit esse ista, ꝙ q̄uis re uera in quartodecimo anno leges pręsumpserint esse pubertatem ad possibilitatē generādi, tñ qñ actum est in adoptionibus de ciuili & certa generatione, leges se retulerunt ad ętatem, in qua non solum sit possibilis generatio, sed ꝙ à communiter accidētibus omnes puberes sint, iuxta.l. Nam ad ea.ff.de leg.

In tex.ibi, Minorem natu maiorem non posse adoptare placet. Hoc idē attigit optimè Cicero in Oratione pro domo sua, dū cōqnerit Fonteiū aetatis annorū viginti P.Clodiū maiorē natu adoptasse, ut fieret Tribunus plebis in perniciē ipsius. Inquit enim, Adoptat annos.xx.natus etiā minor senatorē, liberorum ne causa at procreare pōt, habet uxorē, suscepit etiā liberos. Et paulo infrà, Non ętas eius, qui adoptabat, q̄sita ē & paulo infrà, Ita perturbatis sacris, contaminatis gentib., & quā deseruisti, & quā polluisti, iure Quiritium legitimo tutelarum & hereditatum relicto, factus es eius filius contra fas, cuius per aetatem pater esse potuisti. Dico apud Pontifices, nego istam adoptionem Pontificio iure esse factam, primum, ꝙ eae uestrae sint ętates ut is, qui te adoptauit uel filii loco tibi per ętatem esse potuerit. Et paulopost, Quę maior calumnia est, quam uenire imberbem adolescentulum, bene ualentem ac maritum, dicere filium senatorem populi Romani sibi uelle adoptare?

In tex.ibi, Adoptio enim naturā imitat. Cic in Oratione prędicta hoc etiā attigit, dū inquit, Illud in primis nequa calūnia, nequa fraus, nequis dolus adhibeatur, ut hęc simulata adoptio filii q̄ maximè ueritatem illam suscipiendorum liberorū imitata esse uideatur.

Not.i.quod dicitur in tex.ꝙ minor natu maiorē adoptare non potest, concordat tex.in l.Si paterfami.in fi. l.Arrogato §.Non tantum.ff.eo.

2 Not.ii.ꝙ ars imitatur naturam inquantū potest, ut.s. 3 non faciat illud, quod non facit aut facere pōt natura. Et hinc dicit, ꝙ lex non facit illud, quod non facit natura: quod intellige in genere, ut.s.quod natura non facit in genere, nō faciat etiā ars aut lex. Non enim facit aut fecit unq̄ natura in toto genere hominū, ꝙ esset maior natu filius q̄ pater, ideo nec adoptio hoc faciet, ꝙ adoptio pcedit per fictionē inductiuā: inducit enim fingendo, ꝙ ille, qui nō est filius, efficiat filius: Est enim 4 ficta quędam filiatio, ut probat tex.in l.Adoptiones non solū.ff.eo.ibi, Perinde.& in uerbo Videtur.l.Mulierē in uersi.Perinde ac sic ex ea natus.C.eo.facit.l.Filio quē pater.ff.de lib. & posth.in uerbo, Imagine naturę. quę verba important fictionem.§.Praetera per acceptilationē.j.qui.mo.toll.obl. Sed in specie benè lex facit quod nō facit aut facere pōt natura: non.n.pōt facere natura, ꝙ ille, qui est apud hostes, sit in ciuitate, quia tñ in genere potest esse hoc, admittitur: & ita declarat Bart. in l.Eadem.ff.de duo.re.in l.Si is qui pro emptore.vbi latè Ias.ubi tractant materiam fictionis inductiuę.ff.de vsuca.in illa.q.an lex fingat super impossibili vel de natura uel de iure.

5 Tertiò not. ꝙ adoptans debet precedere per.xviii.annos adoptatum: rationē dixi in figuratione casus, quam postea reperi sensisse Ias.in l. Si is qui pro emptore.ff. de vsuca.in illa.q.an fictio inductiua fingat super impossibili, dum allegat ad hoc tex.in l.Si paterfa.in fi ff. eo uidelicet, ꝙ ideo hanc ętatē elegit, quia à cōiter accidentibus homines in hac ętate suscipiunt filios. Potest & addi alia ratio, quia xvi.anno pueri deposita prętexta sumebant togam uirilem, & incipiebant exercitationes, & discedebant à paedagogo, vnde in xvii.accipere poterant vxores, quę si grauidae factae essent.x.mensibus postea pariebant, quo fit, ut non ante uel saltem parum ante.xviij.detur facultas filiorum.

Sed lex.hic non exprimit, an satis sit attigisse.xviij. annum, uel requirit, ꝙ integris xviij.annis praecedat: & mihi uidet, ꝙ sine dubio integris.xviij.annis pręcedere debeat: non enim pōt dici quis praecedere aliū.xviij. 6 annis, nisi finiti sint: Ablatiui enim illi denotant perfectionē illā & consummationē, ut post Iac.Bu.dixit Caccialupus in tract.de pactis.in j.q.in fi. Nō enim possunt dici praecessisse.xviij.anni, nisi totus.xviij.praecesserit, si vero nō praecessit integer, uerum est dicere decem & octo annos non praecessisse: in hoc.n.articulo optimè sunt inspicienda uerba dispositionis, ut cognoscamus, an sufficiat, ꝙ sit coeptus uel finitus, ut dicit Abb.in c. Cū in cūctis.de elect.ubi Decius col.penul.facit tex.in l.Si ita fuerit libertas relicta.in princ.ff.de manumiss.

7 Vltimo no. ꝙ plena pubertas dr̄ in xviii.anno: quod nihil aliud est dicere, nisi ꝙ pubertas eo tempore perficitur: incipit enim in xiiii. in masculo (antea enim appellantur impuberes, & sic non puberes) perficitur aūt xviij.

xviii.quemadmodum pueritia incipit anno septimo,& pficit anno.xiiii.erit ergo plena pueritia in xiiii. & hoc est,quod dixit plenam pubertatem.Vtuntur enim & an
8 tiqui authores(plenũ)pro finito,ut Liuius.iiii.li.ab vrbe condi.dum inquit,Cum Hetrusci pleni anni ac pristini diei meliores occasione q̃ pugna in aciem processissent.Hoc autem ea ratione inductum est,ut dixi in figuratione casus,ꝙ eo tempore etiam siquis tardius pubescat,q̃ alii,omnino pubes fiat.

In gl.in verbo Natu.Expositiua est pro natiuitate:nõ
9 enim inuenit,nisi in ablatiuo, & plerũq; adiicitur his duobus adiectiuis comparatiuis(maior)& (minor)ut hic,& in l.i.§.i.& in l.iii.§.Minorem.ff.de mino.quamuis & natu grandes dixerit Iurisconsultus in l.Non tantum.ff.decurio.quod & Cice.in Catil.usurpauit.Et grauior natu dixit Terentius in Heautton in.iii.actu.sce.i. Nunc te obsecro quantò tuus est animus natu grauior ignoscentior, ut meæ stultitiæ iustitia tua sit aliquid præsidii.

In glo.in uerbo,Imitatur.Dicit ergo gl.ꝙ hoc,quod dicitur in tex.adoptionem naturam imitari,est uerũ regulariter,sed non semper,ut in.§.Sed & illud. & in §.In plurimis.dicatis,ut dixi.s̃.ꝙ imitatur naturam in genere in inducendo fictum filium·non in specie:nam uidemus ꝙ qui uxorem nõ habet,adoptare põt.l.Et qui vxorem.ff.eo & qui filium nunq̃ habuit,adoptat loco nepotis,ut in sequen.§.quod q̃uis aduersari uideatur naturę,non aduersatur in effectu in genere.nec in habitu quamuis aduersetur præsupposito illo indiuiduo,& dicam infrà proxi.§.

10 In glos.Monstrum.Dic pro mõstro est.i.pro eo, quod est cõtra naturam,uel saltem pręter.Est enim monstrũ propriè apud Latinos illud,quod præter naturam genitum est,ut inquit Donatus in Terentium,melior tex.in l.iii.in fin.C.de.post.hære.instit.c.Quoniam in plerisq; de offi.ordi.ibi,Quasi monstrum.

In glo.in uerbo, Maior.Superuacua & inepta expositio:Verbum enim illud(natu)tollebat dubitationẽ personæ:sed in his ineptis non est immorandum.

In glo.in verbo,xviii.annis.Glo.in prima parte benè exponit:debet enim esse maior adoptãs adoptato.xviii. annis:tantum enim tempore intercedere inter patrem & filium conuenire statuit lex.

Dum uero secũdo loco glo.quærit,an qui plures adoptat,debeat pluribus uicibus pręcedere,& sic debeat totidem annis ætate distare ab adoptato,& soluit ꝙ non, quia natura etiam i eodem anno possumus habere plures filios, dicatis,ꝙ benè dicit, sed hęc non est uera rõ, nam inconueniẽs illud quod resultat ex eo,ꝙ maior sit natu filius,q̃ pater,fecit statuere hoc, ꝙ plena pubertate pater adoptiuus præcederet,cui quidẽ rationi satisfa
1 ctum est, vbicũq; filius.xviii.ann.est natu minor pr̃e adoptiuo: inspicitur ergo ista ratio prout in singulis filiis comparatis pr̃i,nõ autem in uniuersis,quia quamuis naturam adoptio & lex ipsa imitetur,hoc facit in genere, non autem respectu indiuidui,ut.s̃.dictum est.Vera igitur est conclusio glo. à cessante ratione prohibitoria,& ita declaranda est.

Glos.vlterius not.pubertatem plenam variè dici:sed glo. æquiuocat, nã glo.benè diceret,ꝙ nõ plena pubertas sed pubertas est xiiii.anno cõpleto,ut dicit tex.j.qui.mo.tute.finia.in prin.tũc enim incipit pubescere:dũ verè allegat tex.in d.§.Generaliter.aduertẽdum est,ꝙ ibi nihil dicitur de pubertate, sed benè,ꝙ qui q̃ celerrimè nuptias contrahunt,ad illas non minores.xv.annis accedũt, quod nihil habet cõmune.cum pubertas,ut modò disputamus,cùm ponat morẽ nubendi temporum suorum Iustinianus eorum,qui q̃ celerrimè nubũt.Sed obi
11 ter aduertendum est ad uerba illius text.in §.Generaliter qa uerba illa,Qua de re transit ad quintum & vigesimum annum.sunt malè translata, & ita debent reponi, Vnde & xxv.annum excedet.

Similiter tex.s̃.qui ma.non poss.§.fi. nihil dicit de Pubertate,sed ꝙ quia ad dandã libertatem requiritur summum animi iudicium, ut ibi dixi, ne seruorum blanditijs adolenscentes decepti dent libertates,& per consequens diminuant patrimonium, lex non est contenta ętate xiiii.annorũ,sed media uia electa voluit post.xvii. completum dare posse adolescentem libertatem seruis suis non aliter considerata pubertate, sed potius quodam animi iudicio.

Similiter tex.in l.i.§.Pueritiam.de postulao.nihil facit ad pubertatem,sed ætatem xvii.annorum postulãdo pro alio aptam esse dicit: rationem ibi & superius etiã assignauimus, quia post annum exercitationis sumpta virili toga id permissum fuit.

Vnde dicendũ est,ut alias dicebam, & dixi etiã superius,ꝙ q̃uis xiiii.anno finito quis incipiat esse pubes,tñ pubertas ipsa finit in xviii.anno,quia tunc Plena & finita dicitur,omnes enim eo tempore sunt puberes.

Vlterius aduertendum est ad tex.in l.Mela.in.prin.ff. de ali.& cib.lega.nam ille uidet potius probare contrarium:dicit enim, ꝙ q̃uis pubertas aliter diffiniatur,tñ humanitatis rõne in hac sola specie alimentorũ hoc tẽpus ætatis obseruandum esse non est inciuile Ostendit ergo,ꝙ pubertas non eo modo diffinitur,sed ꝙ in hoc vno casu alimentorum ita taxatũ est humanitatis intuitu quod ostẽdit,&ꝙ eo tempore nõ est pubertas,item, ꝙ extra causam alimentorũ nõ attenditur talis taxatio: ex qua ponderatione tollitur ratio eorũ,qui in l.Arrogato.ff.eo.volunt,ꝙ plena pubertas in fœminis sit in xiiii. anno.per tex. in d.l.Mela.& inferunt. fœminam ex indulgentia principis adoptantem debere pręcedere saltem.xiiii.annis quod ego non admitterem,stante generalitate tex.nostri,& ꝙ tex.ĩ l.Mela.extra causam alimẽtorum non uidetur habere locum.

Quod magis probatur per tex. in l.Cùm filiofam.in fi.ff.de leg.iii.vbi si quis maiori.xiiii.ann.legat aliquid, cùm ad pubertatem peruenerit,intelligitur de ætate
12 xxv.annorum,non autem de.xviii.quo fit,ut secũdũ subiectam materiam interpretetur:in dubio tamẽ,ut omnes hic dicunt,pubertas intelligitur tempus xiiii.annorum in masculo.xii.in fœmina.

## §. LICET AVTEM.

1 *Adoptio nõ exigit cõsensum eorũ,inter quos iura agnationis consequuntur.*
2 *Citandi sunt q lęderentur in cõfirmatione adoptionis.*
3 *Agnasci filij quando dicantur.*
4 *Ad.i.post.*
5 *Adoptare non solum filium possumus,sed nepotem,& deinceps.*
6 *Adoptare nepotem possumus,etiam si filium non habeamus.*
7 *Gradus secundus datur aliquando sine primo.*
8 *Adoptare potest etiam uxorem non habens.*
9 *Adoptio quomodo imitetur naturam.*
10 *Adoptione facienda nepotis,an debeat haberi rõ ætatis,& quomodo.*
11 *Adoptio nepotis tanquam ex tali filio exigit cõsensum illius filij.*
12 *Fictio fictionis dari potest.*
13 *Specialia duo non debent circa idem concurrere,quãdo maximè procedunt ex eodem fonte.*
14 *Specialia duo concurrunt,quãdo unum uenit in consequentiam alterius.*

15 *Adoptari non potest frater nec pater.*
16 *Peregrinus quis dicatur in.l.Nec apud.C de hære.insti.*
17 *Filius potest impedire matrimonium nepotis.*

Diuiditur in tres partes, in prima ponitur dictum, ꝙ licet adoptare in locũ nepotis uel pronepotis, etiam si quis filiũ non habeat, in secunda aliud dictum, ꝙ potest filius alienus in locum nepotis adoptari, & nepos proprius in locum filii in tertia ponitur declaratio ad primum dictum, quòd adoptando in locum nepotis debet filius consentire, secus est, si auus det nepotẽ in adoptionẽ, quia nõ est necessarius consensus filij. Licet adoptare etiã filiũ alienum in locum nepotis, & deinceps, etiam si filium quis non habet, & nepotẽ in locum filii: ꝙ si sit filius, debet adoptioni nepotis consentire, secus si filius ex eo detur ab auo in adoptionem h.d.ex.l.Adoptare in princi. ex.l.Si pater.§.Qui duos.l. Cum nepos.ff.eo.

Casus ita figurari in singulis partibus potest, & primò quæsitum est, an concessio facta à .l.ut sibi quis ciuiliter filiũ generare possit, extendatur ad nepotẽ: & uidebatur dicendum, ꝙ non, quia cũ hic legitimus modus introductus uideatur à lege in defectum generationis, non uidebatur extendi ultra filium ratione cessante.c. Cùm cessante. de appell. cuius cõtrariũ deciditur, quia sicut re uera optamus perpetuitatem quandam generationis & conseruationis.l.Liberorum.ff.de uerbo.signi
„ ibi, Etenim idcirco filios filiasue concipimus atq; edi-
„ mus, ut ex prole eorum earũue, diuturnitatis nobis memoriam in æuum relinquamus, ita per fictã hanc generationem hæc eadem facultas conceditur.

Dubitatum præterea fuit, an possit alienus filius in locum nepotis adoptari, uel nepos i locum filii: & uidebat, ꝙ ordo naturæ seruandus esset, tñ contrarium deciditur ob amplissimam facultatem, quã dare uoluit lex parentibus sibi generandi ciuiliter liberos: tamen quia hanc partem tex.nostri nos corruptã putamus, ideo in textualibus dicemus de hoc.

Tertiò dubitatum fuit, an quando adopto aliquẽ in locũ nepotis tanq̃ natũ ex eo filio, quẽ uel naturaliter uel ciuiliter habeo, debeat interuenire consensus filii tanq̃ ex quo nepos adoptatur: Et uidebatur dicendũ ꝙ nõ, quia qũ fit addoptio, nõ est necessaria aliter authoritas eorum, inter quos iura agnationis consequuntur. l.
1 Cùm adoptio fit.ff.eod. Præterea cũ talis filius i potestate patris sit, & hi nepotes in potestate aui futuri sint, nõ uidebatur eius consensus necessarius: sed tamen contrariũ deciditur, & ratio assignatur in tex.ne ei inuito suus hæres agnascatur. Est enim regulare in adoptionibus, ut
2 ii, qui læderentur, vocentur in ipsa confirmatione adoptionis.l.Nam ita.ff.eo.

Quarto loco dicitur, ꝙ nõ requiritur consensus filii, qñ auus nepotẽ ex eo dat in adoptionem: ratio autẽ dubitandi & decidendi satis patet ex glo.vltima in uerbo, Consentire. vbi videbimus, eo enim casu non ita læditur filius, vt ibi dicemus.

In tex.ibi Et tam filium alienum quis in locum nepotis adoptare põt, q̃ nepotem in locum filii. Mihi semper iste locus corruptus visus est, nam primũ illud dictum, ꝙ filium alienum in locũ nepotis adoptare valeamus, caret dubitatione: cum enim dictum sit licere in locum nepotis adoptare, vtiq; iam clarum ẽ adoptandum alienum filium esse. Preterea illa reciprocatio (tam & q̃) arguit paritatem in cõparatis, vnde puto hic poni casum l.Si paterfa.§.Qui duos.ff.eo.uidelicet, ꝙ pater adoptare possit filium alterius filii in locum nepotis ex altero filio, & etiã nepotẽ ex filio suo in locũ filii, quod magis mihi suadet, quia & hic locus in Institutionibus Theophili corruptus est, & notatus asterisco: error autẽ inde processit, ꝙ (alienum) pro (alium) scriptum est. Restituẽdus igitur est mea sntia hoc modo hic locus, Et tã alium
„ filiũ quis in locũ nepotis adoptare põt, q̃ nepotẽ in lo-
„ cũ filii Potest & legi, Et tã filiũ aliũ. Posset tñ saluari hic tex. ꝙ illa fuerit in hoc tex. ratio dubitandi, an esset seruandus ordo naturæ, qui est in ipsa naturali progenie, videlicet, vt ille, qui vere est filius alterius, non possit effici ciuiliter nepos, & ille, qui erat naturalis nepos, non possit fieri ciuilis filius: & ita benè procedat tex.noster, quod suadẽt uerba illa Theophili in eius rõne, dum in-
„ quit, Quoniam necesse mihi nõ est ordinem gradumq;
„ qui apud patrem naturalẽ est seruare. Et ita benè procedit tex.noster, & benè potest intelligi: tamen satis sit admonuisse, cęteri diligentius inspexerint.

In tex.ibi, Ne ei inuito suus hęres agnascatur. Agna-
3 sci propriè dicunt filii, qui post testamentum nascũtur, qui eorum natiuitate rumpunt testamentũ, & dicuntur impropriè posthumi cõponitur.n.hoc uerbum ex (ad)
4 & (nascor) sumiturq; in hac cõpositione dictio (ad) p (post) ut Vlpia.in l.Qui duos.ff.de manu.testa. ibi, Sed
„ multo magis hęc conditio, Ad annum liber esto. ita ac
„ cipi põt post annum q̃ moriar, liber esto. Et Cic.l.xii.ad
„ Atti Aut nescio quid intersit. utrum illuc nunc ueniam
„ an ad decem annos. Idem pro Cecinna, Cui filius agna
„ tus sit, eius testamentum non esse ruptũ iudica. Et lib.i.
„ de Orato Nunquid eo testamento, quod paterfamilias
„ ne fecit, q̃ ei filius natus est, hæreditatem petit? nemo,
„ quia constat agnascendo rumpi testamẽtum. Hic autẽ non accipitur pro eo, quod est fieri agnatum post testamentum, sed simpliciter, quemadmodum etiam accipitur in l.Si quis nepotem.ff.eo. & est apud iurisconsultos verbum frequentissimum.
5 Not.primo. ꝙ licet adoptare non solum filium, sed etiam nepotem & pronepotem, & deinceps in infinitũ: & rõnem assignaui in figuratione casus propter desideriũ propagãdæ memorię.d.l.Liberorum. in fi.ff.de verbo sig. concor.tex.in l.Adoptare.ff.eo.
6 Secundò not. ꝙ q̃uis quis non habeat filiũ põt loco nepotis adoptare, concor tex.in d. l. Adoptare. & hic
7 not. ꝙ q̃uis secundus gradus dicatur respectu primi, tñ hic datur secundus gradus sine primo. Doct.hic oppo.de.§.præcedenti, & de.l.Adoptio .n..ff.eo non enim est ſm naturã, ꝙ ille, qui filium non habet, habeat nepotem, & est oppo.glo.in d.l.Adoptare. Iac.de Bel.respondet. ꝙ q̃uis nõ habeat tẽpore adoptionis, habuit saltem prius, qui quãuis decesserit non repugnat naturę, quia sicut potuisset haberet naturalẽ potest habere ciuilem, pro quo bene facit hic tex. & in l.Adoptare. qui loquuntur in præsenti, q̃uis filiũ quis non habeat, & ẽt si filiũ non habet, nec abnegant habuisse hęc iura: quæ solutio reprobatur à Doct. tanq̃ quæ nimis restringat istum tex. Alii dicũt hoc esse speciale, quemadmodum etiã specia-
8 le est, ꝙ qui uxores non habent filios adoptare possint.l. Et q uxores.ff.de adop. Alii dixerunt, ꝙ hoc, ꝙ adoptio imitetur naturã, intelligitur.i.possibilitatem quandam naturæ, & hoc esse possit, sicut in l.Confessionibus.ff.de interrog.actio ibi, Quia falsæ confessiones naturalibus cõuenire debẽt. Ray.dicebat, ꝙ i regula illa, ꝙ adoptio naturam imitetur, intelligitur plerunq; Vera resolutio
9 est illa, quã alias supra posuimus in §.pręcedenti, uidelicet, ꝙ adoptio imitetur naturam in genere, non autem in indiuiduis: non enim dicitur esse contra naturam illud, quod põt esse ſm naturam habitu, q̃uis actu non sit Erat cõtra naturam in genere, ꝙ maior esset filius q̃ pater, non est contra naturam, ꝙ quis habeat nepotẽ, q̃uis non habeat filium, quia non debet præsupponi qualitas illa illius indiuidui: q̃uis dici posset, ꝙ etiam in exẽplo prioris præsupponitur ętas indiuidui.

10 Sed

10 Sed vtrum adoptando aliquem loco nepotis debeat haberi ratio annorũ, vt in § praecedenti? Mihi uidetur ꝙ sic, quamuis non reperiã tactum: puto igitur ipsum adoptãtẽ praecedere debere saltẽ annis xxxvi. alias esset contra naturam: quod not. pro extensione. §. praecedentis: cum enim militet eadem ratio, idem ius est constituendum. l. Illud. ff. ad l. Aqui. cum si.

Tertiò not. ꝙ põt quis adoptare filium in locum nepotis, & nepotem in locum filii, sm intellectũ nostrum positum. s. in textualibus: quod ita fieri potest emancipato prius filio, & postea adoptato in locũ nepotis; tũc enim non facit hoc ut pater, sed vt quilibet, vt est tex. in l. Si paterfa. §. Qui duos. ff. de adoptio.

11 Quartò not. ꝙ qñ adoptatur quis in nepotem quasi ex tali filio, filius debet consentire: lęditur enim, quia agnasceret inuito, & ei inuito suus hæres efficeretur, vt dixi in figuratione casus, & est regula generalis, ꝙ ille, qui læditur, semper vocandus & adhibendus est. l. Nam ita diuus. ff. eo. l. De vnoquoq; ff. de re iudi. vbi latè ponunt Docto.

Quintò not. ibi, Vel quasi ex eo filio, quem habet iã 12 adoptatum ꝙ datur fictio fictionis sm Docto. Est enim adoptiuus filius fictus filius, si ergo superinducatur adoptiuus nepos ut ex eo, dicitur fictus nepos, & sic datur quędam fictio fictionis, quod dicunt esse contra l. i. C. de dotis promiss. & ibi glo. vbi habetur, ꝙ duo specia-13 lia non debẽt circa idẽ cõcurrere: quod stringi fortius põt ex eo, ꝙ hę ambę fictiones & fictæ introductiones procedũt ex eodem fonte. s. perpetuitatis & memorię sibi propagandæ. d. l. Liberorum in fi. ff. de uerb. signi. tradit Bal. in l. ii. in fi. C. de fructi. & lit. expen. tradit Bar. quem alii seq. in l. Si is qui pro emptore in vltima. q. ff. de vsuca. Tamen soluit Ange. hic, quem Ias. seq. ꝙ hoc ideo est, quia non concurrit in eodem subiecto, quia talis fictio versatur in duobus corporibus, & ideo nõ obstat. l. Singularia. ff. si cer. pet. Potest etiam dici, ꝙ in ca-14 su isto vna fictio veniat certo modo in cõsequentiã alterius iuxta l. Si quis posthumos. §. i. uersi. Diuersum. ff. de libe. & posth. ubi Arez. no. in vlti. not. Sicut enim ibi filius, qui moritur apud hostes, fingitur decessisse viuo testatore ex fictione. l. Corneliæ, consequẽter inducitur alia fictio in persona nepotis, ut nepos uideatur retro fuisse in potestate aui & sic praeteritus rumpet testamẽtum aui, eodem modo in casu isto concessa adoptione filii uenit in quandam consequentiam generatio tam naturalis, quam ciuilis nepotum.

Sextò not. ꝙ si auus det nepotẽ ex filio in potestate in adopsionẽ, nõ est necessarius ꝯsensus filii, de quo & eius ratione videbimus cum glo. in uerbo, Consentire.

In glo. i. in verbo, Non habeat. Non est vlterius insistendum, quia quę pertinent ad declarationem huius glo. satis explicauimus suprà in secundo not.

In glo. in verbo, In locum Ampliat primò gl. tex. nostrum, ut possit. s. pater adoptare nepotem ex vno filio tanq̃ nepotem ex alio d. l. Si paterfa. §. Qui duos. ff. eo. quod fit vt ibi dicit emancipato prius. d. nepote, ac postea tanq̃ ex altero filio adoptato: cum enim iã p emãcipationẽ sit factus illi extraneus, dũ postea adoptat, id facit ut quilibet, nõ ut auus: dicit tamen, ꝙ loco fratris 15 quis nõ põt sibi aliquẽ adoptare d. l. Nec apud. C. de hære. insti. cũ enim adoptio naturã imitetur, vt §. pręced. naturę non conuenit, vt fratrẽ frater gignat: vnde sicut id naturaliter fieri nõ põt, ita nec ciuiliter. Similiter nec adoptatur quis in patrem, quia natura cõparatum est, vt patres filios, non filij parentes generent, vt dicũt Ang. Pau. de Cast. & Corn. in l. Si pater. C. de hære. insti Quid autem significet in d. l. Nec apud. verbum (peregri-16 nus,) super quo se torquent Doct. petendum est ab Alciato. c. 15. lib. j. Parergon.

In glo. in verbo, Consentire. In prima. Hęc glo. in manifestissima re nodum quęrit: addit enim primò & benè, ꝙ quamuis aliquo modo lędantur agnati per adoptionem, non tñ necessarius est eorũ cõsensus: ea ratio est quia ea spes, quam habent ad successionẽ adoptantis eũm ipse uiuat, & possit testari, non est considerabilis, sicut dicimus, ꝙ veniẽtes ab intestato stipulant à patre arrogatore infra pubertatẽ, quia certũ est illos successuros fuisse, si adoptatus non esset, post pubertatẽ verò nõ, cùm esset in potestate illius arrogati testari, & alios instituere, ut dictum est. s. in §. Cùm autem. in gl. in verbo Venturi eo. tit. sed filius, cui iste nepos agnasci debet, requirendus est, cum ualde sit absonum, vt quis inuitus habeat hæredem necessarium, vt. j. dicetur.

Subdit glo. ꝙ consentiente filio res probè acta erit, & recidet nepos in potestatẽ filii mortuo auo, eritque illi suus hęres: si uerò non cõsentiat filius, glo. se inuoluit, & exponit variè verba illa (ne ei inuito suus hæres agnascat:) Sẽsus planus est, & debet intelligi ei filio inuito, & clarus sensus huius loci deprehendit ex uerbis Theophili hic eius verba sunt, Quartò cõe his est, ꝙ
„ siquis in locum nepotis aliquẽ adoptet velut ex eo na-
„ tum, quem aut naturalẽ habet aut adoptiuũ filiũ, opus
„ sit omnino & filii consensu: Nã cum mortuo illo qui
„ adoptauit, is, qui adoptatus est, in potestatem eius reci
„ dat, ex quo natus esse per adoptionẽ fingitur, ideo eũ,
„ qui in medio est, consentire oportet, ne ei inuito suus
„ hęres agnascat. & Ita propriè intelligendus est tex. noster, videlicet, ꝙ si filius non consentiat, nõ possit auus aliquem nepotem ut ex eo natũ adoptare: quod etiam deprehenditur ex tex. in l. Siquis nepotem. ff. eo.

Vnde malè dicit glo. dum inquit, si autem nõ cõsentiat filius, tũc agnascitur seu agnatus fit ei. i. auo hic nepos, & suus efficit hęres etiam filio inuito, nec recidit ad potestatẽ eius: non enim potest effici suus auo, quia filius est in medio. § Sui. j. de hęred. quali. & diff. nõ potest effici suus filio, quia nõ consentit, & ad hoc tex. noster requirit consensum: non enim impedit sine filii cõsensu adoptare auus, sed si adoptet, filius nõ habebit nepotẽ neq; in potestate neq; suũ mortuo auo: ut igit hũc effectũ consequat, necessarius est filii consensus. l. Cum nepos. ff. eod. alias non est necessarius consensus in adoptionibus eorum, inter quos iura agnationis cõstituũtur. d. l. Cum nepos. cum. l. seq. Cætera omnia tã ridicula sunt, ut pudeat refellere: declaretis igit tex. nostrum,
17 ut s. proxi. dictum est. At dum glo. postea subdit filium impedire posse matrimoniũ nepotis. l. Oratione. §. i. ff. de ritu nup. & tñ non impedit adoptionem assignans rõnẽ indiuiduitatis, dicatis totũ hoc processisse ex eo, ꝙ glo. non intellexit benè tex. nostrum. nam est intelligendus, ut dixi, ꝙ decidat contrariũ cum declaratione prędicta. & ideo concordat cum d. §. i. ubi similiter gl. opponit de tex. nostro, & non soluit, & ratio indiuiduitatis nihil facit ad casum.

In glo. in verbo, Consentire la. ii. Clara est glo. in qua nihil uenit addendum, nisi ꝙ dum dicit patriam potestatem esse inęstimabilem, hoc facit contra glos. quia ideo cautius animaduertendum est, ut propriè ponderat tex. in §. fi. s. qui. ex cau. ma. non lic. Item dum dicit hodie utrunq; cessare, dic hoc esse uerum, nisi adoptio sit facta ab auo paterno, uel materno. §. Sed hodie. s. eo.

## §. IN PLVRIMIS AVTEM.

1 *Fictio fictionis esse põt, quãdo uenit in consequentiã.*
2 *Senatusconsultum antiquum super filijs adoptatis.*
3 *Adoptiui filij & naturales sunt similes.*
4 *Plurima, hac dictio ostendit regulam ita esse.*
5 *Plerunq; denotat regulam.*



6 Arrogatus

6 *Arrogatus uel adoptatus à non extraneo potest in adoptionem dari.*
7 *Intellectus ad tex.in l.In adoptionibus.ff. de adop.*
8 *Legitimari quis non potest inuitus.*
9 *Infans legitimari potest.* *(quiratur.*
10 *Infantis consensus in legitimatione an & quando re-*

PRæsens.§. noo patitur diuisionem, nisi diceremus ex generali propositione, qua dicitur adoptiuos io plurimis naturalibns æquiparari, inferri, quòd potest alteri per adoptiuũ patrem in adoptionem dari, & secunda fit ibi, Et ideo.

Arrogatus uel adoptatus à noo extraneo potest alteri dari in adoptionem per patrem legitimum.h.d.

Casus ita potest figurari, quæsitum est, an pater adoptiuus alteri possit filium in adoptionē dare: & uidebatur ꝙ non, cùm hoc nihil aliud sit, q̃ multiplicare specialia, & fictiones superinducere cõtra.l.i. C.de dot.pro miss.cum si.cum enim iá sit fictè filius, & fiat per dationē in adoptionem fictus filius alteri.eaq; fictio proneniat, & originem ducat à patre ficto. uidetur esse satis incõueniēs, cuius contrariũ decidit ea rõne, quia cum in multis similis fit adoptio naturæ, efficit hęc similitudo in casu isto, ut quẽadmodũ naturalis pater põt quē in potestate habet dare in adoptionem, eodē modo & adoptiuus, cum idē iuris sit penes patrē adoptantē rõne patriæ potestatis, quod est in naturali ratione eiusdē patrię potestatis: undecũq; causet patria potestas, satis est ꝙ sit penes aliquē, ut pariat suos effectus.l.iii.C.de
5 instit.& subtit.nec obstat, ꝙ sit fictio fictionis, quia cũ ueniat in consequentiam primę non ineonuenit secundum doctri. Bart. & aliorum in.l.Si is qui pro emptore. in fi.ff.de vsuca. & in l.Si quis posthumos.§.Diuersum. ff.de lib.& posthu.

In tex.ibi, In plurimis causis assimilat̃ is, qui adoptatus est &c. Non enim quo ad oĩa pares sunt, constatq́; tã ex nostris legib⁹, q̃ ex antiquorũ scriptis plurimum distare adoptiuos ab iis, qui ex iustis nuptiis nati sunt
a & (ut obiter sciatis) extat senatuscõsultũ relatum à Tacito lib.xv. factum Nerone imperante P.Mario & L.Asinio Coss.sub his uerbis, Percrebuerat ea tẽpestate prauissimus mos, cum propinquis comitiis aut sorte prouinciarũ pleriq; orbi fictis adoptionib. asciscerēt filios, præturasq; aut prouincias inter patres sortiti stati emiterent manu quos adoptauerãt, q magna cũ inuidia senatum adeunt, ibi naturæ munus, labores educandi aduersus fraudem & artes, & breuitatē adoptionis enumerant, satis pretij esse orbis, ꝙ multa securitate nullis oneribus gratiam, honores, cuncta própta & obuia haberēt, sibi promissa legum diu in ludibrium uerti, qñ quis sine solicitudine parens, sine luctu orbus, lõga patrum vota repente adęquaret: factũ ex eo senatuscõsultum, ne simulata adoptio in vlla parte muneris publici iuuaret, ac ne usurpandis quidē hæreditatibus prodesset. Quibus uerbis, ut alibi aduertit Alcia. satis patet lõgam apud priscos fuisse differentiam inter iustos & adoptiuos filios, quod & aliis exemplis cõprobat etiã hic Accursius.

In tex.ibi, Et ideo siquis per Imperatorem, uel apud Prætorem uel Pręsidem prouincię non extraneũ adoptauetit. Nisi benè interpũctus sit hic locus, pariet magnam æquiuocationem, ut hucusq; uidetur fecisse: nã pręsupponendum est, ꝙ qñ quis sui iuris arrogatur, nõ sit differẽtia utrum ab extraneo vel ascendente: nã semper transit in potestatem adoptantis, quia. §.Sed hodie.§.eo.loquitur in adoptato: unde hic tex. ita interpũgendus & intelligẽdus est, Et ideo siquis per Imperatorem.f. adoptauerit, quę arrogatio dicit. §. eod. io princ. uersi. Imperatoris authoritate. vel apud Prætorē vel Pręsidem prouinciæ noo extraneũ adoptauerit, quæ adoptio dicitur.§.eo.in prin.versi. Imperio magistratus. & sic illud uerbum (extraneum) refertur tñ ad illam secũdam partē disiunctiuè, uidelicet, Vel apud Prætorē &c. non autem ad adoptionem, quæ fit per Imperatorem, quia ea non est diuersa, si extraneus uel non arrogetur, quia omnes transeũt in potestatem. Sensus ergo, est, ꝙ siquis arrogatus sit, uel non ab extraneo adoptatus, potest à patre legitimo dari in adoptionem.

Not. ꝙ adoptio in plurimis imitatur naturam, & sic
3 ꝙ regula est, ꝙ adoptiui & naturales sunt similes, q̃uia
4 in pluribus sint diuersi: illa enim dictio (plurimis) osten
5 dit regulam ita esse: faciũt ea, quæ de dictione (plerũq;) dicunt Docto. per tex.in l.Plerunq;.ff.de iur. doti.in l.i. §.i.ff.de tutel.& ra.distrah.cũ si. vt per Deciũ in l. i.col. ii.ff.de reg.iu.& est glo.in l.Non dubitamus.ff. de cõdi. & demon. Alberi. Raph. Aret. & Alex. in l. Qui plures hæredes.ff.de vulg. & pup. Bart. in Auth. ut sine prohi. matr. per illum tex. Sali.in l. Post sententiam.in prin.C. de senten. Cuma. consil.73. Dominna Thomęus col.iii. uersi.In contrarium aũt. Alexan.in l.Si quis iniquum in prin.ff.quod quisq; iur.in consi.50. Visis col.i.lib.i. Cor. consi.30. In præsenti.col.i. lib.i. & idem est in dictione (pleriq;) l.iii.in prin.ff.ad Macedo.l.Cõtinuus. §.Cũ ita ff.de uerb.oblig.l.Adoptiuum.§.fi.ff.de in ius.vocan.
6 Secundò not. ꝙ adoptatus ab auo paterno uel materno uel arrogatus potest alteri dari per eos in adoptionem quod intellige, nisi ipsi cõtradicant, ut est tex.in l. In adoptionibus.ff.eo. qñ enim contradicerent, non fieret adoptio valida, facit tex.in l.fin.ff.de iis qui sunt sui
7 vel alien. iur. circa quod obiter aduertendum putaui, ꝙ Docto.in d.l.In adoptionibus. uident intelligere illũ tex.in arrogatione solum, secus in adoptione ꝓꝑ ꝯriũ. l.Etiá infantem.ff.eo. q intellectus non ꝯuenit illi l.cùm enim in principio dicit, ꝙ in adoptionib. eorũ, qui suæ potestatis sunt, eorũ tñ volũtas exquirẽda est, clarũ est, ꝙ loquit̃ in arrogationib. sed dũ postea subdit, Si autē à patre dantur in adoptionem. clarũ est, ꝙ noo potest intelligi in arrogatione, qa arrogandi non dant̃ in arrogationem a patre, sed à seipsis, unde non põt intelligi in arrogatione, sed in adoptione. & q̃uis dicat̃ ibi, ꝙ requiratur cõsensus, & infans non possit ꝯsentire, tñ dicit, ꝙ requirit̃ consensus sali͂c non contradicendo: quia tñ vr̃ hoc præsupponere facultatem & potestatem contradicendi, adhuc videtur nonnihil obstare tex. ille in d.l. Etiam infantem. Sed potest intelligi, vt talis adoptio de infante facta non pręiudicet illi, nisi postea ratum habeat, quemadmodũ dicimus, ꝙ in legitimatione requi-
8 ritur cõsensus eius, qui legitimat̃, quia inuitus quis nõ potest legitimari s̃m Bar.in l.fi.ff.de iis qui sunt sui vel alie.iur. quia inuitus quis nõ redigit̃ in patris potestatē.§.Generaliter.in Auth.qui.mo.na.eff.sui. & tamē di-
9 cunt, ꝙ infans legitimari põt, quę illi non pręiudicat, nisi ab eo maiore sit ratificata.d.§.Generaliter. l.i. C. si maior.fact.rat.habue. ita dicit Sali. in l. Iubemus. C. de eman.lib.& est cõis opi. vt per Decium in consil. 367. Viso puncto.col.ij.versi.Sed tñ his non obstantibus.

Præterea põt responderi, ut respondet in fi. Pau.de Cast.in consil.229. Viso testamento. vbi concludit legitimationē factá à Comite Palatino de infante valere,
19 quia consensus legitimati requiritur, qñ potest consentire: & ita (dicit) debet itelligi tex.in d.§.Generaliter. secus est in infante, qui cõsentire nõ potest.l.Iubemus.C. de emá.lib.seq. Decius in d.consil.367. col. iiii. Eodem ergo modo dicere possumus in terminis nostris, ꝙ quãdo filius eius est ætatis, ut possit consentire, exigat eius consensus, & habeat locum.text. in d.l. In adoptionibus.si

bus.si uero famus in infante,& nō exigatur. d.l. Etiam infantem.ff.eo.

In gl.i.in uerbo,In plurimis.Quia in tex.dictum est, in plurimis causis adoptiuos filios æquiparari naturalibus,ponit gl.duos seu tres casus,in quibus minus iuris habent adoptiui:unde potes dicere,quod sunt similes data paritate te.minorū,uidelicet,ut uterq; sit in potestate patris:quod si unus sit in potestate patris (puta)naturalis, adoptiuus uerò nō,puta,quod sit adoptatus ab extraneo.§. Sed hodie.§.eo.utiq;erunt similes in aliis præterquam in effectibus causatis à patria potestate:non enim potest esse similitudo quò ad effectus patriæ potestatis deficiente patria potestate in uno, quia quod nullum est nullum parit effectum, & non entis nullæ sunt partes §.Seruus.J.de capi.dimi.

## §. SED ET ILLVD.

1 *Fictio nō habet locū,nisi ubi ueritas pōt habere locū.*
2 *Castrati qui propriè dicantur.*
3 *Spadones qui dicantur.*
4 *Castrati quare non adoptant.*
5 *Spadones quare adoptant.*
6 *Eunuchus generale nomen est.*
7 *Adoptionis appellatione etiam in specie sumpta uenit arrogatio aliquando.*
8 *Eunuchus.i.castratus.*
9 *Spata maior quidam ensis est apud Vegetium.*

VNicus est cōtextus huius literæ,& ideo nō recipit diuisionem.

Spadones adoptant & arrogāt castrati secus h d.ex l.ii.§. Illud.ff.eo.

Casus figurari potest : dubitatum fuit, an inhabiles ad generandum tam natura quàm arte possent adoptare,& videbatur dicendū quod non : si enim natura inhabiles erant aut arte,non videbatur quod possent adoptare,quia cùm essent impotentes ad generandum uerè, videbantur etiam impotentes ad generandum fictè, 1 cùm fictio nō uideatur posse locum habere, nisi ubi habere potest locum ueritas.l.Qui ad certū.ff. loca.Bar.in l.Eandē.ff.de duo.reis in l.Si is qui pro emptore.ff.de usucap. contrarium deciditur distinguendo, aut sumus in iis,qui natura sunt inhabiles, & hi adoptant ea ratione,quia non est desperandum naturæ beneficiū.l. Si quis posthumos.ff.de liber.& posthu.aut sunt inhabiles facto,q.a eis genitalia uel euulsa,uel excisa,uel attrita sint eo modo,quo id facere docemur à Paulò Aegineta lib.vi.& hi non adoptant, quia nullus potest dari casus,ut in genere possint hi generare, de quo latius videbimus statim in textualibus.

In tex.ibi, Quales sunt spadones &c. Torserunt se uariè Doct.in plerisq; locis circa intellectū & rōnē huius tex.unde.f.fieret,quod spadones adopteut,castrati nō,vniuersaq; difficultas ab eo pendet, quod plerique Accursianorum intelligunt eos esse castratos,qui castè nati sunt,& sic qui sunt inhabiles ad generādum naturā , spadones verò ,quibus uirilia sunt imputata , quod inde maximè probari posse putant,quod adoptio ipsa naturā imitet, ideo quem prohibet natura,prohibeat etiam lex. Nos alias contra sensimus,utq; res clarius elucescat,& ueritas declaretur apertius,in primis non est ambigendū errare Accursium & qui eū secuti sunt, dum intelligunt castratos esse eos,qui ita à natura producti sunt,ut gene- 2 rare nō possint quasi castè natos, cū castrati ii propriè sint,quibus uirilia uel amputata,uel excisa, uel euulsa sunt:deriuat enim à uerbo(castro.) Qui hoiem libidinis uel cōmercii cā castrauerit,ex senatuscōsulto pœna legis Corneliæ punitur inquit Marcellus in l.iii.ff.ad l.Corne.de sica.& Vlpia.in l.iiii.eo.tit.Nemo (inquit)liberum seruumue inuitum sinentemue castrare debet. & in l.Si seruus seruum.ff.ad l. Aquil. Et si puerum quis castrauerit & pretiosiorem fecerit, Iul. scribit cessare Aquiliam.nec aliter accipi apud Latinos authores unquam legi. Iuuena.

Nullus ephebum.
Deformem sæua castrauit in arce tyrannus.

24 ter dicito: Si sumitur argumentũ ab etymologia nomi-
25 nis proprij, non valet: noĩa enim propria ad placitũ po-
nuntur.l.fi.in fi.ff.ad muni.ponunt Doct. in rub. ff. solu.
ma.si verò sumit̃ ab etymologia noĩs appellatiui, & tũc
si sumitur affirmatiuè, non valet argumentũ : non enim
hoc argumentum est validum, factum est de meo tuũ,
ergo est mutuũ, potest enim donatio esse, vel venditio,
vel aliquis contractus, in quò dominiũ transferatur ; Et

ratio est, quia generalior etymologia est, q̃ diffinitio, & ideo sicut non valet argumentum de genere ad speciẽ affirmatiuè, veluti donatio est, ergo est legatum, est animal, ergo homo, ita non valet hoc argumentum, & hac in re nemo dissentit in d. §. Appellata. Aut dictum argumentum negatiuè sumitur, & tunc si sumitur ab essentiali natura vocabuli, valet. §. Appellata. Non est factum de meo tuũ, ergo non est mutuũ, non est testatio mentis, ergo non est testamentum, valet hæc argumentatio. Quando verò non sumit à natura essentiali, sed ab aliquo accidẽti, vt in possessione, quę dicitur pedum quasi positio ab eo, quod olim cęptũ est fieri, non valet argũmentum, Non est pedum positio, ergo non est possessio. Et ita cõiter tenent Doct. in d. §. Appellata. & quia ille est locus ordinarius, videbitis ibi, & latius etiam videbimus nos infrà de testa. in princi. vbi ponunt oẽs, huncq; locum seu hoc argumentum prosequitur Nic. Euerard. in sua centuria loco. 6. In hoc tñ aduertendum est, quòd hæc non etymologia est, sed allusio, Est enim etymologia (Cic. in Quæst. Acade. authore) illa, quę ostẽdit, qua
„ de causa quid nominatũ sit. verba Cic. sunt: Verborum
„ etiã explicatio probatur. i. qua de causa quæq; essent ita
„ nominata, quam etymologiam dicunt. Ideoq; Bald. suo illo perspicaci ingenio verum prospiciens in c. 1. §. Siquis de mãso. col. fi. si de inuest. feu. dicit etymologiã esse vocis resolutionem in proprium significatum rei, quæ demonstratur. At allusio non ad rei substantiam, sed ad vocis similitudinem respicit, & ideo cum definitione conuenire non potest.

26 In glo. t. Qui sint hostes, abundè declarat tex. allegatus in glo. & in l. Hostes. ff. de verb. signi. vbi Alcia. appositè declarat, quamuis etiam ius postliminij habeat locũ, quando quis non capit ab hostibus, sed ab ijs, cum quibus nulla amicitia, nullum fędus, nulla hospitij iura intercedunt, vt est tex. in l. Postliminij. §. Pace. ff. de capti. Sed iuxta hoc quęrit Pet. de Bellapet. quare statutum est, vt nostri capti ab hostibus capientium efficiantur, cùm id tantum statui debuisset, quòd capti à nostris serui efficerentur, quam. q. reassumit hic Christo. Aliqui dicunt q̃ si aliter esset statutum, q̃ omnino non fuisset ab hostibus seruatum, & huiusmodi leges ludibrio fuissent: alij, q̃ hoc ipsum cum hostibus est constitutum, ne serui occiderentur. §. Serui. suprà de iure perso. & tandem & Ias. & Christo. hic se inuoluunt, non animaduertentes, quòd hoc, quòd serui efficiantur capti ab hostib. vtrinq;, constitutio est iurisgentium, vt tex. ait. infrà de re diui. in §. Item ea, quę ex hostibus capimus. quod ipsum iusgentium omnibus gentibus cõmune est. §. Ius autem gentium. suprà de iure na. gen. & ci. eodemq; iuregentium fictio quoq; postliminij introducta est, vti expressè probat text. in l. Postliminium. in princ. ff. de c. & postli. re. vbi not. hoc glo. & Ias. in l. Si is qui pro emptore. in prin. ff. de vsuca. in col. 1. iccirco. q. hæc cessat, cùm non Imperatoris, sed iurisgentium sit hæc constitutio. Cætera quæ per Christo. & Ias. hic tradũtur, tanquã impertinentia omitto.

In glo. in verbo, Pendet. Vt diximus suprà de ijs qui sunt sui, vel alie. iur. in prin. qñ consideramus conditionem personarũ, illarũ status semper inspecto illo tempore, quo considerantur, est certus, sed si considerat̃ futurus euentus, benè est incertus; Nam filius capti ab hostibus semper pręsenti statu inspecto est sui iuris, quia eũ eius pater in alterius sit potestate, alium non potest in potestate habere. d. l. Sic euenient. ff. de adul. sed benè ex futuro euẽtu posset esse, & non esse in potestate, sm̃ q̃ redit, vel decedit. Est ergo in pendenti omne ius capti inspecto futuro euentu, sicut etiã dicimus, q̃ si seruus capti ab hostibus emat rẽ in causa peculiari, vsucapionis ius est in pendenti, qm̃ ignoratur, an reuerti debeat ab hostibus dñs, vel ibi decedere, sicq; an vsucapio eo reuerso sustineri debeat ea fictione postliminij, vel eo ibi mortuo ex. l. Corn. l. Si is qui pro emptore. ff. de vsuca. ibi, In pendenti esse vsucapionẽ. certum tñ est, q̃ interim procedit vsucapio. l. Iusto. §. fi. ff. de vsuca. sed illud, quod stat in pendenti, est ad quẽ pertineat, nã dño reuerso, iure postliminij ei quærit, eo mortuo apud hostes, ex l. Cornelia quęritur eius hęredibus, hocq; est, quod stat in pẽdenti, ut ait l. Bona. §. Quæ peculari. ff. de cap. & postl. re. Nec inconuenit aliquid in pẽdẽti esse de iure prout est in tex. nostro exemplũ, & in oibus concordan. opt. tex. in d. l. Bona. §. Quod filius. ff. de capti. & vt alias dixi, est similis tex. in l. Qui res. §. 1. vbi glo. ff. de soln. ibi, Et vtiq; cuius fuerit euentus declaret, sicq; &
„ hoc ex ijs, quę post facta sunt in pręteritum, cuius quid fuerit, declaret. Et alibi dicit tex. in l. fi. ff. cõmu. præd.

29 Neq; enim sicut viuentium, ita & mortuorum actus su-
„ spendi receptum est. quam regulam declara; quòd simplex voluntas testatoris nõ pñt stare in suspenso ex coniecturata mente testantis. l. 1. §. Si pendeat. ff. ad Macedo. item validitas dispositionis testatoris non potest stare in suspenso, sed benè executio, vel effectus. l. Hæres quãdoq;. ff. de acqui. hæred. cum simi adductis per Lancelo. Galiau. in repe. l. Centurio. ff. de vulga. & pupil. col. 36. in princ. Item memini, q̃ præceptor meus Decius alias legendo. l. Precibus. C. de impube. dixit in voce, quòd ille tex. in l. fi. & eius regula procedebat, quando dispositio est pura, eiusq; dies cessit, secus à principio, quia poni potest in suspenso, adduxit Bal. in l. fi. col. 3. C. de senten. pass. & de illo text. videnda sunt quæ ponit Ias. in l. Serui electione in princi. col. 4. ff. de leg. 1. dum ponit secundã rationem diuersitatis inter contractus & vltimas voluntates.

30 Quęrit Ang. iuxta istam glo. si filius tempore, quo patria potestas est in pendẽti ex eo, q̃ eius pater est apud hostes, condat testamentum, an patre reuerso valeat: in quo distinguendũ est, vt facit Bar. & oẽs in l. fi. C. de sen. pass. vbi tex. de hoc, videlicer, q̃ si pr̃ reuertitur, filio, qui condidit testamentum, adhuc viuo, clarum est, q̃ cũ fingatur semper fuisse in potestate, testamentum nõ valeat, tanquam filijfami. si verò tempore, quo pater reuertitur, filius iam decesserit, adhuc testamentum rumpitur, glo. est in d. l. fi. C. de sen. pass. in ver. Rata. quam ibi sequuntur Bart. Bald. Saly. & idem dicit Bart. in l. Si is qui pro emptore. ff. de vsucap. in 5. q. princi. versi. Secundò restat videre. eò quia retrò fingitur in potestate fuisse fictione postliminij. Nec valet argumentum Per. dicentis, quòd fictio postliminij non potest habere locum, quia non reperitur extremum ad quod habile, ex quo filius est mortuus, quia respõdent Docto. post Bar. quòd ex quo fictio postliminij principaliter fingit super patre, vt. s. fingatur semper fuisse in ciuitate, & in hoc reperiatur habile vtrunq; extremum, non requiritur postea habilitas in eo, quod resultat in consequentiam l. j. C de capt. & est cõis resolutio Doct. in d. l. Si is qui pro emptore. post Bart. vbi Ias. col. 32. numero. 141. Circa quam materiam videnda etiam ea sunt, quæ ponit Soz. in l. Quædam. in fi. ff. de reb. dub.

In glo. in verbo, Captus. Aduertẽdum est, q̃ hæc glo. non est super verbo, Captus. posito in versi. Dictum aũt est, sed in versi. Sed & si captus. si enim glo. poneretur in d. ver. dictũ glo. nõ faceret ad propositũ. Intelligit ergo dupliciter glo. illum versiculum, primò, q̃ siquis captus, sit intra fines nostros, nec vltra sit deduct⁹, existimatur reuersus, sic impropriè postliminio. Vel secundò, quòd fuerit captus extra fines, & tunc, si hostes deuicti sint, dr̃ redijsse, & incipit habere effectũ ius postliminij. etiã antequã reuertat̃, q̃uis impropriè. Mihi vr̃. q̃ tex sit planè intelligendus, videlicet, q̃ qui captus est, si ipse per se

non

non reuertat, sed victis hostibus recuperetur, habeat lo locum ius postliminij, & ita locus hic declarandus est.

S. PRAETEREA.



DIuiditur in quatuor partes. in prima parte ponitur alius modus soluẽdi patriam potestatem. s. emancipatione: in secunda dicitur ꝙ sublatis modis, & circuitu emãcipãdi antiquo iure, hodie breuis data ẽ forma emãcipandi apud competẽtes iudices: in tertia dicitur, ꝙ emancipans habet in bonis emancipati eadem iura, quę habet patronus in bonis liberti. & ꝑterea, si emancipatus sit impubes, habet eius tutelam: in quarta, & vltima, quòd licèt emancipare filium retento nepote ex eo in potestate, vel emancipare nepotem retento filio.

Emancipatione coram cõpetente iudice facta tollit patria potestas, & emancipans oĩa iura patroni ĩ bonis liberti consequitur in bonis emancipati, ac, si impubes

fit, eius quoq; tutelam: & licèt emancipare filium reten
to nepote in potestate, & è conuerso. hoc dicit ex l. fin.
C. de emancipa. lib. & l. Liberum. ff. de adop.

Casus positio facilis est in §. tradenre regulam: Cùm
enim suæ quisq; rei sit moderator & arbiter. l. In re man
data. C. mand. & fundamenta Romanæ libertatis, vt in-
quit Cicero in Oratio. Pro Corne. Balbo firmissima illa
sint, sui quẽq; iuris & dimmittendi, & retinẽdi esse dñm
meritò cù patriæ potestatis ius quæsitum sit patribus,
debuit permitti illud à se abdicare, & illi renunciare l.
pen. C. de pa. & eo mõ quo vult antiquis sublatis diffi-
cultatibus, & circuitibus de quibus proximè dicemus.

In tes. ibi, Vel per antiquam, &c. De hoc ipso modo
& his solennitatibus manumittendi loquitur text. in l.
Non nudo. C. de emancip. lib. Non nudo (inquit) cõsen-
su patria liberi potestate, sed actu solenni, vel casu libe-
ràtur: nec causæ, quibus pater motus emãcipauit filiũ,
sed actus solennitas quæritur. Hoc idẽ disit Iustinianus
in l. fi. C. de emancip. lib. dum corrigit antiquam obser-
uationẽ: Cùm (inquit) inspesimus in emancipationib.
antiquã obseruationẽ custodiri, & vẽditiones in liberas
personas figuratas, & circũductiones inextricabiles, &
iniuriosa rhapismata, quorum nullus rationabilis inue
nitur esitus. Et Paulus. in l. Liberos. ff. de cap. dimi. Emã
cipato filio, & cęteris personis capitis diminutio mani
festè accidit, cùm nemo emancipari posit, nisi in serui
lem causam deductus. Huius aũt emãcipationis formã
habemus ex Institutionibus Caij lib. 1. cap. 6. titu. quib⁹
modis filij exeunt de potestate patris. Quis Boetius lib.
3. Topi. referens verba Caij referat dutisa verba ab ijs,
quæ sunt in Institutionibus, quæ circunferuntur, quo
fit, vt putem, vt aliàs dixi, has Institutiones esse potius
summarium quoddam, q̃ q̄ verè sint illę Caij Institutio
nes, ex quibus plura fragmenta habẽtur in Pandectis, q̃
oia discrepant in contextu verborum à verbis earum,
1 quæ habentur in manibus. Sed vt ad rem redeamus, ver
ba Caij sunt hæc, Emancipatio aũt, hoc est, manus tradi
tio quædam similitudo venditionis est, quia & in eman
cipationibus præter illum hoc est, certum patrẽ, alius
pater adhibetur, qui fiduciarius appellatur, ergo iste na
turalis pater filium suum fiduciario patri mãcipat, hoc
est, manu tradit quo fiduciario patre naturalis pater
vnum aut duos nummos quasi in similitudinem pretij
accipit, & iterũ eum acceptis nummis fiduciario patri
tradit: hoc secundò, & tertiò fit, cùm fiduciario patri
emancipat, ac tradit, & sic de patris potestate exit: quę
tamen emancipatio solebat ante præsidem fieri, modò
ante curiam facienda est, vbi quinq; testes ciues Ro-
mani in præsenti erunt, & pro illo, qui libripens appel-
latur. i. staterã tenẽs, & qui antestatus appellat, alij duo
vt septẽ testiũ numerus impleatur, tñ cùm tertiò manci
patus fuerit filius à patre naturali fiduciario patri, hoc
agere debet naturalis pater, vt ei à fiduciario patre man
cipetur, & à naturali patre manumittatur vt si filius ille
mortuus fuerit, ei naturalis pater in hæreditate, non fi-
duciarius, succedat. Fœminæ, vel nepotes masculi, ex fi
lio vna emãcipatione de patris, vel aui potestate, exeũt
& nisi à patre remancipati fuerint, & à naturali patre
manumissi, succedere eis naturalis pater nõ potest, nisi
fiduciarius, à quò manumissi sunt: nam si remancipatũ
sibi naturalis pater vel auus manumiserit, ipse eis in hę-
2 reditate succedit Hæc ille. Secũdum hunc morẽ videnẽ
processisse solennia adoptionia, de quibus A Gellius li-
bro. 5. cap. 19. in princi. dum inquit, Adoptantur aũt, cũ
à parente in cuius potestate sunt tertia mãcipatione in
iure ceduntur, atq; ab eo, qui adoptat, apud eum, apud
quem legis actio est, vindicantur. Sed aliter verba Caij
iure consulti refert Boetius, vt disi, libro. 3. Inquit Boe
tius, Mancipatio imaginaria quędam venditio est, quod
ipsum ius est propriũ Romanorum ciuiũ: Ea res igitur
ita, adhibitis non minus quinq; testibus ciuibus Roma-
nis puberibus, & eo, qui libripens dr̃: is, qui mancipiũ
accipit ęs tenens, ita dicit, Hunc ego hoiem ex iure. Qui
ritũ meũ esse aio, isq; mihi est emptus hoc ęre æneaq;
lebra: deinde percutit librã, idq; ęs datur ei, a quo man-
cipium accipit, quasi pretij loco. Hæc latius explicat
Thophilus hic: Patria (inquit) quoq; potestas per eman
cipationem soluitur, & quid est emancipatio? actus tres
emãcipationes, & tres manumissiones, vel vnam eman-
cipationem, & vnam manumissionem amplectens. In
hunc aũt olim fiebat modũ emancipatio quinq; aderant
testes, & libripens stateram, & numum æreum tenens,
& medius aliquis: deinde medius ille his pręsentibus fi-
lium de patre emebat, dabatq; quasi in similitudinem
pretij vnum illum nummum, & ita filius in potestatem
medij illius trãsibat loco serui futurus, & eum medius
ille vindicta manumittebat, sed is tacita quadam rõne
in patris potestatẽ recurrebat: iam secundum igitur pa-
ter eum vendebat, idq; eundẽ in modum, & emptor eũ
rursus vindicta manumittebat, atq; iterum tñ tacito iu-
re in patris potestatẽ recurrebat tertium ergo vende-
bat, & ita soluebatur patria potestas, vindictaq; manu-
mittebatur, & ita sui iuris fiebat. Tres igitur emancipa-
tiones, & tres manumissiones patriã potestatẽ soluunt:
emancipatio aũt dr̃ venditio in eum modum, qui dictus
est. Filium sui iuris efficiunt tres emãcipationes, & tres
manumissiones. Ideo aũt filius vendebaẽ, vt in seruitutẽ
redigi videretur, & ita cõmodè ei libertas daretur: nam
liber manumitti non poterat; filia tñ & nepos neptisue
& reliquæ personę per vnam mancipationem, & vnam
manumissionẽ sui iuris fiebant. Agebantur aũt hæc, &
sine principis rescripto, sed hoc quidem olim, & quæ se
3 quuntur. Vnum obiter volo vos aduertere, q̄ in emanci
pationibus huiusmodi alapis percutiebatur filius, qui
emancipabatur vti habetur in Auth. consti. quæ de di-
gni. in prin. ibi. Nam si emancipationis actio dudũ qui-
dem, & per eas, quæ nuncupabantur legis actiones, fa-
cta cum iniurijs, & alapis liberabat eos huiusmodi vin-
culis, qũo, &c. Et hoc est quod inquit Iustinianus in l. fi.
C. de emancip. lib. Et venditiones in liberas personas fi-
guratas, & circunductiones inextricabiles, & iniuriosa
rhapismata. [illegible] rhapismata apud Græcos alapã
percussiones, & ita est interpretandus locus ille, non, vt
facit Accursius ductus vana cõiectura. Ex quo existima-
ri potest processisse mos ille alapa percutiendi eos, qui
sacro chrismate vnguntur, cum enim tunc ratam habea
mus promissionem in baptismo facta, & abrenunciatio
nẽ Sathanæ, quasi tũc liberati sm⁹ à potestate Diaboli,
in cuius potestatẽ transieramus per peccatum Adæ, &
ab eius potestate, & manu dimissi, ac facti nostri iuris
percutimur, sicuti consueuerat in emancipatis fieri.

In tes. ibi, Vt fictione pristina explosa. Legendum est
(fictione) non (functione) vt dubitat Accursius; nam ni-
hil aliud sibi volunt illa verba, nisi exprimere id, quod
superius dixerat (per imaginarias venditiones;) finge-
bant enim & venditiones, & manumissiones, vt ex pro
ximè dictis liquidò constat.

In tex. ibi, Apud compẽtẽtes iudices. Quamuis non
reperiaẽ apud probos authores hoc verbũ in hoc signifi
catu, tñ apud nos frequens est eius verbi mentio, præ-
5 sertim in rescriptis imperialibus: competens enim iu-
dex, & competens tribunal dicitur, quod conuenit, &
quod adeundum est ex lege. Vlpinianus in l. Sed & ex. ff.
de procur. Debebit absentem defendere in competenti
tribunali. i. legitimo, & in eo, quod conuenit adire, & in
quo per leges defendere licèt.

In tex. ibi, Qui, quæue manumissus, vel manumissa fue
6 rit. Hoc impropriè dictum testatur hic Accursius, & in

l. ii. ff.

l.ii.ff.de officio Proconf.quod falsum esse nulli non pa-
tet.Dicitur enim manumissio.i. de manu & potestate
dimissio, quæ licet in seruis fit.§.de libe.in prin.est etiã
„ in filijs, vt dicit tex.noster paulo antè ibi,Ac deinceps
à sua manu dimittant.Manus enim potestatẽ significat
simpliciter, non aũt tm̃ dominicam potestatem.Prate-
rea cùm filij hoc ꝑe quasi serui manumitteretur.d.l.
Liberos.ff.de cap.dimi. & dictum fuit superius latius,
ideo propriè ponitur verbum hoc(manumissio)etiam
7 in filijs,quia liberabant vt serui.Habebant.n.patres ius
vendendi filios,ut toto tit.de patri.qui fil.dist.ideo cum
haberent titulum de iure approbatum, fiebat illa vendi
tio,& efficiebantur serui,qui cum patri postea remanca
parent & vẽderentur,poterant postea per patres manu-
mitti non amplius vt filij,sed vt serui empti a primo il-
lo emptore, & ideo gl.hic & in d.l.ij.de officio Procõs.
æquiuocat,ꝙ hoc verbum in filiis impropriè ponatur
præsertim secundum hęc tempora.
8 Not primò,ꝙ emancipatio soluit patriam potestatẽ;
concordat tex.io l.Liberos.ff.de cap.dimi.l.Emancipari.
9 ff.de adopt.Dicitur aũt ſm Ioan.de Platea emancipatio
quasi extrà manum positio:nam,vt dicit ipse,(an)signi-
ficat extrà.Nescio vbi Ioan. de Platea inuenerit,ꝙ(an)
ponatur pro extrà:ego quidem nũquam alibi,legi nec
lectum puto.Dicatis vos, ꝙ emãcipatio dr̃ quasi è man
cipio emissio.Est enim mancipium dominium,vnde di
10 cimus emãcipare fundum.i.è dominio nostro dimitte
re & alienare. Sueto.in Othone, Cuidam etiam de par-
„ te finium cum uicino litiganti adhibitus arbiter notũ
„ agrum redemit emancipauitq;.i.alteri dedit,& è manci
„ pio & dominio suo i illum alienauit.Pli.lib.vij.Episto.
„ Nam pro quingentis millibus nummos, quis in alimẽ
„ ta ingenuorum ingenuarumq; promiseram, agrum ex
„ meis longè pluris actori publico emancipaui,eundẽq;
vectigali imposito recepi. quo in loco Pli.emancipare
pro alienare posuit:cùm enim uellet vectigal publicè
donare in alimenta pręedicta , & sic constituere reddit*,
ex quib* alerent fundum reipub.primò donauit, illũq;
postea recepit vectigali,& sic onere hoc imposito:vnde
dicimus emancipare filium. i.mãcipio & dominio no
stro dimittere: cum enim vẽderetur à patre filius fidu-
ciario patri,non ab eo patri naturali venderetur,vt di-
ximus supra,erat filius tunc temporis penes patrem lo
co serui, non filii, ideo erat tanquam quid emptum ab
eo in eius potestate & dominio , vt ex verbis Caii.§.
in textualibus relatis clare constat:cum ergo liberaba-
tur ab hoc dominio , & manumittebatur, dicebatur à
dominio & mancipio dimitti : & ita est declaranda de
riuatio huius dictionis.
11 Secundò not.ꝙ olim duobus modis fiebat emãcipa
cio,vel rescripto imperiali,uel per illas imaginarias vẽ
ditiones & manumissiones.concor.tex.io l.fi.C.de emã
ci.lib. in quorum locum hodie successerunt emancipa
ciones ſm formam.l. Anastasii & Iustiniani, de quibus
in l.pen.& fi.C.de emancip.lib.Et est aduertendum,ꝙ
in codicibus ,qui circunferuntur,inscriptio.d.l.pen.est
Anto.& Constanti. & debet esse Anastasii, vt patet ex
antiquis codicibus & correctis,& ex glo.in verbo,Ana
stasiana.in d.l.fin.
12 Tertiò not.fictiones & circuitus inutiles vitandos
esse,facit tex.vbi hoc notat Bart.in l.Dñs testamento.ff.
de condi.indeb. & est in proposito similis tex.io l.i.C.
„ com.de leg.ibi,Nec inextricabiles circuitus laudauit.&
„ in l.Ne in arbitris.in fi.C.de arbi. ibi,Nos , qui nuper à
„ nobis legibus.scriptis multa uitia stipulationum,mul-
„ tasq; ambages,& scrupulosus circuitus correximus.cle
men. Auditor.de rescrip.l. Cùm fundus.§.Seruum tuũ
imprudẽs.vbi Alex.not.in primo notabili.ff.si cer.pet.
13 Et quotiescunq; sumus in aduersitate opinionum,illa,
per quam euitatur inutilis circuitus, dr̃ æquior,ut dixit
Ancbar.cõsil.24 Verba stipulationis. in fi.& Alex.in cõ
si.77.In causa.col.fi lib.ii.dicit eã æquiss.per quã inuti-
lis circuitus euitatur, & dicit Imol.in l.Si expressim.ff.
de appell.& Alex.consi.78.Perspectis.col.i.lib.ii.ꝙ sen-
tentia,per quã circuitus euitatur,dr̃ rõnabilior.Ex qua
generali regula inferunt Doct.ad illam decisionem Io.
And.in addi.Spec.in tit. de oblig.& solut. in rubric.ꝙ
24 obligans uel promittens se obligare uel promittere de
cem,potest statim cõueneri.quã sequitur.Ias.post Alex.
in d.§.Seruum tuum imprudẽs.&.in d.l.Dñs testamen-
to.Ias.in l.Si fideiussor.§.Meminisse. col.i.ff.de lega.i.Af
flic.consi.61.Fuit lata in princ.cum si.vt per Andr.Ti-
raquel.in tracta.de Rettacti. fol.386.nu.26.Eam tñ de-
cisionem reprobat Deci. in d. §.Seruum tuũ.in princi.
non discutio,quia non pertinet ad hanc materiam,larè
prosequitur Andr.Tiraquell.ubi.s.nu.41.
25 Quarto not.ꝙ emancipatio non potest fieri coràm
quocunq; iudice,sed requiritur,ꝙ iudex sit cõpetẽs.i.ta
lis,cui à lege,uel à consuetudine talis potestas sit con-
cessa , ut dicit tex.in l.fi.C.de emanci.lib. Et hinc dicit
Ange.io cons.93.Visis.in i.dubio,ꝙ facta corã notario
non tenet.seq.Deci , in consi. 13.Et pro tenui. in prin.
narsi.Primo,ꝙ dicta emãcipatio. Et emãcipatio filii cle
rici coram iudice laico dr̃ ualere , quia laicus est iudex
patris.Rota deci.178.Quod emancipatio.in no.Pet.de
Ancba.in regu.Ea quæ. in xviij.q.de reg.iu. Domi.in c.
Si annum.§.Si uerò.de iudi.Est tñ hic actus voluntariæ
iurisdictionis.l.ii.ff.de offic.Procõs.& leg.& ideo potest
fieri coràm quocunq;, qui habeat iurisdictionem salẽ
Prorogabilem , de quo dicetur in gl.est gl.notabilis in
l.Emancipari.ff.de adop.Et potest fieri emãcipatio quo
cunq. in loco.d.l. Emancipari. Et , ut inferius dicetur,
emãcipatio debet fieri apud acta,& requirit scripturam
l.Emancipatione.C.de fide instru.q̃uis siquis longo tẽ-
pore stetit ut emancipatus , & negociatus est , præsu-
matur emancipatio,ut per Afflic. deci. Neap.183. Quis
debeat in prin.
Quinto not.ibi , Manudimittant.ſm Ange.modum
emancipationis,qui cõiter seruatur ,ut.s.capiaur filiua
manu,& ad interrogationẽ iudicis relaxetur. Sed dica
tis,ꝙ manua hic accipitur pro potestate , prout accipit
supra de liber.in prin.neq, ex hoc loco potest sumi ar-
gumentum ad cõem illam obseruantiam ,quæ , ut vide
bimus in glo.non habet iuris fundamentum.Sunt.n.an
tiqua solennia explosa, & hodie tm̃ attenditur uolũtas
paterna declarata coràm competenti iudice.d.l.fi,C.de
emancip.lib. vbi est generalis constitutio Iustin'a.quæ
hic recitatur,quę q̃uis etiã vtatur his uerbis(a sua ma
nu dimittant)non propter hoc uoluit significare à ma-
nu corporali , sed a potestate , ut dictum est. ꝙ declarat
Bal.in d.l.fi.C.de emancipa.lib.per tex.in l.Manumissio
nes.ff.de insti.& iu.cum similibus,
Sextò not.ibi,Et præterea si impubes sit filius.ꝙ im-
26 pubes potest emancipari,ad idem est tex.in l.pen.C.de
emancip.lib.vbi habetur,ꝙ in emancipatione impube
27 ris non exigitur eius consensus:Ex quo inferunt Bar.&
Bal.ibi, ꝙ etiam impubes legitimari potest per rescri-
ptum principis , quę est maxima quęstio inter Doct.ut
dicit Ias.qui plura ad hoc alleg. in l.Posthumo in prio.
C.de bo.poss.contra tab. Deci. tamen in consi.55 & in
consi 316.colum.iii.dicit communem opinionem esse,
ꝙ possit,& sic cum Bart
28 Septimò not.ꝙ pater emancipans consequitur in bo
nis filii ex edicto prętoris oĩa iura,quæ habet patronus
in bonis liberti, Aequissimum enim uisum est prętori.
ꝙ ex quo habuit filius à patre beneficiũ bonorum quæ
rendorum(nam si durasset in potestate , profectò quę-
cunq;per eum acquisita fuissent,acquisita essent patri)

daret bonorum possessionem contra tabulas filii eman
cipati patri, sicut dat patrono in bonis liberti, ut dicit
iureconsultus in l.i.ff.siquis à par.fuer. man.de quo ta-
men latius uidendum erit in glo.

19 Octauò not.ꝙ parens emancipans,si emancipatus sit
impubes,nanciscitur etiam eius tutelam: ad hoc tex.j.
de legi.par.tut.quod fuit exẽplo patronorum introdu-
ctum. Cùm enim patri sint tributa,eadẽ iura successio-
nis in bonis filii emancipati, quæ tributa sunt patrono
in bonis liberti, ut.s.proximè, & l.i.ff.siquis à par.fuer.
manu.sequitur,ꝙ onus tutelę sequatur commodum hę
reditatis.j.de leg.patro.tut.vers.Quia plerunq;.cũ vulg.
& quia de hoc videndum erit plenè.j.de leg.par.tut.
ibi reseruo dicendum.

Vltimò not.liberum arbitrium esse emancipandi fi-
lium,& retinẽdi nepotem ex eo in potestate,vel eman-
cipandi nepotem,& retinendi filium, vt dicit tex.in l.
Liberum.ff.de adop.& sunt verba Caii iurisconsulti ex
lib.i.Insti.& dicit ibi Bal.ꝙ hoc est argumentum quòd
20 si dominus liberat uasallum à vasalligio suo, censetur
benè liberare filios nascituros, sed natos non.l.ij.C.de
lib.& eo lib.& q̃uis quidam velint id verum nõ esse in
nepotibus adoptiuis p tex.in l.Sed & nepos.ff.de adop.
allegantes coloratam rationem differentiæ,tamen non
video responsum ad tex.in l.Si me tibi. ff. de capi.quæ
loquitur in arrogatis: quare generaliter puto accipien-
dam regulam huius tex.vt dicemus.j.in §.Illud. in glo.
in uerbo,Ex filio.

In glo.in verbo,Imaginarias.Exponit hũc tex.quem-
admodũ exponitur.j.de testa.in prin.facit tex.in l.Ima-
21 ginaria. ff.de reg.iur.vbi idẽ verbum ponitur.Dicitur
enim imaginarium quod sub imagine alicuius fit,quod
tñ verè non fit, sed simulatè.l.Et qui sub imagine.C.de
22 distract. pig. sicut dr̃ imaginaria emptio,quæ momẽto
duratura est.l.iiij.§.Si ab ignoto.ff. de manu.& sic quę
verè non fit,nt sit emptio,nec patres agunt,ut similiter
sit emptio.l.Nuda.vbi gl.ff.de cõtrah.empt.Dicit etiã
aliqñ imaginarium,quod non per legitimos tramites
processit,nec debitis temporibus, vt imaginariam ordi
nationem dicit Imperator in §.Sancimus. in Auth.quo
mo.opor.Episcop.& tandẽ illud dr̃ imaginarium,quod
simulatè concipitur,aliter existẽte ueritate,ut declarat
optimè tex.in l.Cõtractus imaginarii.ff.de actio.& obli.
„ ibi,Cùm fides facti simulatur, nõ intercedẽte veritate.
& hoc est quod voluit dicere tex.in l.Quoniã indignũ.
„ C.de testa.ibi, Ademptis his,quorum imagnarius vsus
est Quæ enim fictè fiunt, talia imginaria dñr, vt dixit
Sueto.in Claudio,ꝙ instituit imaginariæ cuiusdam mi
litiæ genus,quod vocarut Supra numerum,quo absen-
tes & titulotenus fungerentur.Et Liuius lib.iii.ab vrbe
condita,imaginariis fascibus cedere dixit, idest non ve
ris & legitimis. Quę enim habent imaginem & simi-
litudinem ueritatis, non tamen sunt vera(ut dixi) di-
cuntur imaginaria.

Dum verò gl.postea subdit,ꝙ pro uno nummo forte
pater filium uẽdebat,Accursius ductus coniectura dixit
quòd obseruabatur,sub dubio tamẽ,ut patet ex iis quæ
suprà in textualibus retulimus.

Subdit gl.ꝙ hac rõne dicebatur filius capite minui,
quia cùm fieret seruus,& in seruilem causam deducere
tur,profectò capite diminuebat̃: & hoc est,quod dicit
tex.in l.Liberos.ff.de cap. dimi.

23 Quęrit postea gl. cùm amplius nõ deducatur in cau
sam seruilẽ, an dicatur capite minui, tanquam cessante
rõne scripta in lege illa:& respondet ꝙ sic, minima ca-
pitis diminutione, quia mutat statum. Nam,ut uidistis
suprà,status hominum diuisus est: aliqui sui iuris sunt,ali-
qui alieni: vbi ergo quis de statu alieni iuris transit ad
statum sui iuris, proculdubio mutat statum,& ideo dr̃
capite minui.§.Minima.j.de cap.dimi.& licet ad rõnẽ
d.l.Liberos.gl.hic non respondeat, respondet gl.ibi, &
dicit,ꝙ non est sola rõ, quia in seruilem causam deduci
tur,sed hæc,quia familiam mutat.i.quia ex filiofami.fit
paterfam. ita enim declarãda sunt verba Accursii,alio-
24 quin inepta esset rõ ipsius: allegat ibi gl.ad hoc similẽ
tex.in l.Decreto.C.ex quib. cau.infa. irrog. vbi quãuis
sit luctus mulieribus diminutus ex decreto Senatus,&
per consequens alia luctus insignia similiter sint subla-
ta,per hoc non censetur concessum,ut infra annũ pos
sit impunè nubere. Et uidemus in simili,ꝙ licet olim fi
liusfamilias legare prohiberet̃ in codicillis,ex eo,quia
nõ poterat testari,& codicilli nõ poterãt esse sine testa
mento,rõ licet hodie sit correctum,ꝙ codicilli possint
esse sine testamẽto,nõ pp hoc est correctum, ꝙ possit
filiusfa.legare codicilis,vt dicit gl.in l.Tãtis.ff.de dona.
cau.mor.in verbo,Patris.& rõ est,quia prohibitio legã-
di non erat fundata tñ in ea rõne, sed restat alia inhabi
litas.s.personæ filiifami.cum non sit persona integra,q̃
rõ cum non sit hodie cotrẽcta,subsistit dispositio,Bart.
& gl.in l.Liberorum.§.Vocantur.ff.de iis qui not.infa.
Similiter uidemus,ꝙ filiusfam.etiam hodie patre cõsen
tiente in aduentitiis non potest per vltimam voluntatẽ
relinquere.gl. in l.Qui potestate. in verbo, Nihilo ma
gis.ff.de test a.& q̃uis olim id prohiberetũ,quia quæreba
tur patri.l.i.§.i.ff.siquis à par.fuer. manu.l. Placet.ff.de
acqui.hęre. & illa rõ hodie sit correcta,quia non perti-
net ad eum,nisi vsusfructus.j.per quas perso.no.acqui.
in prin.tñ non corrigitũ dispositio,quia remanet alia rõ,
quia filiusfam.non cẽsetur integra persona.Eodẽ modo
in casu nostro q̃uis corrigatur forma illa emancipandi,
nec in seruilem causam amplius deducantur filii,tñ ex
quo statum mutãt de alieni iuris statu ad statum sui iu-
ris,ideo dicũtur adhuc capite minui,cùm capitis dimi-
nutio nil aliud sit, q̃ status mutatio.l.i.ff.de cap.dimi.&
dicemus suo loco.

In glo.in verbo,Ex Imperali.Putat gl.ꝙ ex rescripto
imperiali olim etiam posset quis emancipare filium
absq; ea solennitate.

25 Ang.hic assignat rõnẽ,quia frustra precib^9 implorat̃,
quod datur à iure.l.i.ff.ad municip.quæ rõ parum facit,
quinimmo potius faceret in contrariũ.Si enim cãrede
barut facultas à iure emancipandi per ordinariũ modũ
traditum tũc à lege,frustra hoc peteret̃ ab Imperatore:
non tñ inuenio hoc statutum,nam.l.pen.loquitur in ab
sentibus,& eodẽ modo debet intelligi.l.fi.eam referẽs,
dum meminit de lege Anastasiana.

In glo.Fictione.Ita legendũ est,ut in tex.diximus:alię
enim omnes lecturę falsę sunt.

In glos.Recta uia. Dic recta via idest non per anti-
quas ambages & circuitus.Opponitur enim recta via
circuitui, de quo loquitur text. noster, & text.in l.fi.
C.de emancipa.lib.ibi, Iubemus huiusmodi circuitu in
„ posterum quiescente.

In glo.in verbo,Vel magistratus.Glo.primò facit cõ
26 clusionẽ,ꝙ corãm quocunq; magistratu.etiam ꝙ nõ ha
beat merum uel mixtum imperium,potest fieri emanci
patio, & probat per tex. in d.§. Nulla ibi. Et quicquid
aliud est monumẽtorum. & dicit gl.in d.l.Emancipari.
ꝙ etiam magistratus municipales habent hanc potesta
tem, cùm habeant potestatẽ conficiendi acta.l.ii.C.de
mag.municip.& probatur optimè per tex. in l.i.C.de
emãcipa.libe.Duumuiri enim erant magistratus muni
cipales,& tñ ibi pręsupponitur,ꝙ emancipatio quo ad
subditos corã eis facta valeat, valeretq; etiam si fil alie
nigena,si hæc authoritas fuisset data ipsis,& ita uiderur
intelligẽdus ille tex.Gl.tñ in l.Ab ea parte.§.fi.ff.de pro
ba.videt̃ requirere, ꝙ iudices sint ordinarii,quę tñ est
falsa, ut aduertit Albe.in d.l. Emancipari.quãuis illam

saluando

saluando dicat, quod dicetur quò ad hoc iudex ordinarius quilibet magistratus habens iurisdictionē, quia satis dr ordinarius quò ad hanc causam. Dicendum ergo erit, quod quis sit emancipatio actus legitimus. l. Actus legitimi. ff. de reg. iur. tamen sufficit quod fiat coram quocunq; iudice habente iurisdictionem, vt dicimus in insinuatione. l. In hac. C. de donat. cum si.

7 Solet præterea quæri, an talis emancipatio possit fieri coràm iudice delegato: in quo uidetur ex relatis per Saly. in d. l. Ab ea parte. quod Doct. se inuoluant: & dum Saly. ibi dicit, quod non uidetur, quod possit fieri coram iudice delegato ex eo, quia ubi decretum exigitur, delegatio non cadit. l. Nec quicq. §. Vbi decretum. ff. de off. Procó.

28 dicatis, quod ille tex. aliter intelligitur, ut declaraui uobis superius. l. ut per libellum suplicem non possint expediri ea, quę decretum exiguot. Sed benè mihi uidet, quod aut loquimur in delegato ad hoc, ut corā eo possit emācipari, & tunc proculdubio ualebit emācipatio: aut coràm delegato ad aliā causam, & cùm habeat iurisdictionē limitatam, uidetur, quod coràm eo non possit quicq; fieri extra illam causam, quia mandati fines diligenter seruandi sunt. l. Diligēter. ff. mād. cum si. Sit ergo cōclusio, quod emancipatio fieri potest coràm quocunq; habēte iurisdictionē etiam uolūtariam: & ideo potest fieri coràm eis extra locum suę iurisdictionis. l. ii. ff. de off. Proconf. & l. Emancipari. in prin. ff. de ado. siue in ea prouin-

29 cia, in qua quis domiciliū habet, siue in alia. l. Etiam. §. fi. ff. de manu. vind. & quocūq; loco dummodo honesto, vt dicit ibi gl. Quòd aût emancipatio facta coràm incōpetēti iudice non ualeat, nisi aliter velit cōsuetudo, voluit Ang. in conf. 93. Visis. i. dub. Deci. confi. 13. col. ii. Tandem dicit gl. quod duo Bononiēses possunt emancipationem celebrarè coràm iudice Mutinēsi, sed gl. allegat tex. in l. fi. C. de iudi. quę non facit in proposito, melius pbat tex. in d. l. ii. ff. de off. Procó. & leg. Et ex hac cōclusione not. Ang. quod sicut fieri pôt prorogatio iurisdictionis in iis, quę sunt cōtētiosę iurisdictionis, ita pôt fieri in iis, quę sunt uoluntariæ, & sic est extēsio ad. l. Si cōnenerit. & ad materiā ipsius. ff. de iuris. om. iud. & est uerissima

30 conclusio, quod prorogatio fieri possit in iis quę sunt voluntariæ iurisdictioois, & in emancipatione loquit pro priè tex. in l. i. C. de emancipa. lib. vbi Pal. hoc no[illegible] idem uoluit Ant. de Butr. [illegible] Quartò quid in iurisdictione uoluntaria. de offi. deleg. Bal. in l. Repetita. C. de epis. & cle. in l. Testamenta. C de testa. Ang. in l. Est receptum. ff. de iurisf. om. iud. cum si. ut per Deci. in cōsi. 150. in prin. ubi ex hoc disputat, quod cū legi

31 timatio sit uolūtariæ iurisdictiōis, vt cōiter tenēt Doct. in c. Per uenerabilem. qui fil. sint leg. ubi. Anto. de Buc. col. iiii. & Abb. col. iii. cū si. sic in ea possit prorogari iurisdictio præsertim per clericum.

32 Ad unum etiam est aduertēdū, quod est tam modici momenti emancipatio quò ad præsentiam ipsius iudicis, quod potest fieri coràm eodem patre emancipante si ipse iurisdictiooi alicui præsit. l. ii. ff. de offic. pręs. & eodē modo si filiusfam. sit Cōsul uel Præses potest adoptare uel emancipare apud seipsum. l. Si Consul. ff. de adopt. & ratio est, quia cùm simus in iis, quæ sunt uoluntariæ iurisdictionis. l. ii. ff. de offic. Procon. & leg. non cadit repu

33 gnantia. l. Qui iurisdictioni. ff. de iurisd. om. iud. quod quis dicat in causa propria ius, quę lex ita limitatur, ut non habeat locum in iurisdictione cōtētiosa, ut dicit ibi Alexan. in prin.

Ex quo infertur, quod si essemus in emancipatione, quæ est cōtētiosę iurisdictionis, puta, uel quod filius uellet cogere pātrem ut eū emāciparet, vel pater adoptiuus vellet in uitum filium emancipare ex causa, ut suprà vidimus, tali casu nō possit talis causa cognosci nec apud patrem, nec apud filium, etiam si iurisdictioni præesset, ita dice

bat Iaco. de Ra. in d. l. Si Cōsul. & dicit ibi Alber. Rat°

34 aût, quare præsentia iudicis requirit, allegatur per Bal. in l. Filiusfam. §. Secundū uulgarē. ff. de lega. i. quia cùm potestas patria sit quid inæstimabile. ut ibi dr, cum donetur tale ius, ut immensa quædam donatio exigit præsentiam iudicis: & quis rō sit colorata, tñ mihi uidetur quod uera rō sit, quia cum emancipatio sit actus legitimus l. Actus legitimi. ff. de reg. iur. in quo iuris ciuilis uinculum solui, debet, decuit coràm iudice fieri Videmus etiam, quod quis fiat apud acta. l. Emancipatione. C. de fid. instru. l. fi. C. de emanc. lib. & quod regulariter in actis iudiciariis testes non requiruntur. l. In donationibus. C. de dona. tñ in ea ius antiquum. tot testes requirebat, ut dixi in textualibus: nimirum ergo si & pęsentia iudicis exigebat. Ratio aût Bal confirmari pôt ex eo, quia, vt ipse dicit, emancipatio patri pîudicat inæstimabiliter ꝑ acquisitionē, quæ sit per filium, & filio, qui ꝑ emancipationē fiebat patri & agnatis extraneus. l. Quinetiā. §. fi. ff. de ritu nup. §. Emancipati. ꝫ. de hære. quę ab intesta. facit tex. in l. Senatoris. la. ii. ff. de sena. ubi habetur, quod filij. quoq; nomen amittitur emancipatione.

In glo. in uerbo, Intreot. Verbum (intrare) hic ponit per translationem. vt. s. adeant illi iudices competentes de quibus in tex. sic in l. fi. C. de emancipa. lib. dr intrare tribunal. Adeūdus est (inquit) iudex, & in quocunq; loco sit, dūmodo sit locus honestus, poterit fieri emancipa

35 tio. l. Emancipari. ubi gl. ff. de adop. ius enim qñ accipit pro loco, in quo ius redditur salua maiestate imperij ꝑ declarationē tex. in l. fi. ff. de iusti. & iur. non solū accipitur determinatè pro eo loco, in quo iudex iuris dicēdi gratia cōstat, sed pro quocunq; loco, vbi hoc agit, siue in domo hoc agat, siue in itinere. l Volun. in. §. fi. ff. de interroga. actio, dummodo honestus sit.

In gl. in uerbo, Sua manu. Dixi superius in. v. not. manū hic pro potestate accipi, nec ex hoc colligi practicā, quam tradit hic Ange. quia hic manus, non pro corpo-

36 rali mēbro, sed pro ipso iure patriæ potestatis ponit, ut ibi dictum fuit: & quis pleris q; locis in actu emancipandi seruet modus ille capiēdi & dimittēdi manum in signum dimissionis à potestate patria, tñ talis obseruantia non habet aliud fundamētum, q̃ ignorantiam corū, qui crediderunt dimissionē à manu hoc in loco intelligi debere pro dimissione corporali, quod est falsum, ut dictum est: & uidemus Specul. in tit. de natis ex lib. uentre. col. iii. qui ponit formam emancipationis, & tamen non facit mentionem de hac obseruantia: & similiter practici tam Florentini quā alij nullam faciunt de hoc mote mentionem.

In glo. in uerbo, Et tunc. potest hic tex. stare propriè absq; ea expositione. i. ex tunc: nam hoc intendit, quod eo casu scilicet facta emancipatione statim incipiat pater habere iura patronorum in bonis filii emācipati: nam, ut dicit glos. ante emancipationem occuparet omnia pater iure peculij. §. i. ꝫ. quib. non est permiss. facere testa. ubi uidebimus.

37 Glo. postea allegat concordantes de dictione (tunc) ut. s. demonstret extremitatē tpis, cui adiicitur: ad idē est gl. in l. i. in fi. ff. de reb. dub. in l. Ita tñ. §. Qui suspectā. ff. Ad Treb. in gl. in l. Gallus in prin. ff. de lib. & posthu. cum similib. & est tex. in l. Huiusmodi. ff. de uerbo oblig. tradit Lance. Deci. in c. Pastoralis in iii. not. de except. & in c. Presbyteros col. fi. de appell. & in substitutione ponit idem Deci. in cōsi. 63. col. i. in fi & in cōsi. 89. col. iii. vbi dicit, quod eius effectus est facere, ut substitutio ad casum expressum restringat, & non porrigatur ad aliū

38 casum: & de hac clausula (tūc & eo casu) uide Soz. cōsi. 5. col. ij. li. iii. & dicit Soz. cōsi. 18. col. pen. lib. iii. quod facie conditionē: & qualiter ponat in statuto uide. Deci. cōsi. 372. col. i. in fi. & in consi. 433. col. ii. in fi.

In glo.in uerbo,Manumissus.Vbiq; vult impropriè
poni manumissum pro rmancipato, & benè dicit post
correctionem Iustiniani,sed ante, ur dictũ est in textua-
libus,utrũq, propriè significat,siue inspecta uirture ver
bi, siue inspecto modo liberãdi.Nec obstat tex.in l.j.§.
Alienatio.ff.quand.actio de pecu.est anna.qnia ideo ibi
fit illa interpretatio,quia in edicto Prætoris dictum fue
rat:Post mortem eius, qui in alterius potestate fuerir,
posteaue q̃ is emãcipatus,manumissus,alienatusue fue
rir,& sic posuerat Prętor utrunq; ucibum vnde nimi-
rũ si emancipatio sumitur postea propriè pro liberatio
ne & dimissione filiorũ:quia qñ nt certa species distin-
cta ponitur à manumissione,benè ad illius differentiam
debet intelligi de filiis : & quia dictum est superius iu
textualibus, aliter non insisto.

In glo.in uerbo,Patrono.Clarum est,ꝙ exemplo pa-
39 troni concessa est bonnrum poss.contra tab.patri emã
cipanti,sed quia in tex. uidebatur facta quędam ęquipa
ratio ut eadem iura sint tributa patri, quæ tribuũtur pa
trono, & per consequens ꝙ non esset differentia inter
eos; gl.ne talis ęquiparatio animos iuuenũ deciperet,
suppleuit quasdam differentias,quę sunt inter patrem
40 emancipantem & patronum:Ex quo notandum est an
te oĩa,ꝙ q̃uis inter duo possint esse aliquæ differentiæ,
nou tñ uitiatur generalis ęquiparatio, quę fieret de eis
etiam ꝑ dictiones uniuersales.vt videtnr dictio(eadẽ,)
qñ illæ differentiæ per alias leges inducuntur.probo vl
tra tex.nostrum iuncta glo.per tex.in l.Illud.ff.de dona.
41 cau.mor. Nã ibi dr̃,donationes causa mortis legatis cõ
paratas esse,& subdit tex.per uerba uniuersalia,Quod-
cunq, igitur in legatis iuris est, id in mortis causa do-
nationibus erit accipiendũ.& tñ uidemus,ꝙ filiusfam.
potest consentiente patre donare,qui consentiente pa-
rre non potest legare.l.Tam is.§.i.ff.eod.tit.& sunt plu-
res aliæ differentię,quas notat gl.in l.Marcellus.§.Pau
lus.ff.de dona.causa mor.

Prima differentia fundatur in l. Pantonius. ff.siquis
à pat.fue.ma.cum gl.Nam in §.Sed nostra.j̃.de succes.
lib.semper uideť deberi rertia pars,tñ ibi nunq̃ fit men
tio,quid inris instituta à liberto turpi persona, tñ gl.in
d. l. Pantonius.sentit, ut hic ꝙ non detur ad oĩa bona,
sed ad cõstitutam partem, quod puto uerum.Ratio aũt
differentiæ potest esse,quia hæreditas debita est patro-
no tm̃ ex lege,nam non est debita nisi illa tertia pars,
quam lex uoluit esse debitã:sed in parente,cùm sit debi
ta ipsa rõne miserationis,quæ rõ est narnralis, & respi-
cit totam,ideo nimitum si ad totum datnr.l.Scripto.ff.
45 unde lib.cogita.Eodem modo datur qnerela inofficiosi
testamenti contra testamentum fratris,si frater turpem
personam instituisset.l.Fratres.C.de inoffi.testa.

43 Secunda differentia est, ꝙ si pater pretinm emãcipa-
tionis accepit à filio non haberet bonorum possessio-
nem contra tabul.l.j.§.Si parens.ff.si quis à par.fue ma.
44 & si dñs accepit à serno pretium,manent iura patrona-
tus.l.i.C.de bon.liber.l.Etiam.C.de obs.patr.præst.& tñ
uidetur militare eadem rõ, quia si est in liberto, quia
dñs non cogebatur manumittere,ut dicunt gl.& Doct.
in d.l.Etiam.la.i.& est tex.in l.Post certi.& in l.Cùm af-
firmes.C.de lib.cau. sĩr nec pater cogebatur emancipa
re recepto pretio.Sed potest forte esse rõ,quia in liber-
to clarnm est,ꝙ ꝑtium,quod dabatnr,erat peculiare,&
erat dñi,unde patet,ꝙ si deť,oĩno non repetiť,q̃uis dñs
non manumittat.l.Si liber.C.de cõdi.cau.da.at in filio
poterat esse pecnlium,in quo pater nõ haberet ius, pu-
ta,castrense,uel quasi,ideo magis teneatur, quia pretiũ
non sit in effectu dñi. Non uideo assignari rõnem diffe
rentię: hęc autem dicta sint magis coniectura, q̃ ꝙ ita
mihi certum sit affirmare.

Tertia differentia est s̃m glo.quia in bonis castrensi-
bus non datur bonorum poss.cõtra tab.l.i.§.Est & alius
ff.si à par. quis fue.ma.Tñ dicatis,ꝙ in hoc nulla est dif-
ferentia,nam nec patronus habet ius in bonis liberti
quęsitis in castris.l.Etiam.§.Patronus.ff.de bon.lib.un-
de hic casus,nec rõne differentię inter manumissorem
& emancipantem,quæ non est, nec rõne exceptionis à
regula predicta,erat enumerandus, quia regula erat,ꝙ
eadem iura habebat pater,quæ haberet patronus, vnde
regula benè procedit in hoc casu.d.§.Patronus.Sed gl.
decepta fuit ex illo.§. Est & alius. ubi per uiã limitatio
nis refertur ille casus ad superiora,in quibus poniť re-
gula,ꝙ patri emancipãti datur bonorũ.poss.contra tab.
ideo benè procedit limitatio quò ad bona castrẽsia,sed
hic non benè procedit hęc exceptio.

45 Quarta differentia est quia filii patroni succednnt li-
berto, non secus ac patronus,& habent ipsi bonorum
poss. contra tab.§.Multis.j̃.de succes.lib.l.Libertinus.§.
s.ff.de bo.lib. filii aũt emancipantis patris non habent
illud ius in bonis emancipati, ut est tex.qui hanc diffe-
rentiam ponit, in d.l.i.§.Liberos.ff.siquis à par.fuer.ma
nu.rõ aũt differentiæ ea est, quia si libertus non fuisset
manumissus,eodẽ iure fuisset apud filios patroni mor-
tui seruus,sicut erat apud ipsum patronũ dñm:at filius,
si mortuus fuisset pater sui iuris effectus esset, nec reci-
disset in potestatem fratris:hanc rationẽ differẽtiæ con
siderat tex.j̃.de fidu.tu.in princi.

Quinta differentia ponitur per gl.qñ pater emãcipa
uit coactus, nã tunc perdit hoc ius sucedẽdi in bonis
filii.l.fi.ff. siquis à pa.fue.manu.q̃ propriè non est diffe-
46 rẽtia, quia hic casus non cadit in dño,q̃ si malè habeat
seruum,non cogitur manumittere,sed vẽdere.s̃.de iis,
qni sunt sui uel alie.iur.§.fi.quinimò in oĩbus illis casi
47 bus,in quibus dñs manumittit ex necessitate, non ha
bet integra iura patronorũ.l.i.C.de lib.& eorũ lib.l.i.
C.de bon. lib. vbi hoc est de mente Alber.ꝙ non succe
dat ab iurestato,ꝙ non possit petere alimenta, & ꝙ nõ
reuocet in seruitutem,ut ibi per eum.

48 Sexta differẽtia est ꝙ non datur patri Caluisiana aut
Fauiana actio ad reuocandum alienata per filium in vi-
ta,sicut dantur patrono ad reuocandum alienata per li-
49 bertũ.l.Non vsq; adeò.ff.si à par.qnis fue.manu.Est aũt
actio Fauiana,quæ datur soli patrono ad reuocãdũ ea,
quæ libertus in fraudem patroni alienauit inter viuos,
uel in vltima uoluntate,quominus patronus habeat ter
50 tiam.l.i.in princi.&.§ Verum.ff.siquid in fraud.pat.Cal-
uisiana est sĩr actio reuocatoria,quæ datur tam patro-
no,q̃ creditori ad reuocandum alienata in fraudem ip-
sorum.l.In Fauiana ff.siquid in fraud.pat.& declarat gl.
in §.Item siquis in fraudem.in uerbo.Eam rem petere.
circa med.ubi uidem⁹.j̃.de actio.Ratio aũt, quare nõ
dantur patri ad reuocandum alienata in fraudem, assi-
gnatur in.l.Non vsq; adeò.quia non est interdicenda
alienatio bonorum suorum ingenuis hoĩbus.Sed aduer
tendum est circa illam rõnem,ꝙ uidemus patrem arro
gatorum esse ingenuum,& tñ si alienet in fraudẽ, filius
quasi per Caluisianam & Fauianam reuocat.l.fi.ff.siquid
in fraud.patr.Sunt qui dicant,ꝙ ideo ibi fit reuocatio,
quia illa quarta,quę debetur filio arrogato,debeť ut æs
alienum,secus in casu illo.l.Non vsq;. quorum rõ cõfir
mari potest ex eo,ꝙ dať Caluisiana vel quasi ad ea alie-
nata reuocandum,quæ competit creditori,ut dictũ est.
Aliqui dicebãt dari Reuocatoriam filio in bonis patris,
nõ patri in bonis filii, tanq̃ hæreditas paterna magis sit
debita filio,q̃ è conuerso.l.Scriptos.ff.vnde libe. tñ Bar.
in l.Non usq; dicit hoc esse ualde dubium per rõnem
tex.ibi.Tandem facta sua distinctione,dicit, ꝙ ꝑdicta rõ
ne.s.quia hæreditas filii non est iam debita patri, nõ da
tur Reuocatoria.d.l.Scripto. & ad rõnẽ illius tex. nihil
aliud dicit,nisi ꝙ non est vrgens ratio: quare aũt nõ sit

vrgens,

urgens,nõ dicit,quod animaduertit And. Sicul. in rep.
l.Cùm acutissimi.col.34.versi.Non obstat.C.de fideicõ.
ubi dicit,ꝙ dictum Bart. sapit magnam iniquitatem,
cum detur materia, ꝙ pater perdat suam legitimã sibi
debitam,tñ dicit tremulentius hoc esse verum propter
summam authoritatem.Bart.tamen ꝙ dictum suum est
uerissimum:& quia non est materia nostra principalis,
satis fuit hęc pauca adduxisse.

Septima differentia ponitur,quia pater emancipans
non stipulatur operas de filio,vt patronus de liberto.l.
pen.ff.si a par.quis fue.manu. rationem assignat tex.in
l.pen.ff.de obsequi.à lib.uel libertis par. & patr. præst.
Nullum.n.ius eorum,que libertatis causa imponuntur
libertis manumissis, habet pater in emãcipato filio,
quia nihil imponi liberis solet:nec quisq̃ dixit iureiu-
rãdo obligari filiũ manumissori patri ut libertũ patro-
no:nam pietatem liberi parentibus debent, nõ operas,
inquit ibi iureconsultus.

51 Expeditis differentiis glo.quęrit, cùm hodie semper
pater habeat præmiũ emancipationis,quia semper qua
dam fiducia censetur emancipare,& lucratur semp di-
midiũ vsusfructus in bonis filii.§.Hoc quoq;.j.p quas
per.nob.acq.videtur,ꝙ non possit habere hęc iura,cum
suprà dictum sit patrem,qui pretiũ emancipationis ac-
cepit,pdere hæc iura.l.1.§.Si parẽs.ff. si a par. quis fuer.
manu.cum similib.præsertim quia dimidia usufructus
succedit in locum tertię partis, quam pater poterat si-
bi retinere pro pretio quodammodo emancipationis,
ut dicit tex.in d.§.Hoc quoq;.& ideo debet habere eã-
dẽ naturã:& respondet,ꝙ cùm hoc pręmiũ habeatur à
lege,non aũt à filio,non impedit successionẽ in bonis
filii emancipati:quod enim cõsequimur authoritate le
gis,nullũ nobis debet afferre detrimentũ aut damnũ.l.
Gracchus.C.de adult.l Sancimus la.i.C.de admi. tut.&
quamuis iura ita disponerent,vt in præmiũ emancipa-
tionis,& loco pretii cuiusdam solerẽt patres accipere,
aut reseruare aliquid,tamen inualuit cõsuetudo etiam
apud antiquos,ut patres emancipantes aliquid ipsis fi-
lijs donarent,vt est tex.in l.Vt liberis.§.fi.ibi, Vt assolet
52 fieri.C.de colla.Et quamuis ita seruet consuetudo,per
hoc iurè non potest cogi à filio aliquid ei dare aut assi-
gnare,ita est tex.si benè consideret.in l.fi. C.de emanci-
„ pa.lib.ibi,Et peculium donare, uel alias res liberalita-
„ tis titulo in eos conferre.Si enim quod confert,cõfer-
tur ex liberalitate,non possumus dicere, ꝙ possit cogi,
quia in necessitatibus nemo liberalis existit. l. Rẽ lega-
tã.ff.de adim.leg.qui tex.in contrarium pro casu põde
rabatur à Bal.in l.Quamuis.C.de fideicom.vbi idem fir
53 mat,ꝙ non cogitur:& ratio est,quia filius viuẽte patre
nihil iuris habet in bonis patris, ut declarat Bart.in l.
fi.ff.de lib.agno.& in l.i.§. Si impuberi. ff.de colla.bon.
& est bonus tex. in l. Lex Cornelia. ff. de vulg. & pup.
vbi hoc notat.Alex.Ias.& alij.Bart.in l. Post emancipa-
tionẽ.in prin.ff.de lib.leg.Deci.cõs.19. col. ij. quinimò
non habet ius aliquod in legitima viuẽte patre. d. l.i.§.
Si impuberi.ff.de colla.bono.ibi,Præmatura &c.Bar.in
authẽ.Si qua mulier.C.de sacrosan.eccl. ratio est,quia
cùm filij non habeant,nisi solã spem succedendi in bo
54 nis patris post mortẽ ipsius defuncti,non dicunt habe
cit filium inuitum non cogi exire patriam potestatem.
d. §. Generaliter. in Auth. quib. mod. nat. effi. sui. & cùm
suprà dixerit, q ex iusta causa pater cogi põt. & dicat è
contrario filium non cogi, nec distinguatur iusta causa
vel non, interpretati sunt Doct. q gl. voluerit, q etiam
ista causa subsistente cogi non possit. Sed glo. in d. §.
Generaliter. in versi. Non est. mouet hanc. q. an ex om-
nibus supradictis causis, ex quibus pater põt cogi emã-
cipare, ex illis possit filius cogi exire patriam potesta-
tẽ, & dicit, q non, tum quia non habemus hoc dicentẽ
legem, ideo stamus regulæ d. §. Generaliter. tum quia fi
lius non habet eam potestatẽ in patrem, quã habet pa-
ter in filium. Sed prior ratio põt tolli ex regula correla
tiuorũ, quia dispositum in vno etiam in odiosis & pœ-
nalibus trahitur ad aliud, stante præsertim idẽtitate ra-
tionis. l. fi. vbi notant omnes. C. de indic. vidui. toll. Nec
secunda ratio concludit, quia est vis potestatis patriæ,
vt scilicet, pater cogatur iusta causa filiũ pati exire pa-
triam potestatem. Eandẽ opi. tenet etiam glo. in l. Nec
auus. C. de emancipa. liber. in l. Non potest. ff. de ado-
ptio. in l. fi. C. de spectacu. lib xj. Tamen hanc opi. repro
bant Bar. Ange. Imo. Pau. de Cast. Iason & alij in l. Qui-
dam cùm filium. ff. de verbo. obliga. Ange. & Imol. in l.
Verum turpem. ff. de verbo. obliga. Bald. in l. Quãnis. C.
de fideicom. vbi volunt, q cùm non sit dare rationẽ di-
uersitatis inter casum & casum debeat esse eadem iuris
dispositio. l. A Titio. ff. de verbo. obliga. Nec potest dari
probabilis rõ diuersitatis, quare pater possit cogi eman
cipare filium ex iusta causa, non possit autem filius co-
gi ex iusta causa consentire emancipationi, & conside-
rant casum, si filius sit rixosus, & pater ex lege munici-
pali teneatur soluere condẽnationem pro filio, ita dicit
Ange. in d. l. Verum. & hanc opinionem latissimè exami
nat & comprobat Saly. in d. l. Nec auus. & firmat quòd
ex omnibus causis, ex quibus filius potest exhæredari,
ex oĩbus illis causis possit inuitus emancipari, quia ista
duo sunt æquiparata in d. l. Quidam cùm filium. quẽ se
quunt etiã Doct. hic, & illa opi. mihi videtur verissima.

## RVB. DE TVTELIS.

Continuatur hoc ordine. s. in titu. de ijs, qui, sunt sui vel alieni iuris, dixit Imperator, quòd personarum quædam erãt sui iuris quædam alieni, & earum, quæ erant alieni iuris, quædam sub ptãte dominorum quædam sub ptãte parentum, & singulas partes declarauit, vt visum est, & sic est expeditum alterum membrum illius distinctionis, eorum scilicet qui alieni iuris sunt, modò incipit declarare alterum membrum earum, quæ sui iuris sunt, nam illarum quædam sunt sub tutela, quædam sub cura, quædam neutro iure tenentur, & sic benè dicit hic Ioan. Fab. q hæc est subdiuisio, non diuisio principalis: & quia cognitis ijs, qui sunt sub tutela & cura, facilè cognoscentur qui neutro iure tenentur, ideo proponit de illis tantùm se dicturum: & quia impuberes sunt sub tutela, puberes aũt sub cura, ideo incipit declarare de ijs, qui sunt sub tutela, secutus quasi naturæ & ætatis ordinem.

### TRANSEAMVS.

1 *Seruius Sulpitius primus ea, quæ ad Dialecticam pertinent, in hanc iurisciuilis scientiam inuexit.*
2 *Aeditiui quasi ædes tuentes, & de eo verbo plura.*
3 *Aeditimi qui.*
4 *Hierophilaces qui.*
5 *Tutelam exiens non dicitur capite minui, aut mutare statum.*
6 *Pupillus & adultus qualiter dicantur esse & non esse in potestate.*
7 *Argumentum à contrarijs quomodo procedat.*
8 *Cõtrariorũ uno cognito aliud cognoscitur, & quando.*
9 *Tutela quid sit, & de veritate definitionis.*
10 *Definitio quid sit secundum Boetium.*
11 *Definitio quid sit secundum Aristo.*
12 *Tutela principaliter datur personæ, non rebus.*
13 *Tutela est de iureciuili.*
14 *Statutum, q testator possit dare testamẽto curatorem, ualet. Item statutum potest restringere & extendere tempus tutelæ.*
15 *Tutores qui sint.*
16 *Proprietas verborum sumitur ex definitione.*
17 *Argumentum à deriuatione vocabuli & etymologia quando ualeat.*
18 *Nomina appellatiua debent esse consona rebus.*
19 *Filiusfami. tutore aut curatore nõ eget: ubi quid in ijs bonis, in quibus patri non quæritur vsusfructus.*
20 *Curator, qui filio fami. minori datur patre nolente administrare, datur bonis, non minori, q si datus etiã esset minori, sustinetur datio.*
21 *Sententia seruitutis sustinetur, et q verba dirigatur*

in domi-

*In dominum fundi.*

22 *Filiusfami. quo casu possit habere tutorem.*

23 *Definitiones referuntur ad communiter accidentia.*

24 *Alciati locus reprehenditur.*

25 *Dubitans de statu suo potest habere tutorem.*

26 *Tutor quando seruo impuberi detur.*

27 *Proximè efficiendum pro facto habetur.*

28 *Esse creditur quod omnino futurum est.*

29 *Patria potestas inducta est, ut filius defendatur, sed nõ principaliter.*

30 *Patria potestas principaliter inducta est ad commodũ parentum.*

31 *Curator mentecapti & furiosi datur principaliter per sona secundariò rebus.*

32 *Tutor quandoq; pro curatore, & curator pro tutore accipitur.*

33 *Præfectus uigilum, quamuis ædes tueatur, non dicitur æditnus.*

DIuiditur hoc principium in tres partes, in prima enim ponitur subordinatio huius tituli & sequentium ad præcedentia: in secunda ponitur definitio tutelæ: in tertia deriuatio & etymologia verbi (tutores.) secunda ibi, Est autem. tertia ibi. Tutores.

Non summatur, quia præfatur de quo sit dicturus, diffinit, & ponit qui sint, & vnde dicantur tutores ex l. i. ff. de tutel.

Casus similiter non est figurãdus: cũ enim aggrediat declarare materiam tutelarum, nulli dubiũ esse debet ꝙ incipere debet à definitione, vt sciatur de quo tractaturus sit, & qui sint, & vnde dicantur tutores.

1 In tex. ibi, Vt Seruius definit. Hunc certum est fuisse Seruium Sulpitium, de quo præclaras laudes prędicat M. Cic. in Bruto & viij. Philipp. de quo habetur in l. ii. ff. de orig. iur. §. Seruius autem Sulpitius. Ipsum autem hanc definitionem tradidisse credendum est. cùm ipse primus iuris scientiam arte quadam pertractauerit, partitionesq; diffinitiões, & huiusmodi ad Dialecticã pertinentia primus in hanc iuris scientiam inuexerit, vt esset aliquando regula, qua vera à falsis dignosceerẽtur, cuius uitam Bernardinus Rutilius latius attigit.

2 In tex. ibi, Sicut æditui dicuntur qui ædes tuentur. Hanc eandem deriuationẽ & etymologiam ponit Fes. Pompeius, qui vult ædituum esse sacrę ædis tutorem & curam agentẽ, de quo meminit Pli. lib. xxxij. c. ij. & Au. Gellius lib. xij. c. x. voluit uerbum esse nouum usurpatum pro eo, quod Latini olim dicebant ęditũum, quod docet ex M. Varrone, Liuio, Andronico, M. Tullio, ex fa

3 bula Pomponij, & Lucretio lib. vj. voluit enim Festus ęditimũ dictum esse eum, qui ædibus præest, quasi ędis intimum, quam etymologiam reprehendit M. Cicero in Topic. dum loquitur de postliminio. Aliter appellan

4 tur etiam æditui hierophilaces, quasi sacrorum custodes, prout de iis meminit Scæuola in l. Annua. ff. de annu. leg. non enim ibi (zetophilaco) legendum est, ut in vulgatis codicibus, sed (hierophilaci.) Solebant enim liberti olim tueri ædes & sacra, ut aduertit Zasius in titu. ff. de in ius uoc. in prin. & latius dictum fuit in nostris Annotatio. hic.

Nota primò subdiuisionem diuisionis superius positę, ut. s. personarum, quę sui iuris sunt, alię, sint in tutela aliæ sub curatione, aliæ neutro iure teneantur: non ergo hic est alia diuisio, sed subdiuisio primi membri distinctionis positæ superius in tit. de iis, qui sunt sui vel alie. iur. Nec subdiuiditur primum membrum positum superius in tit. de iure perso. dum dicitur, ꝙ hominum quidam liberi sunt, quidã serui, quia sub illo membro comprehenduntur etiam ii, qui sunt in potestate, quod aduersatur iis, quæ hic dicuntur, ibi, Nam ex iis personis, quæ in potestate non sunt &c. Pręterea ibi diuisio illa respicit statum, hoc autem propriè non respi-

5 cit statum: qui enim exit potestatem tutoriam, nõ propterea dicitur mutare statum, nec capite minui. §. Minima. infrà. de cap. diminut.

Secundò not. ibi, Nam ex iis personis, quæ in ptãte

6 non sunt. ꝙ pupilli uel adulti, qui sub tutela uel cura sunt, non dicuntur esse in ptãte, quod videtur contra definitionem, dum dicitur tutelam esse ptãtem. & paulò infrà, dum dicitur tutores esse qui eam potestatem habent. unde etiam pupilli uiderentur esse in ptãte. Sed responsio est, ꝙ potestas tutoris non est simplex, sed ad tuendum eũ, qui per ętatem se defendere nequit, quæ verba excludunt potestatem illam, de qua loquitur tex. dum dicit (quę in ptãte non sunt) ut etiam aduertit gl. J. in verbo, Ad tuendum.

Tertiò not. argumentum, quod facit Imperator ibi, Videamus. uidelicet, ꝙ cognitis iis, qui sunt in tutela vel cura, cognoscentur & qui neutro iure tenebuntur, quo modo argumentandi utitur etiam Imperator. s. de

7 iis, qui sunt sui uel alie. iur. in prin. & ff. eo. tit. l. i. & quãuis, ut ibi dixi, hoc argumentum à contrariis optimum sit, qñ sumus in eo genere contrariorum, quæ ex diametro sibi aduersantur: uno enim posito aliud necessario remouetur, ut est sui iuris, ergo non est alieni, & est alieni, ergo non est sui, quæ disiunctiua appellauit Proculus in l. Hæc verba ille aut ille. ff. de verb. sign. tamen in tex. nostro non uidetur ualere hoc argumentum eo modo, quo sumit Imperator, qui loquit alternatiuè & disiunctiuè, dum dicit, Videamus de iis, quę in tutela uel curatione sunt. Si enim uideamus ꝺ iis, quę in tutela uel curatione sunt, non poterimus cognoscere eas, quæ neutro iure tenebuntur: sed benè cognoscemus quæ neutro iure tenebuntur, si copulatiuè cognouerimus quæ sub tutela & quę sub cura sunt: uoluit ergo Imperator dicere, ꝙ nisi & cognitis omnibus iis, qui sunt uel in tutela uel in cura, cognoscemus qui neutro iure tenebuntur. & ita debet intelligi hic uersiculus, qui etiam potest stare alternatiuè hoc modo intelligẽ-

8 do, & argumentum procedit. Ex quo correlariè infert, ꝙ cognito uno de contrariis, cognoscitur & aliud contrarium, quod intellige (ut dixi) in directò contrariis, ex tex. in c. Nuptiarum. xxvij. q. j. in c. Cùm renunciatur xxxij. q. j. ubi per glo. & Archid. & dicit Iaf. in l. Inter stipulantem. §. Sacram. col. ix. in princ. ꝙ ista conclusio, ꝙ cognito uno de contrariis cognoscatur aliud, non habet aliquod dubium, quod probat expresśè text. in l. Qui accusare. in prin. ff. de accusa. & quis alias in rubr. ff. de acqui. poss. & hic mihi uisum fuerit hic potius probari argumẽtum à sufficienti dinumeratione partium propter naturam disiunctiuæ appositæ, nã cognitis iis, qui sunt in tutela, non cognoscuntur qui neutro iure tenentur, quia possunt esse sub cura: tamen dicendum est, ꝙ cùm hic Imperator exigat cognitionem tam eorum, qui sunt sub tutela, quam eorum, qui sunt sub cura, opponit duo hęc mẽbra pro contrariis membrorũ eorum, qui neutro iure tenentur: nec obstet illa disiunctiua, quia debet intelligi, ut superius dictum est.

9 Quartò not. ꝙ tutela est uis atq; potestas in capite libero, ad tuendum eum, qui propter ętatem se defendere nequit iureciuili data ac permissa. Circa quam definitionem quærendum est, quare Imperator hic omiserit illa verba (sua sponte,) quę sunt in l. j. ff. de tutel. Si enim nullius sunt in diffinitione effectus, reprehendidebet Seruius: si alicuius, dãnandus est Imperator. Iaf.

hic dicit se cogitare, quod possit vtraq; defendi, & dicit, q si in diffinitione omittatur aliquid, quod importet qnidditatem & essentiam rei diffinitæ, tunc diffinitio videtur falsa, & viriatur, si veiò omittatur aliqnid, qnod potest poni ad differenniam alicuius rei, non vitiatur diffinirio: vnde q̄uis hic omittaī dictio (constituta) & dictio (sponte,) quæ in dicta diffinitione positę sunt rectè ad differentiam, non vitiatur diffinirio: sed Aduertendum est, quia nec assumptum nec illatio vera est: nā, vt sciamus quid aliquid sit, non possumus scire nisi ex genere & differērijs: cum enim diffinitio sis oratio sub
10 stantiam vniuscuiusq; rei significās, vt inquit Boetius lib. j. Topi. talis substantia non potest cognosci nisi ex genere & differentijs; cessantibus enim differentijs diffinitio non conueniret cum diffinito, & esset cōis alijs rebus, vnde substantia rei non explicaretur: vnde omissio eorū, quæ pertinent ad differentiam facit, vt diffinitio vitietur, quia remota illa differentia poterit diffinitio applicari alteri, q̄ diffinito, & per consequens erit falsa: nec aliunde reprehenditur à Labeone idem Seruius in l. j. in princi. ff. de dolo. nisi quia omissę erant tales differentiæ, quæ faciebant, vt diffinitio competeret alteri, q̄ diffinito: inepta est igit̄ responsio Ias. Mihi placet, vt dicamus, q q̄uis verba illa sint omissa, nihil tñ substantiale sit omissum, quod patet primò in verbo (constitura:) nam, cùm dicamus (vis atque potestas in capite libero,) idem est, ac si dicamus (vis atq; potestas pstiruta & posita in capite libero:) illa enim dictio (in) cum illo ablatiuo ostendit positū esse quid in loco vel persona: dicere.n. vis ac potestas in capite libero, est dicere vis atq; potestas, quę est in capire libero. Dum verò omittitur illud verbum (sua sponte,) similiter dico, q comprehēditur ab illis verbis, (qui propter ætatem se defendere nequit:) qui.n. dicit, se nequire defendere, dicit, q nequit per se: & sic sua sponte, quod puto uerissimum. Et ut habearis summatim quasi quandam expositionem huius diffinitionis, quáuis in glo. de hoc erit latius disputandum, dicatis, q turela dr̄ primò vis atq; potestas, & q vis atq; potestas ponitur loco generis, quia reperiūtur multę potestates & possibilitates, quæ non sunt tutela: dicitur autē (vis & potestas) simul, non q sit uera inter hęc duo differentia, vt dicit Barr. in d. l. j. sed vt magis exprimatur possibilitas illa & facultas,
,, vt similiter reperitur apud Teren. in Heauton. Hic me
,, magnificè effero, qui vim tantam in me & potestatem
,, babeam tantæ astutiæ Et apud Cice. li. iij. de Natu. deo.
,, Improbutum igitur prosperitates secundæq; res redar
,, guunt, vt Diogenes dicebat, vim oēm deorum ac potestatem. Seqnirur (in capire libero) ut ostendatur, q ista potestas & facultas non datur seruis, cū turores nō possint esse serui. j. tit. j. in prin. & §. i. non autem dicit hoc respectu pupilli patientis: residet ergo quędam vigens potestas in capite libero ad hunc effectum ei data & attributa, vr tueatur simpliciter, vt per hoc excludat patriam potestatem, & etiam dominicam: nam utraq; est vis atq; potestas residens in capite libero, sed illæ non sunt simpliciter ad tuendum, & defendendum, & protegendum, sicut tutela. Dicitur postea (ad tuēdum eum,) vr excludat curationem, quæ datur ad tuenda bona, nó autem personam. l. In copulandis. C. de nupt. tutor autem principaliter datur personæ. §. Certæ. j. qui testa. tuto. dari poss. Subditur (qui per ætatem se defendere nequit,) ad differentiam furiosi, nam & datur curator furioso, in quo est vis ac potestas in capite libero ad tuendum eum, sed non eum, qui per ætatem, sed eum, qui propter furorem vel aliud impedimentum huiusmodi se defendere nequit: datur enim curator furioso tā personæ, q̄ bonis. l. Si furioso. ff. de curato. furio. l. Virum. & l. Et mulieri. eo. tit. Apponuntur postea illa verba (iureciuili data ac permissa,) quæ iunguntur illis verbis (uis atq; potestas) iureciuili introducta. s. non ad differentiam defensionis illius, de qua habetur in l. Vt vim. ff. de iust. & iur. quia hoc satis ineptum esset, cum ea, quæ ponuntur in diffinitione tutelę hucusq; non possint aliqno modo cōpetere defensioni illi naturali, de qua in d. l. Vt uim. uerba enim priora hanc excludunt, cùm sit potestas data à natura ad se corpusq; & bona tuendum, non ad tuendum illum, qui nó potest sua sponte se tueri per ætatem: unde fuit olim opi. antiquorum, q hæc uerba nó essent in diffinitione: ita enim uoluit Placenti. ut refert glo. in d. l. j. ff. eo. & ibi Alberi. tñ Azo contrarium dixit, quia cùm designēt originem ipsam, & quęnam uis & potestas sit hæc, ciuilis an naturalis, uel gentium, satis ostendunt substantiam rei. Vnde desinitio debet ita procedere: Tutela est uis atque potestas iuris ciuilis in capite libero ad tuendum eum, qui per ętatem se defendere nequit. Et hęc sufficiant pro aliquali declaratione, anteq̄ descendamus ad glo. ubi magis discutietur ueritas diffinitionis.

Bal. in d. l. j. ff. eo. dicit in hac definitione reperiri causas omnes, nam dum dicitur (uis atq; potestas,) ostenditur causa formalis. dum dicitur (ad tuendum eum,) materialis: dum dicitur (iureciuili,) causa efficiens: dum dicitur (inuenta) finalis: quod est falsum, quia finalis causa est ad tuendum, materialis in capite libero, efficiens & formalis iusciuile. Sed diffinitio non consideraī ita
11 ut per causas, sed per quod quid est. Est enim diffinitio secundum Arist. oratio quid est significans.

12 Quintò not. q turela datur principaliter personæ, non rebus. j. titu. i. §. Certę. l. In copulandis. C. de nupt. & dicetur in d. §. Certę.

13 Sextò not. turelam esse de iureciuili: Lege enim. xij. tab. ita cautum erat.

Tutores liberis in potestate ... parentes danto:

Si non sint dati, agnati, qui successionem sperant, tutores sunto. Ex quo inferri potest, q facilius ea, quę circa tutelā uersantur, sunt mutabilia. §. Sed naturalia. s. de iure nat. gen. & ciui. & ideo dicit Bal. in l. ij. in prin.
14 ff. de uulga. & pupilla. si statutum diceret, q posset testator curatorem testamento dare sicut tutorem, q ualeret, q̄uis contrarium sit decisum. j. de curato. in prin. & idem Bal. in l. Matrona. ff. ad Sen. Tertull. dicit, q statutum potest restringere & ampliare tempus tutelæ, puta, q duret usq; ad x. uel xij. annum, uel usq; ad xviij. cōtra tex. j. quib. mo. tu. fi. in prin.

15 Septimò no. qui sint tutores, q. s. ij. sunt, qui talē uim ac potestatem habent, qualem. s. in diffinitione descripsit. Ex quo correlariè notatur, q malè legunt ii, qui loco illius dictionis (uis) in diffinitione ponunt (ius) prout Bal. in l. i. ff. eod. & Alcia. libr. j. Parergon iuris. c. 58. Cùm. n. dicatur, q tutores sunt qui eam uim & potestatem habent, patet, q (uis) est legendum, non (ius.) Erit ergo tutor, in quo uerificabitur diffinitio tutelæ: hoc enim est, quod in substantia uoluit dicere, cùm dicit, (qui eam uim ac potestatem habent:) hoc enim exprimit illa dictio (eam.)

16 Octauò not. q vera & propria deriuatio vocabuli sumitur à diffinitione: cùm. n. ideo dicantur tutores, quia tueantur & defendāt, sumitur talis deriuatio ex ea parte diffinitionis, dum dicitur (ad tuēdum eum:) & est regula notissima, de qua alibi suprà diximus in §. Si ab hostibus. quib. mod. ius pat. por. solui. & dicemus. j. de
17 testa. in prin. q tunc ualet argumentum à deriuatione uocabuli, qn̄ cōformat se cum diffinitione, & ualet negatiuè ut in pluribus, nō est ptās ad tuendum, ergo nō est tutela, sed non affirmatiuè, est potestas ad tuendū, ergo est tutela, cùm deficiant aliæ differētiæ postea positę, quę faciunt tale argumentum continere fallaciā,

quia

quia uerba ipsa fine aliis differentiis sunt amnnia aliis,
vt s̄.diximus.Et ee hoc correlariè notatur, ꝙ deriuatio
& etymologia attenditur,de quo,vt diei s̄.dictum fuit
18 in §.Si ab hostibus.item & vnum aliud, ꝙ nomina ista
appellatiua debent imponi, vt fint consona rebus, de
quo dicendū erit,vt dicemus.j̄.de donat.§. Est & aliud.
vbi est locus suus,tutores quasi tuitores, æditui quasi
ædes ruentes, & huiusmodi noia conuenientia rebus,
facit tex.in l.Defensores.la.ij.C.de defenso. ciui.ibi,No
minis sui fungantur officio.l.Decernimus. C. de episc.
& cleri.ibi,Et ipsorum monachorum nomen exposcit.
l.i.C.de offi.Præfe.vrb.in fi.l.Tugurii.ff.de verb. signi.l.
Ita vulneratus.in prin.ff.ad l.Aquil.cum si.

In gl.o.i.Ego magis puto tenendum quod dicit gl.sequens,& quod nos diximus s̄. in continuanda rubrica.
videlicet,ꝙ hoc referatur ad aliam diuisionem, nō per-
sonarum in vniuerso,ut sunt duæ illę pręcedentes, sed
ad subdiuisionem illius membri superioris, videlicet,
personarum sui iuris,& hoc est,quod voluit dicere,Nā
ex ijs personis, quæ in potestate non sunt. intelliges
tam de patria,q̄ de dominica.

In glo.in verbo,Non sunt.Benè infert glo. ꝙ ii, qui
19 sub potestate alterius sunt,ut seruus,& filiusfam. non
egent tutore aut curatore de seruo dicetur.j̄. in glo.in
verbo(libero,)de filiofa.est tex.in l.fi.in princ.C.de cu-
ra.furio.& ideo illis non datur. Tunc enim dandus est
tutor,qn̄ legitimus defensor deficit l.i.ff.qui petant tu
to.quod Doct.hic limitant,dummodo filius nō habeat
bona, in quibus vsusfructus patri non quęritur: nam
in iis,quamuis sit in potestate,potest habere curatorē,
tex.est in l.fi.§.Sinautem in secunda.C.de bo. quæ lib.
ubi Bar.Bal.Pau.de Cast.Ang.& alii hoc idem tenent:
cū aduertendum est,ꝙ non est hoc ita simpliciter intel
ligendum:nam benè verum est,ꝙ si patre recusante fi-
lius delatam sibi hereditatem adeat, patri nō quæritur
usufructus,ut ibi,& quia non est habilis ipse in ea ętate ad gubernandum res suas,dicitur, ꝙ potest habere
curatorem,sed ita demum hoc uerum est, si pater recu
set administrare:non ergo absolutè habet curatorē in
bonis,in quibus patri non quęritur usufructus, sed ita
demum si pater recuset res filii administrare & guber-
nare:patre ergo nolente non datur curator filiofam.in
potestate in bonis,in quibus usufructus patri nō quæ-
ritur,sed ipse potest administrare,et ita declarat Rapha.
in d.l.fi.§.Sinautem in secunda. & dicit tex. illum non
esse ab aliquo ponderatum,quem etiam ad hoc ita pon
derauerunt Salyc.in auth Excipitur. C. de bon.quæ lib.
Corn.in d.§.Sinautem in secunda.

Concludendum igitur est,ꝙ qn̄ patri non quæritur
usufructus,si filiusfa.est maior, pater etiam volens nō
potest administrare bona filii,& illa gubernare, & ita
procedit d.authen.Excipitur.si uerò est minor,ita ꝙ in
digeat tutore uel curatore,& tunc pater potest,si vult,
administrare:si verò recuset hoc facere,tunc potest pe
ti curator d.hæreditati aut bonis,& ita procedit tex. in
20 d.§.Sinautem in secunda.Et notandum est,ꝙ hoc casu
non datur curator minori,sed bonis, & ita dicit tex.in
d.§.Sinautem in secunda.ibi, Ab eo petere curatorem
hęreditati dari.benè uerum est, ꝙ si iudex inaduerten-
ter,uel imperitia ductus daret minori,dirigendo uerba
ipsi minori,datio sustinetur,& intelligeretur minori.i.
21 ad commodum minoris, quemadmodum sustinetur
etiam sententia seruitutis,si uerba dirigantur in domi-
num fundi.l.i.in princ.ff.si ser.uendi.etsi deberent diri-
gi in fundum,cui seruitus debetur.l.Qui in aliena.§.fin.
ff.de nego.gest.ue notant Bart.Saly.Ange.Pau. de Castr.
& Corn. in d. §. Sinautem in secunda. & Ioan. de Plat.
Ange.& Christo.hic.Prætereà tunc est curator, non tu
tor,de quo modò agimus.

In ea.glo.ibi,Sed contra. Opponit de l.fi. C. de sen-
ten.pass. ubi habetur, ꝙ filius eius, qui est apud ho-
stes,efficitur sui iuris,at si pater reuertatur, recidit in
patriam potestatem,ac datus illi tutor interim, dū erat
apud hostes pater, eo reuerso desinit esse tutor. sed si
pater reuersus sit uel furiosus uel prodigus,quamuis fi-
lii recidant in potestatem suam, tamen per hoc nō desi
nit esse tutor ille,qui prius erat tutor:& sic patet, ꝙ fi-
liusfa.qui est in potestate patris, habet tutorem:& hoc
modo inducendo,solutio glo.hic nihil facit, quia cùm
iam esset reuersus,& omnia recuperasset, non uidet,ꝙ
aliquo modo potuisset durare tutela. Gl.in d. l.fi.in uer
bo,Neq; tutor.dicit hoc esse speciale & mirabile, quod
22 etiā ibi Saly. dicit esse miraculosum,& ratio huius spe
cialitatis est propter duo,quæ concurrunt simul, uideli
cet,quia cōgruo tempore & legitimè datus fuit tutor
à principio,item propter malos mores patris & dissipa
tiones, quorum neutrum fuisset de per se sufficiens,
quod patet,nam si mali mores cessarent, & non ceiste-
rent,quamuis tutor ab initio legitimè datus esset,om-
nis tutela finiretur.d.l.fi.C.de senten. pass.item nec ma-
li mores & dissipationis periculum de per se suffice-
rēt,quia qn̄ pater dissipat filii bona,& nō sumus in ca-
su prædicto,in quo iam sit datus tutor,tunc non inter-
dicitur ei administratio,quia filio postea effecto sui iu-
ris datur actio ad recuperādum omnia ab emptoribus.
l.i.in fi.C.de bon.mater.l.fi.§.Non autem.C.de bo.quæ
lib.si sint talia,quę recuperari possint: ꝙ si ita cōsume-
rentur bona filii,ut non daretur remedium aut regres-
sus contra ea,& tūc licet administratio patri interdica
tur,tū filio tutor non datur, sed curator ipsis bonis. l.
Imperator. ff. ad Trebell. l.fi.§. Sinautem in secunda.C.
de bon.quę libe.& sic patet,ꝙ ista duo simul concurrē
tia causant hanc mirabilem decisionem.

In gl.in uerbo,Ita enim. Circa hanc regulā,ꝙ cōtra
riorū sit eadē disciplina.iā s̄.de iis,qui sunt sui uel alie.
iur.diximus in prin.in gl.fi.& quia materia est ordina-
ria,quę tradit in rub.ff.de acqui.poss.ibi uidendū est.

In glo.Vis atq; ptās.Gl.dupliciter exponit: primò.i.
uiolenta potestas,quia datur inuitis & in inuitos: uel
uis ad cogendum,potestas ad imperandū.Vos dicatis,
ut dixi suprà in iiii.notab.pro eodem hic supponere.s.
pro facultate & potestate,ut in citatis exemplis. Primā
autem expositionem glo.damnat Bar.in l.i.ff.eo.princi-
paliter quia reperitur tutor uolens.ut mater l.ii. C. qn̄
muli.tute.offi.fun.pos.auth.Matri & auiæ.eod. tit.item
quia etiam multi tutores hoc affectant.l.In eos.ff.eo.l.
Tria onera.ff.de excus.tut.Prætereà omnes tutores.qui
haberent iustam excusationem, & eam non propone-
rent,possent satis dici volentes, ex quo non se excusa-
runt:quinimmo dicit Bar. si hoc esset verum, pupillus
si peteret volens tutorem volentem,& daretur, non es
set tutor.l.ii.ff.de tute.l.Illud.l.seq.de tuto.& curato.da
tis ab iis.Quamuis(vt suprà)dici hęc duo idem signifi-
cent,nec vnum resoluatur necessariò in adiectiuum al
terius,tamen posset saluari,ut alias dicebam, expositio
glo.ab eo,quod cōiter fit,ad qd̄ iura nostra adaptari so
23 lent.l.Nam ad ea.ff.de legi.cum diffinitiones referun-
tur ad ea,quæ communiter accidunt, & s̄m cōmuniter
accidētia soleāt interpretari iuxta tex. in l.Suus quoq;.
§.Puto.ff.de hęre.insti. quem tex. ad hoc ponderat Are-
ti.in l.i.ff. de testa. & nolunt glo. & Albe. de Rosa. in l.
Omnis definitio.ff.de regu.iur. ubi Cagnolus dicit ita
communiter teneri,Saly.in l.Precibus col.ii. C.de im-
pub.Bal.Nouel.in trac.de Dote. col.ii.Deci. in l.& in l.j.
Imperium. ff. de iur. om. iudi. Cur.iun.in rub.C.de im-
pub.& hoc idem uoluit Abb.in rub.de iudi.dum dicit,
ꝙ quamuis iudicium aliquando possit esse inter duos,
tū per hoc non uitiatur diffinitio, quia in ea conside-

ratur quod plerunq; & regulariter contingit, ad quod
Aret.ibi in quibusdam scriptis suis, de quibus facit ibi
mētionem.Deci.col.iiij.adducit tex.in l.i.ff. de legi.ubi
diffinitur legem esse cōe præceptum,& tñ lex nō semper præcipit, nec semper est cōis.l.Legis uirtus.ff.de
leg.l.fi.C.de legi.& Deci.ibi considerat hanc rationem
ultra oēs,q diffinitio debet constare ex genere & differentijs,notatur in l.j.ubi Bar.ff.de testa.& ideo benè cōsonare,q diffinitio ad communem tm̄ regulam referat,
quia in casibus,qui à cōi regula declinant, aliæ uidentur esse differētiæ,quæ illos casus specialiter respiciūt,
& non possunt verificari in casib. procedentib. secundū
cōem regulam,& ideo diffinitio non potest esse generalis,vt complectatur casus,qui sm̄ regulam sunt, & casus,qui sunt contra regulā:quo factum est, vt dicamus
oēm diffinitionem in iure periculosam esse, & rarum
esse,vt nō possit subuerti.l. Omnis diffinitio. ff. de reg.
iur.unde dicendum est diffinitioni satis esse,q à cōiter
accidentibus,& ex cōi & generali regula procedat. Idē
etiam voluit Alex.in rub.ff.solu.mat.col.x.dum agit de
diffinitione dotis,quæ quanquam regulariter detur ob
onera matrimonii,tñ si illa cessent,quia accidat mulierē ex pacto promisisse illa subire, nihilominus dicitur
dos.Idem etiam voluit Ang.in diffinitione filij in consi.
71.nā q̄uis filius dicatur natus ex viro & vxore.l. Filiū
diffinimus.ff.de ijs,qui sunt sui uel alie. iur. saluat hęc
diffinitio,q̄uis non comprehendat legitimatum. Præterea furtum est cōtrectatio rei alienæ inuito domino.l.j.
ff.de furt.& tñ contrectatio rei hęreditarię,q̄uis aliena
sit,non est furtum.l.Hæreditariæ.ff.eod.& videmus in
tutela,de qua agimus,quæ q̄uis sit potestas in capite libero,vt hic,tñ potest etiam dari tutela serui.l.Si impuberi.ff.de tuto.& cur.da.ab iis.q̄uis respondere potest,
q uerba illa(in capite libero)arguunt personam tutoris,non pupilli,ut dixi.Item testamentum est iusta snia.
l.j.ff.de testa.& tñ voluntas militis in procinctu declarata testamentum est,q̄uis iusta non sit.l.Miles. C.de testa.mili.q̄uis dici possit iustam esse,quia.l. in eo casu statuit volūtatem plenam esse,& pro legitima obseruari.
Ideo in iureciuili propter casus exceptos puto definitionem à cōiter accidētibus sufficere, quamuis in alijs
scientiis non ita sit:quare credendum est iurecōsultum
in l.Omnis definitio.ff.de regu.iur.dixisse omnem definitionem in iure periculosam,vbi(in iure)dixit significanter,propter exceptiones cuiusq; definitionis & re-
24 gulæ.Et q̄uis hanc sniam impugnet eruditissimus Alcia.lib.vi.Paradox.c.ix.tñ ab ea nō discederem,quia tota uis consistit in tex.in l.i.§.Dolum. ff.de dolo. ubi reprehenditur à Labeone Seruius,cuius diffinitio tñ posse saluari uidetur à cōiter accidentibus. Sed est aduertendum,quia ille tex.non probat hoc, quinimmo probare potest contrarium:nam à cōiter accidentibus poterat esse,q aliud ageretur,aliud simularetur: plerunq;
enim fit hoc,& uidetur innuere tex.dum subdit, Sicuti
„ faciunt qui per huiusmodi dissimulationem seruant
„ uel tuentur sua uel aliena.Confirmo ergo per tex. in §.
Seruitus.ī.de iure perso.ubi diffinit seruitutem esse cōstitutionem iurisgētium,& tñ reperitur seruitus de iure ciuili,qua quis uendit se ad pretium participandum,
ut §.Serui.eo.tit.& tñ per hoc non minus ualet diffinitio seruitutis.Saluaretur ergo expositio glo.quia regulariter tutela datur inuitis & in inuitos, q̄uis aliquibus
casibus detur uolēti & uolentē,qui sunt extra cōmunē
aleam.Tamen,ut dixi,uerum est quod dicit Bar. q talis
expositio fieri non debet,nisi at q. potestas.i. uiolēta potestas,sed potius uigens potestas,prout uidetur exponere M.Tullius in Oratio.pro Milo. Et quia de hoc satis dictū est suprà in notabilibus, ideo pertranseo. Opi.
tñ Alcia.tenet gl.in l.i.ff.de usufr.Cardi. & Imo. in rub.
Extra de iudi.Alexan.in rub.C.de iudi. ubi etiam And.
Sicu.& ibi Ripa col.vij.Purpu.in l.ii.§.Creditum.col.6.
ff.si cer.pet.Paris.in rub.de præscrip. & latissimè ad satietatem examinat Cagnolus in d.l. Omnis definitio,
ubi ponderat omnia argumenta hinc inde, quæ nunc
non expedit referre.

In glo.in uerbo,Libero.Glo.malè intelligit,ut declaratum fuit suprà in i.not.nā hæc uerba (in capite libero)designant personam tutoris,nō pupilli.Est ergo potestas concessa libero homini ad tuēdum eū &c. quod
apertius probatur ex diffinitione in l. i. ff. de tute. dum
dicitur(constituta in capite libero,)& sic homini libero tributa,& hoc modo etiam intelligit Bar. in d.l.i.&
Docto.magis cōiter hic:seruus enim non potest esse
tutor.j.tit.i.in princ.& ita tenendum est: tñ pro declaratione glo.uerum est,q seruus non potest tutorem habere,quia hęc subdistinctio est in illis personis, quę in
potestate non sunt,ut dictum est.ī. in prin. Bene dicit
25 glo.q siquis dubius est de statu suo, potest habere tutorē.l.Et qui.ff.de tuto.& cura. dat. ab iis.ratione enim
dubii euentus litis tenet datio medio tempore & pro-
26 cessus,ut dicit ibi Bal.attenditur enim ibi magis dubitatio interim,q̄ ueritas. Glo adducit casum,in quo tutor dat seruo impuberi per tex.i d.l.Si impuberi.cuius
ratio est secundum Bar.ibi, quia incontinēti debet es-
27 se liber:Paria enim sunt aliquid esse,vel proximè deducendum ad esse,& pro eisdem habentur. l. Non tm̄ in
princ.ff.de excu.tut.l. fi. ff. qui sine manu. ad lib. perue.
quæ fuit ratio Per.& Andreæ de pisis,ut dicit ibi Alberi.ad idem facit.l.pe.de testa.mili.l.Mulier. §.Siquis hæreditarium seruum.ff.de condi.instit.quod confirmari
28 potest,quia illud,quod omnino futurū est,habetur pro
deducto iam in esse.d.l.penul.ff.de mili. testa.

Glo.postea satis impertinenter dicit q d. l. Si impuberi.patitur aliqua contraria,& soluit,quę [illegible] soluit
Ioan.Fab.hic,& quia non [illegible] dolita, & Bar. circa hoc posuit [illegible] latissimam distinctionem in l. Si res. §.i.
ff.ad Trebel.ibi uidendum est per ipsos & per Alex.
29 In glo.Ad tuendum. Verum est patriam potestatem
introductam etiam esse,ut per eam filius defendatur.l.
fin. C. de cura. fur. l. fi.§.Necessitate C. de bon.quæ lib.
sed non principaliter dicit Christo.hic, ideo talis potestas non attenditur.l.Siquis nec causam. ff. si cer. peta.
30 &.l.i.de autho.tut.cu similib.Pricipaliter enim Ini inducta vr patria potestas ad cōmodum parentum,non filiorum.l.Filiusfam.§.Secundum uulgarem. ff.de leg.i.

In glo.in uerbo,Propter ætatem.Glo. benè dicit, vt
31 dixi.ī.in v.notab.nam curator furiosi & mēte capti datur principaliter personæ,secūdario rebus, ut declarat
Saly.in l.In copulandis.C.de nupt.

In gl.in uerbo,Iureciuili.Hęc glo.satis declarata est
ex iis,quæ dicta fuerunt.ī.in notabilib. ubi dictū fuit,
q nō ponitur ad differentiam tutelæ, quę de iure gentiū cōpetit p defensione sui.l.Vt uim.ff.iusti. & iur.

In glo. in uerbo, Data. Mihi placet,ut intelligamus
data à lege,quantum est quò ad legitimam tutelam,
pmissa à lege.s.ut detur uel à testatore, uel à iudice.ff.
de tuto.& cura.dat.ab iis. &.j. eo. §.Permissum.& fuit
interpretatio Iaco.de Aren. quam sequitur. Bart. in d.
l.i.ff.eo.& est uerior.

In glo.in uerbo,Defensores.Si attendatur etymologia vocabuli,dicit gl.etiam curatores defensores sunt,
& ideo non inconuenit,ut unum pro alio accipiatur.
Sed imprimis aduertēdum est,q si arguatur negatiuè,
non est defensor,ergo non est tutor, ualebit argumentum:sed non ualebit,est defensor,ergo est tutor, quia
generalius est enūciatū, ut dixi ī. in §. Si ab hostibus
32 in ultimo notabili.ī.tit.i. rationem ibi assignaui. Dum
verò glo.ait,q aliquando hac de causa tutor accipitur

pro

pro curatore, & è conuerso curator pro tutore dicatis
ꝙ tex.in l.Cùm filiofam. §.j. ff.de leg.iij.non benè pro-
bat, quia illa verba, (cùm in tutelam suam peruenerit)
sunt generalia, nõ applicata magis ad tutelã,q̃ ad curã,
sed cũ nullius potestati erit subiectus,ꝙ hic Imperator
dixit neutro iure teneri: & dũ allegat tex.in l.j.§.ij.ff.de
minori.corrigẽda est gl.voluit.n.allegare tex.in l.Etiã-
si.§.Ea causa.ff.de minori.vbi curatio accipit pro tute-
la,cum ibi esset pupillus,q̃uis posset intelligi et de cu-
ra,quæ quandoq; impuberibus dat,quemadmodum &
curatio et accipitur pro tutela in auth. Minoris debi-
tor.C.qui dari tuto.poss.sicut & tutela accipitur pro cu
ra in l. Qui negotiationem.in princ.ff. de administ tu-
to.idem in l.Ne lucrum. C. de cura.furio.cum similib.

In glo.in verbo Qui ædes.Malè exponit glo. Quam-
uis enim generalitas huius verbi possit verificari in oĩ-
bus tuentibus & custodientibus ædes, tamen æditui,
vt.ŝ. in textualibus declaraui, propriè sunt qui ædes
33 tuentur sacras:q̃uis enim custodiam incendiorum ge-
rat Præfectus vigilum, tamen non dicitur æditus, nec
dici verè potest secundum Festum,Pli.& Gellium in lo
cis.suprà proximè allegatis.

§. PERMISSVM EST.

1 *Paternum affectum nullus vincit.*
2 *Parentes testamento tutores filijs dare possunt.*
3 *Parentum appellatio quos comprehendat.*
4 *Curatores testamẽto nõ dãtur, dati tamẽ cõfirmãtur.*
5 *Curator regulariter non datur inuito.*
6 *Tutor testamento dari non potest,nisi existentibus in potestate.*
7 *Tutor datus emãcipato non est tutor, nisi cõfirmetur.*
8 *Fœminæ tutores dare non possunt,& si dant,adhibita inquisitione confirmantur.*
9 *Parentes naturales tantum non dant tutores filijs naturalibus,nisi confirmentur.*
10 *Tutores dati à patribus naturalibus & cõfirmati nõ administrant nisi bona,quæ à parẽtibus prouenerũt.*
11 *Tutoris datio filio spurio nulla est.*
12 *Spurij patrem demonstrare non possunt.*
13 *Spurij non appellantur filij.*
14 *Aetas Consularis erat xxxvij annorum.*
15 *Tutela respectu filiorum est fauorabilis.*
16 *Tutores an dari possint codicillis.*
17 *Codicilli hodie semper censentur testamento confirmati tacitè*
18 *Tutor datus à patre in codicillis testàmento nõ confirmatis confirmandus est.*
19 *Omnimodo.i.indistinctè & indifferenter.*
20 *Testamentaria tutela omnibus alijs præfertur.*
21 *Tutela legitima & datiua fundãtur super præsumpta affectione,testamentaria super certa.*
22 *Digniora sunt præferenda.*
23 *Dictũ glo.debet intelligi secundum legem,quã allegat.*
24 *Muto filio dari potest tutor à patre.*
25 *Mutus tutor dari non potest.*
26 *Tutor datus filio naturali tantùm quãdo cõfirmetur, quando cum inquisitione,& quando sine ea.*
27 *Tutor an possit dari in testamento imperfecto.*
28 *Filiorum appellatione non ueniunt nepotes in tutela.*
29 *Tutela ex parte tutorum est onus, & quomodo dici possit honor.*
30 *§.Ex imperfecto. an principaliter introductus sit in fauorem filiorum.*
31 *Legatum alimentorum etiam fauore filiorum nõ capitur ex uoluntate imperfecta.*
32 *Tutor rectè datus statim debet administrare, secus in eo,qui eget confirmatione.*
33 *Priuilegia multũ nõ porriguntur ad iniuriã alterius.*

Diuiditur in duas partes: in prima ponitur regula, quod liberi accipiunt tutores ex testamento parentum: in secunda modificat in nepotibus & alijs, dummodo eorum pater non sit in medio, in cuius potestatem recasuri sint, & ponit exemplum & illationẽ. secunda ibi,Nepotibus verò.

Filijs in potestate dari potest testamento tutor: nepotibus, si in potestatem patris non sint recasuri, hoc dicit ex.l.j.ff.de testa.tute.

Casus ita potest figurari,quia tutores aut testamen-
to,dantur,aut à lege,aut à iudice,& in eligendo illum,
qui impuberis mores formare, opesq; ipsius tueri de
2 beat,primæ partes tributæ sunt patri, cuius affectum à
nullo alio vinci manifestissimum est.l.fi. C.de cura.fur.
in principi.cùm dicendum esset de testamẽtaria tutela,
quæsitum fuit, an pater vel auus filios vel nepotes ha-
bens in potestate possit filijs suis,aut nepotibus prædi-
ctis tutores testamento dare:& quamuis simus in.§.tra-
dente regulam, tñ poterat nonnihil hæsitationis affer-
re,quia cùm lex mortuo patre faciat ipso iure illos sui
iuris. ĩ.tit.j. in priu. non videbatur esse in potestate il-
lius,qui morte priuabatur iure patriæ potestatis,dispo-
nere de persona filij eo tempore,quo iam à lege soluta
erat à nexu & vinculis patriæ potestatis: cuius contra-
rium dicit, quia cùm huiusmodi impuberes egeant ali-
quo, qui personam & bona ipsum tueatur, quem à se-
ipsis eligere nõ possunt ob infirmum animi iudicium,
putauit lex nulli magis conuenire hanc electionem, q̃
ipsis parentibus d.l. fi. sed filijs indistinctè tutores dari
possunt à patre, ab auo autem nepotibus non dãtur tu
tores, nisi qñ non sunt recasuri in potestatem patris.
Cùm enim tutela non sit eorũ,qui in potestate sunt,vt
suprà dicit tex. in prin. huius tit.si recidunt in potesta-
tem patris,non admittunt tutelam, præsertim quia iuri
patrio præiudicium afferretur,si alijs gubernãdos filios
suos traderet auus,quod esse non debet.

2 Not.primò ibi, Permissum est. ꝙ est cõcessa potestas
& permissa parentibus dandi tutores liberis suis, quæ
permissio ex.l. xii.tabul. prouenit, vt dicit tex. in l.j ff.
de testa. tute. vbi similiter loquitur text. per hoc idem
verbum(permissum est.

Secundò not.est ibi, Parentibus .sm Ang. ꝙ omnes
parentes in infinitum habent potestatem dãdi tutores
liberis suis, dummodo concurrant requisita,de quibus
in hoc tex. ꝙ sint, vel futuri sint in potestate eorum,&
3 in alterius potestatem non sint recasuri: parentũ enim
appellatio omnes omnino ascendentes cõprehendit,
l.iiij.§.Parẽtes.ff.de in ius vocan.l. Liberorũ ff de verb.
signi.cum simil.allegatis per glo.in d.§.Parentes.

Tertiò not.ibi, Impuberibus. ꝙ ad hoc,vt testamen-
to parentes tutores dare possint, exigitur,ꝙ filij vel de
scendentes sint impuberes: cùm.n.tutela finiatur pu-
bertate.ĩ.quib.mod. tute. fini. in princ.meritò non po-
test dari puberibus:ꝙ si darentur tutores post puberta-
tem, quo casu intelligendũ esset & interpretandum.i.
curatores ratione subiecti, datio per se non teneret,
4 quia curatores testamẽto non dantur,q̃uis dati confir-
mentur decreto Prætoris vel Præsidis, vt dicit tex.ĩ.de
curat.in princ.l.Caius.de excusa.tuto.l.Pater.§. Condi-
tionum.ff.de condi. & demonst. etiam si filius sit legiti-
mus & in potestate dantis.& ratio est,quia curator non
datur regulariter inuito. ĩ. de curato. in princi. versic.

Item inuiti.secundum Bald.in l.j.ff.eod.
Quartò not.ibi, Quos in poteſtate habẽt. ꝙ ad hoc,
6 vt valeat datio tutoris,exigit, ꝙ illi,quibus datur, ſint
in poteſtate dantis,& ſic ipſius teſtatoris, cõcordat tex.
in d.l.j.ff. de teſta. tutel. Lex enim. xii. tab. vnde hæc fa-
cultas proceſſit, non agnoſcebat emancipatos.§.Eman
cipati.j.de hære.quæ ab inteſt.defer.quo fit, vt emanci-
7 patis datus tutor a patre non ſit tutor , niſi confirmeť.
8 §.ſi.j.eo.tit. Hinc etiam ſequitur, ꝙ fœminæ, quæ libe-
ros in poteſtate non habent,tutores teſtamẽto dare nõ
poſſint,ꝙ ſi dederint,adhibita inquiſitione confirman-
tur.l.ii.ff.de confir.tuto.l.Mater.C.de teſta.tut.Sequitur
9 inſuper , ꝙ cum filii naturales non ſint in poteſtate no-
ſtra.ſ.de patri. poteſta.in prin.non accipiunt tutores à
naturalibus parentibus ex teſtamento , niſi confirmen
10 tur.l.ſi.C.de confir.tut.ꝙ ſi confirmati ſint , non habẽt
adminiſtrationem niſi bonorum,quæ à patre prouene-
11 runt.d.l.ſi.& hoc multò magis dicendũ eſt in filio ſpu-
rio,in quo datio ipſo iure nulla eſt, vt dicit glo.in l.i ff.
12 de teſta.tut.vbi Bar. Bal. & alii , cùm enim non poſſint
tales filii patrẽ oſtendere.l.Vulgò.ff.de ſtatu homi. nec
13 poſſint filii appellari , vt dicit ibi glo .meritò ſequitur,
ꝙ non tenet datio.Alberi.in d.l.i.dicit , ꝙ hoc fallit in
iis,qui exeunt patriam poteſtatem per dignitatem , nã
si , quis non ſint in poteſtate , accipiunt tñ teſtamento
patris tutores arg. Auth. conſti. quæ de digni. §. Illud.
Mihi videtur,ꝙ talis caſus nõ poſſit dari, vt. ſ.impubes
ad huiuſmodi dignitatem aſſumatur arg.l.ſi.C.de Con-
14 ſuli.lib.xii.Erat enim cõſtituta ætas in Conſulibus.37.
annorum,qua primũ iure ordinario licebat petere Cõ-
ſulatum:ſed quando etiã daretur caſus,ꝙ impubes poſ
ſet ad illas dignitates aſſumi,hæc.q. pendet ab illa.q.an
15 tutela reſpectu filiorũ, quibus datur,ſit fauorabilis vel
odioſa:ſi enim reſpectu filiorum ſit fauorabilis,valeret.
l.Quid ſi nepotes.ff.de teſta.tute.dicit in terminis Bar.
in l.Liberorũ.col.iii.in prin.verſ.Primo caſu.ff.de verb.
ſigni.cum ſimilib.vnde cùm ſit fauor filiorum , ex quo
ad ea,quæ ſunt ſibi fauorabilia, nõ cenſentur exiſſe pa-
triam poteſtatem,meritò ſequetur , ꝙ poterit illis dari
tutor per prædicta.
Quintò notatur ibi,Teſtamento tutores dare, ꝙ exi
gitur,vt teſtamento dentur: ſi enim alia voluntate vlti-
16 ma darentur, talis datio non teneret:Et ideo infertur:
ꝙ non dantur à patre tutores filiis ſuis in codicillis , ni
ſi ſint teſtamento cõfirmati.l.iii.ff.de teſta. tute.& cùm
17 hodie ſemper cenſeantur tacitè confirmati teſtamẽto
§.Non tñ.j.de codicill.ſequitur, ꝙ datus tutor in codi-
cillis iure datus intelligetur , & hoc ſi teſtamentum ſit
factum:ſi enim codicilli eſſent ab inteſtato facti, tũc da
tio tutoris non teneret ſm Dyn. in d. l. iii.ff. de teſta.tu
te.quem ſequitur ibi Bal.Bart.& Alberi.per tex.in l.Sæ-
18 pe.ff.de verb. ſigni. quamuis vt inutiliter datus à patre
confirmandus eſſet.l.Qui à patre.ff. de confirma. tuto.
l.i.eo.tit.in ſi.cum ſimilib .
19 Sexto notatur ibi,Omnimodo. ꝙ hęc dictio exponi-
tur.l.indiſtinctè & indifferenter, ita eſt tex.ſ. qui. mod.
ius patr.pote.ſolui.in princ.vbi diximus.
Septimò notandum eſt quod dicit tex. ꝙ ſi nepotes
poſt mortem aui ſint recaſuri in poteſtatem patris eo-
rum non poſſunt accipere tutores teſtamento aui,tum
quia patribus quò ad patriam poteſtatem præiudicium
afferretur , tum quia exiſtentes in poteſtate non acci-
piunt tutores,vt ſuprà hoc eod.titu. in princ.& dixi in
figuratione caſus.
20 In glo.i. Teſtamentariam tutelam præferri omnibus
aliis clariſſimum eſt non ſolum ex ordine titulorum,
ſed ex verbis.l.xii tab.de quibus.j. de legi. agnato.tute.
in prin.nec ratio dignitatis eſt illa.quæ facit eos præfer
21 ri , ſed electio paterna : cùm enim datio à iudice facta
fundata ſit ſuper præſumpta affectione electi ex inqui-
ſitione à iudice, de quo lex in defectum confidit,vt in-
quirat perſonam, cui animus impuberis inſtituẽdus &
formandus tradi poſſit , legitima autem tutela fundeť
ſuper pręſumpta affectione , quam agnati inuicem ha-
bẽt,cõfidatq; lex,vt ii, qui ſanguine proximiores ſunt,
magis afficiantur pueris ob ſuam & familię dignitatem
tñ in teſtamentaria ideo lex plus tribuit teſtamento ele
cto tutori,quia cum ſit electus à patre,quo nemo vn-
quam pręſumitur capere melius conſilium pro filio,
meritò ſequitur , ꝙ de eo plus confidit , & ideo pręfer-
tur,vt dictũ fuit.ſ.in figuratione caſus.l.ſi .C.de cura.fu
rio.in prin. & in hoc conſiſtit dignitas tutelę teſtamen-
22 tarię:ꝙ autem magis dignum ſit pręferendum , eſt tex.
in.l.j.ff.de albo ſcrib.&.ſ.de iure natu.gen.& ciui.i h &
j.de bono. poſſeſſ.§ .Aliam verò.
In glo.in verbo,Impuberibus.Ampliat glo. vt etiam
inuitis illis detur teſtamento tutor ,& hoc eſt verũ per
tex.in l.Necnon.ff.de tuto. & cura. dat.ab iis. Sed hæc
glo.in codicibus paſſim corrupta eſt : ita enim in anti-
quis legitur,Impuberibus etiam mutis.l.Muto.ff.de tu
te.non enim reperitur in tit.ff.de tute.l.Inuito. & ideo
23 intelligenda eſt glo.ſm legem , quam allegat , vt dicit
Bar.in l. Non ſolum.§. Si liberationis.ff.de lib. leg. cum
vulg & ſubdit,Et hoc etiam Prætori & Pręſidi licet.ff.
de tuto.& cura.datis ab iis.l.Nec mãdante. §.ſi. & ꝙ ita
legi debeat, patebit ex iis , quę dicit Ang. hic ſuper gl.
hac,quę non facerent ad propoſitum , ſi loqueretur de
inuitis,& ita eſt in antiquo meo codice Inſtitutionum.
24 Vera ergo eſt ampliatio glo.ꝙ etiam muto tutor datur
25 d.l.Muto. quamuis mutus dari tutor nõ poſſit. l. i.ff.de
tute.& ſic patet, ꝙ ea parte illius,qui pręſtat authorita
tẽ,exigitur,ꝙ loqui poſſit,ea parte verò illius,cui pręſ-
ſtatur,non exigitur, vt dicunt Bar. & Bald.in d.l. Muto
in prin. Diſtinctionem autem illam , quam refert hic
Ange. quia ſatis eſt extra propoſitam materiam glo.
non refero vlterius, remitto me ad dicta per Bart. in d.
l.Qui habet.ff.de tute.
In glo. in verbo, In poteſtate. Iam ſuprà dictum eſt
26 in notabilibus,ꝙ naturalibus dati tutores non ſunt tu-
tores,niſi confirm.tuto.l.ſi C.de cõfirm.tuto.& ut alias
dicebam ſm Bar.in l. Naturali. §.1.ff. de cõfir.tut. poteſt
intelligi naturalis dupliciter : quandoq; enim filius eſt
naturalis tñ,quia per emancipationem eſt ſublatũ vin
culum ciuile, & tunc datus ei tutor à patre , vt dixi in
notabilibus,confirmatur etiam ſine inquiſitione .§.ſi.j.
eo.tit.l.i.ff.de confir.tuto. quandoq; eſt filius naturalis
natus ex concubina,& tunc ſi pater illum nõ inſtituit,
non confirmatur tutor ſine inquiſitione.l. Naturali. in
prin.ff.de confir. tut. aut eum inſtituit , & tunc ſi filius
non habet alia bona , confirmať omnimodo.i. ſine in-
quiſitione.l.Si patronus.ff.de confir.tuto.aut alia bona
habet,& tunc confirmať,ſed in bonis , quæ habet a te-
ſtatore, decerneť ſibi adminiſtratio ſine inquiſitione,in
alijs verò decernetur cum inquiſitione. l. ſi. C. de con-
ſir. tut. & ita diſtinguit ibi Bar. quam diſtinctionem ſe-
rè ponit ibi etiam Alber.de Roſa.
In glo.in verbo , Teſtamento.Dictum fuit in notabi-
libus ꝙ idem eſt , ſi tutores dari ſint in codicillis teſta-
mento confirmatis expreſsè olim.l.iij.ff de teſta.tute.
qđ in tacitè cõfirmatis eſt hodie. §.1. j. de codicill. ſed
nullo facto teſtamento datio non valet ſm Doct. in d.
27 l.iii. Sed quærunt omnes hic, an pater poſſit in teſtamẽ
to imperfecto dare tutorẽ filiis ſuis: & de iure antiquo
non eſt dubium.l.ii. C.de confir. tuto. nam illo iure in-
ſpecto datio nulla erat. ſed reſeruabať confirmatio iu-
dici,vt ibi diciť.Sed difficultas eſt, an hodie d.l.ſit cor-
recta,& ſic an hodie tutor datus ex teſtamento imper-
fecto valeat:& gl.in d.l.ii. ponit hanc q. non decidẽdo,
sed

sed solùm dicit, quod aliqui dicunt d. l. corrigi per l. Hac consultiss. §. Ex imperfecto. C. de testa. & per l. fi. C. fami. hercis. alij verò contra, tu glo. in d. §. Ex imperfecto. vt inclinare in hanc sniam, quod hodie valeat datio tutoris, attamen glo. in l. 1. C. de testa. tute. circa medium dicit, quod §. Ex imperfecto. loquitur in hæreditate, non aût in tutela. Breuiter côis opi. Doct. est, quod tutoris datio nô valeat sine confirmatione, quia cû dispositio. § Ex imperfecto. fit introducta fauore filiorû, vt voluntas ex testamento patris imperfecto valeat, hoc priuilegium non debet redundare in damnum, & præiudiciû tutorum: cùm enim tutela ipsa sit onus respectu tutorû, non vt, quod ad hunc casum possit extendi l. Impuberi. ff. de admi. tuto. Con-
28 firmari potest, quia videmus appellatione filiorum non venire nepotes in l. Quid si nepotes. ff. de testa. tute. in
29 datione tutelę ea rône, quia quis ea parte filij militet fauor ipsius, vt defendatur, tû ex parte tutorum est onus, vt declarat Bal. in d. l. Liberorum. in §. col. versic. Primo casu. ff. de verb. sig. Et si dicatur tutela non est principaliter onus, sed honor, quis in consequêtiâ habeat onus annexum per tex. in l. Testamento centurio. in fin. ff. de manu. testa. vt dicebat Cy. in l. Cùm quidam. C. de verb. sig. rñde, quod tex. in l. testamento centurio. non loquitur in tutela, nec loqui potest, cùm loquatur in seruis. ĵ tit. j. in prin. vnde remanet, quod sit onus, quod probat tex. in l. Tria onera. ff. de excus. tuto. in §. Item tria. inf. eod. titu.
30 Et si dicatur illa dispositio. § Ex imperfecto. nô est principaliter introducta fauore filiorum, quia procedit in filijs inæqualiter institutis, & raro pôt esse fauor filiorû, qui ab intestato succedunt, quod testamentû patris valeat, vt memini legisse apud Corn. in consi 307. lib. 3. Quin-
declaratur Bar.in d.l.Verum. & in l. Quemadmodum.
§.Hęc uerba.ff.ad l.Aqui.† Deci.conſi.513. In ciuitate
colum.fi.ſic etiam unum ſtatutum per aliud declaratur
5 magis, quàm† per ius commune declaretur, quia in ha-
bentibus ſymbolum facilior eſt tranſitus, vt dicebat
Petrus de Ancha. in conſi. 423. Viſo puncto. col. fin.
in conſil.93.Iſta domina. verſi.Non obſtat. Deci.con-
ſil.158. col.ii.Ange. in conſi. 111.Quidam colum.fin.
cum ſimilib.

6 Secundò not. quòd† cognatio minima capitis dimi-
nutione non perimitur: ratio, quia cum illa non adi-
mat niſi familiam cognationis ius nō familiam, ſed ius
ſanguinis reſpicit.l.Non facilè.§.i.ff.de gradi.& fuit di-
ctum ſ.titu.i.§.fin.concordat tex.ibi.

7 Tertiò not. quòd† ius cognationis perit maxima &
media capitis diminutione, cùm enim iura illa a iu-
re ciuili ſint introducta ſint, ſi maxima capitis diminutio
intercurrat, cum ille efficiatur ſeruus ſublata liberta-
te per capitis diminutionem, non cognoſcitur à iu-
re ciuili, neque cum eo habet aliquod participium.l.
Quod attinet.ff. de regu.iur. Pari ratione quando de-
ſinit eſſe ciuis, quia tunc amiſſo iure ciuitatis non po-
teſt frui beneficiis conceſſis à l.ciuili quamuis fun-
dentur ſuper re naturali, vt eſt cognatio, & dictum
fuit ſuprà in poſitione cauſus: non enim tollitur cogna-
tio, ſed ipſum ius cognationis, quod diuerſum eſt à
cognatione, & tolli poteſt ab eadem.l. ciuili, quæ il-
lud dedit vt ſupra titulo primò.§. finali. not. a nobis
dictum latius fuit.

Quartò not. quòd ſeruitus dicitur maxima capitis
diminutio, de quo viſum eſt, ſuprà in principio in uer-
ſiculo. Maxima.

8 Quintò not. quòd† ſeruus manumiſſus non recupe-
rat priorem cognationem, quod qualiter euenire poſ-
ſit, ſatis clarum eſt, ut (puta) ſi quis ſe uendat ad præ-
tium participandum, uel ſi vt ingratus ſit reuocatus in
ſeruitutem, uel huiuſmodi, nam ſi hi manumittantur,
non recuperant priorem cognationem, quam ſemel
amiſerunt, pro quo facit tex.in l. Homo liber. ff. de
ſtat.homi. vbi habetur, quòd liber homo, qui ſe ven-
didit ad pretium participandum, ſi manumittatur, non
recuperat priſtinum ſtatum, ſed eſt libertinę condi-
tionis, & hoc etiam iure nouiſſimo, quo omnes ma-
numiſſi ciues Romani efficiuntur, quia nihilominus
patronatus iura dominis manumittentibus ſalua ſunt
§.j.§.Illud verò.in Auth.vt libert.de cęte.ratio autem
prædictorū eſt, quia manumiſſio non eſt actus veniens
ad reintegrationem prioris ſtatus, ſed ad alium actum
de nouo inducendum, ſolutiorem, ſcilicet illius pa-
triæ poteſtatis, vt dicebat Iaco. de Aren. in dicta l.Ho-
mo liber.ff.de ſtatu.homi.

9 Sextò correlariè not. ex prædictis, quòd† res ſemel extin-
cta non reuiuiſcit.l.Qui res.§ Areā.ff.de ſolutio. nam ſi
ego promiſi ſeruum, qui aliqua ratione fiat liber, certum
eſt, quòd ego liberor, ſi dominus illum ſine facto aut cul-
pa mea manumiſit: quòd ſi aliqua rōne iterum fiat ſeruus,
non reuiuiſcit obligatio, quia ille ſeruus iam alius eſſe
videt, vt dicit tex. in d.§.Areā. vnde multo magis ſeruus
manumiſſus in terminis noſtris non debet recuperare
cognationem aut ingenuitatem ſemel amiſſam, quia
(vt dixit) manumiſſio non venit ad reſtituendum prio-
rem ſtatum, ſed ad nouum inducendum, quod è con-
uerſo videt, vt qui redigit in ſeruitutē, vix videt redigi
poſſe, quin reuertatur quodammodo ad priorē ſtatū:
faciunt infinita iura, quæ ad hoc allegat gl. ibi in ver. in
perpetuū. & vſque adeo vera eſt hæc regula, quòd etiā ſi cau-
ſa extinctionis ceſſet, omnino non reuiuiſcit.l.Si filius
qui in poteſtate.ff.de liber. & poſthu. dixit Corn. in cō-
ſil.234.litera.F.in ij.volu. in pulchro caſo, ad quę uiden-
da eſſent, quę ponit Bar.in l.Ex facto. col.pen.ff.de vul-
ga. & pupill. Areti.in l. Qui ſeruum.ff. de acq. hęre.

10 Septimò ſimiliter correlariè no. quòd† à priuatiōe ad ha-
bitū nō datur regreſſus, ad idē tex. in d.l.Homo liber.
ff.de ſta.homi. quod declara duobus modis: primo, niſi
priuatio eſſet de facto, nam tunc datur regreſſus, quia
quę facti ſunt ſine fundamento iuris nō alterāt diſpoſi-
tionē & naturam rei: per ea quæ à iure accipit.§.fi.ſ.de ingē.
vbi.q. dixi: ſecūdo modo niſi primus ſtatutus non eſſet
omnino extinctus, ſed eſſet quaſi occultatus aut vela-
tus nam tunc res redit ad priſtinam naturam.l.Intan-
tum.in prin.ff.de rerum diui.

Io glo.in verb.Cognatio. Hæc gloſ. nō eſt Accur. dic.
quòd manet ius cognationis per minimā capitis diminutio-
nē quò ad oēs effectus reſultātē ex ipſa cognatiōe, non
ſolum quantū ad ius ſuccedendi iuxta d.§.Admonēdi.

In glo.in ver.Cognationis. Benè dixit glo. perit ius
ſucceſſionis & tutelæ, nō autem ius ſanguinis: non.n.
ſine miniſterio dū tex. noſter loquit de minima capitis
diminutione, dicit (manet cognatio) loquēs nō ſolùm
de iuribus, ſed de eſſentia ipſius, hic aūt dicit (ius quo-
que cognationis perit) nō ipſa cognatio, quæ perire nō
pōt quātū ad uinculū illud naturę. d.l.Iura ſanguinis. vt
dixi in not. &.ſ.tit.j.§.fi.in v.not. Fuit quoq; declara-

tem superius ius cognationis perire quò ad hæreditates, quò aût ad tutelas, si ius illud inspicimus, dicendũ est, vt dixi §. ti. j. §. fi. in gl. j. vbi ostẽdi tutelã iure illo et consequentia hæreditatum datarũ a Prætore non dari.

Et dum gl. opponit de §. pen. ỹ. de iur. na. gen. & ciui. rñdet gl. ibi, vt hic, non tolli ẽ. cognationem & ius sanguinis, sed tolli iura illa, quæ lex ciuilis tribuit cognatis, de quo contrario quia latissimè diximus iod. §. Sed naturalia. in glo. i ad ibi dicta me remitto, & præsertim ad ea, quæ circa intellectũ illius tex. diximus in textualibus ibi, & in v. notab.

Obijcit præterea gl. de §. Illud. ỹ. de nup. qđ contrariũ attigit sic. gl. ibi in verbo, Cognationes. vbi aliquid posui, & ad hic dicenda me remitti etiam, quare verissimum est cognationem ipsam non tolli maxima capitis diminutione, p quo allego tex. in l. Hos accusare. §. Itẽ nec lex Pompeia. ff. de accusa. nã dum ibi quærit, an poena parricidij habeat locum in seruis, arguit Iurisconsultus, q non, quia ius ciuile nõ recipit ista nomina in ser

,, uo: tandem subdit, Sed cũ natura cõmunis est, similiter

,, & in eos animaduertit. q verba ostendunt cognationẽ ipsam naturalẽ cõem esse liberis & seruis, quãuis quod attinet ad ea, quæ ius ciuile respiciunt, non cadat in seruis. Vltima pars gl. clara est quo ad hæreditatem per d. §. admonendi. de tutela dictum fuit. ã.

In gl. in ver. Si manumissus. Glo. opponit de tribus illis. ll. in quibus qui seruus est, recuperat gradum suum, quò ad hæreditates & bonorum possessiones, necnon quò ad ius patronatus cõtra tex. hic: sed gl. tacitè soluit q illud hẽt locũ in restitutione, cuius natura est, vt reponat oia in pristinum, vt dixi ỹ. quib. mo. ius pat. pote. sol. §. Cũm autem. in ij no. qñ. f. est facta p verba restitutionẽ importantia, non aũt indulgentiam, vt declaraui ibi in gl. in ver. Statum. & ita etiam est declarandus tex. in l. Is qui. ff. vnde cogna. qui idem velle videtur, quod tex. noster, nã manumissio illa, q venit tãtum ad remouendũ nexum illum seruitutis, subducit tantum maculam seruitutis, sed restitutio, quæ venit ad reponẽdum in pristinum, ac si seruitus nõ fuisset, facit capite minutum recuperare per omnia iura ea, quæ habebat tempore introductæ seruitutis: ad idem est bonus tex. in l. j. ff. de senten. pass. in l. Siue libertus. ff. de iure patro. melior tex. in l. fi. ff. de sen. pass.

5 t Vlterius glo. opponit † de. l. Si cognatis. ff. de reb. dub. & soluit tripliciter: primò, q ibi loquatur in legato habente causam naturalẽ in terminis l. Legatum. ff. de capi. diminu. q̃ solutio diuinat. cum in l. Si cognatis. non constet de qualitate legati, sed simpliciter de legato loquitur. Secundò dicit, q illa l. Si cognatis. potest intelligi de ciuili cognatione, quę contrahitur adoptione, q intellectus iudicio meo est verior. Tertiò dicit, q ibi loquit de minima capitis diminutione, & hic ẽ intellectus non cadit, quia non desinunt esse cognati per minimam capitis diminutionẽ, vt patet in tex. nostro, nisi intelligas de cognatione ciuili. Dixi aũt secundum intellectũ veriorẽ, quia non video quẽ posse desinere esse cognatũ, si cognationem naturalẽ spectemus, qui remanet in ciuitate: diuinat aũt, q illud sit p restitutionem, cũm tex de hoc nullam faciat mentionem, cũ verbum (maneat) videatur illud idem tempus respicere, quo dr desijsse esse cognatus. Accedit secunda pars tex. q in arrogato loquitur, q præstat etiã intellectum ad superiora, & sic tenenda est secunda solutio gl. iuxta l. j. & q ibi not. Soz. ff. de reb. dub. Dum uerò glo. opponit de §. j. ỹ. de serui. cogna, vbi manumissus retinet cognationẽ seruilem, solutio clara est, q illa naturalis cognatio cõtracta in seruitute nunquam fuit extincta, vt in casu nr̃o: ibi. n. durante seruitute fuit contracta, & ea durãte perseuerauit, & manumissio ipsa non venit ad extinguendũ quod seruitus ipsa passa est: at in casu isto longè est diuersa ratio, nam hic quando fuit liber, & cognatio erat liberi hominis, quę extincta est per superuenientẽ seruitutem culpa sua procedentem, vnde nimirum si (vt s. dixi) semel extinctum non reuiuiscit etiam cessante causa extinctionis d. l. Qui res. §. Aream. ff. de sol. nec in hoc inspicio culpã principaliter, vt videtur uelle glo. sed quia manumissio non venit ad restituenda extincta & iam sublata, sed tantum ad detergendam maculam seruitutis, vnde nimirum si non introducit iam extinctam cognationẽ, quia non ad hoc venit l. Non omnis. ff. si cer. pe. cum volgar.

## §. CVM AVTEM.

1 *Indefinita legis æquipollet uniuersali.*

2 *Lex debet facere ad titulum in dubio, quamuis aliquãdo aliter.*

3 *Tutela defertur ad proximiorem, & pluribus in eodẽ gradu existentibus defertur ad omnes pariter.*

4 *Proximitas in tutela inspicitur respectu pupilli.*

5 *Tutores legitimi si plures sunt quis administret.*

6 *Tutor legitimus nõ ad ministrans nec se excusans tenetur de neglectis.*

7 *Vocatio legis fit ordine successiuo.*

8 *Emphyteusis recepta pro se, filijs, & nepotib intelligitur ordine successiuo.*

9 *Correcto aliquo censetur correctum omne dependens ab eo.*

10 *Correctio facta ĩ uno ex æquiparatis habet locũ in alio.*

TEx. non recipit commodam diuisionem. Legitima tutela ad proximiorem agnatũ pertinet, & si plures sint, ad omnes. h. d. ex l. Si plures. ff. de legi. tuto.

Casus ita potest figurari: cũ lex. xii. tab. simpliciter vocauerit agnatos ad tutelam legitimam, vt patet ỹ. ti. i. in prin. ibi, Agnati sunt tutores. videbantur

1 t ex indefinitia illa oratione oẽs agnati vocari ad tutelã, quia in dispositione legis indefinita æquipollet vniuersali, Bar. in l. pluribus. ff. de lega. ii. cum simil. attamen contrarium dicitur, cũm enim tutela deferatur à lege xii. tab. propter commodum successionis, vt. ỹ. tit. j. vers. Cum & agnatos. successio aũt proximioribus deferatur ỹ. de legi. agna. succes. §. Si plures. meritò onus tutelæ penes proximiorem etiam residere debet. Præterea cũ lex vocet eos ratione cuiusdam præsumptæ affectionis, meritò sequitur, vt magis verisimiliter diligentes prius vocent, vt tradunt Doct. in l. Gallus. §. Quidam recte. ff. de libe. & posth. & dicetur inferius.

2 Primò no. q † quamuis regulariter lex. vel paragraphus debeat ita situari, vt faciat ad materiam tituli, sub quo ponitur l. Imperator. ff. de in diẽ. addic. gl. quę semper allegatur ad hoc in l. fi. in prin. in verb. Posset. ff. de cond. ind. Bar. in l. singularia. col. i. in fi. ff. si cer. pe. & in repetit. l. Creditores. in fi. vi. col. C. de pign. in l Vetrecol. ii. in fi. ff. de aeq. hære. iñ aliquo toleratur, dum modo faciat ad materiam præcedentium titulorum, vt hic nã hic § nihil pertinet ad titulum de capi. dimi. sed ad titulum præcedentem de legi. agn. tute. & q hoc non sit incõuenientens, dicit gl. in rub. ff de off. eius cui mand. est iuris. & patet in l. i. & in l. Si iis. C. de leg. hære. in l. iii. §. Si emancipatos. ff. de bo. poss contra tabu. vbi de successione prætoria etiam in illo ti. fit mentio.

3 Scđò no. q t tutela defert ad pximiorẽ, & pluribus in eodem gradu existentibus defertur ad oẽs pariter. ff. de legi. tutor. l. Si plures. & rationem assignauit in positione

tione casus, quia cum deferatur tanquam sequela hæreditatis. §. ti. t. ver. Cû & agnatos. meritò sequit, q cû ad proximiorè deferat hæreditas ad eundè deferat onus tu-
4 telæ, vt ibi dixi. Et aduerte q † debes intelligere ad proximiorè ipsi pupillo, inspicit. n. proximitas gradus respectu pupilli, ut patet in l. Si reliquero. ff. de legi. tuto. vbi glo. hoc declarat, ex quo mihi vr q inepte Iac. de Are. dubitauerit, an ille tex. sit hodie correctus, quia nepos ex filio, oõ patruus, succedit, nam talis dubitatio non cadit, si inspicimus proximitatem respectu pupilli, quia etiã nepos ex filio patris eius, & sic nepos ex fratre pupilli, & frater ipsius patris, & p consequens patruus d. pupilli etiam hodie pariter succederent ipsi pupillo. §. Si verò neq; fratres. in Auth. de hære. ab intest. venien. & mirum est, q hæc ponderatio placuerit Bar. nam hic filius fratris, cum oõ agatur de succedendo patruo unà cum alto patruo, & sic fratre pupilli, non subintrat gradum. §. Huiusmodi in auth. de hæred. ab intest. veni. Aduerte
5 tamen, vt dicit hic Ioan. Fab. q † si plures sunt in eodem gradu, debet eligi per eos vnus, qui administret, qui si non côuenient, prętor se interponet l. Legitimos. §. In legitimis. ff. de legi. tuto. ubi Bar. qñ enim sunt plures tutores legitimi, unus eorû potest reliquos compellere vel q satisdent, vel q recepta satisdatione permittant ipsum administrare, quod non habet locum in duobus patronis d. §. In legitimis. rõ est, quia hæreditas liberti est magis debita patrono, q̃ sit debita hęreditas vnius agnati alteri agnato. Aliud etiam est notandum secun-
6 dum Ioan. Fab. q † si tutor legitimus nõ administret, nel se non excuset, tenetur de neglectis, quia debet statim accedere ad tutelam, aliàs omne periculû spectat ad ipsum l. Si sororis. C. qui dare tuto. poss. & idem est in dato tutore l. i. in prin. ff. de admi. tuto.
7 Tertiò no. q † vocatio legis fit ordine successiuo, ita notat hic Io. de Pla. & Ang. concor. tex. allegatus in gl.
8 & inferunt ad quæstionè, q † si quis recepit emphyteusim pro se, filiis, & nepotibus, intelligitur ordine successiuo recepisse, de qua quæstione latè p Bar. in l. Gallus. §. Quidã rectè. ff. de libe. & posth. sed hęc illatio de lege ad contractus non pcedit simpliciter: magis faceret quęstio illa p Bar. tractata in d. §. Quidam rectè. si ex dispositione legis concessa est immediate patri & filijs. an intelligatur ordrne successiuo, & quia est materia satia impertinens ad hunc locum, non prosequor, videri poterit in loco illo, qui solet esse ordinariua.

In glo. in versi. Gradu. Dum allegat tex. in l. Si plures. ff. de lega. iii. ille tex. facit, quia quamuis censeatur legatû ab omnibus gradibus, intelligitur tñ ordine successiuo semper à prioribus, quia non oẽs gradus tenentur præstare, sed prior qui adit: sed tex. in d. l. iii. §. Si plures. malè allegatur, quia ius sepulchri in terminis illius l. pertinet ad omnes simul, quia quilibet agit quãti sua interest, ut ibi dicitur.

In ea. glo. ibi, Hodie verò: Ego puto falsum quod dicit gl. si rectè intelligatur: hic enim non disponitur, ut ad agnatos tantum tutela pertineat, sed q præsupposito q ad agnatos pertineat, non pertinet ad omnes simul, sed ad proximiorem: & si plures sint eiusdẽ gradus, ad omnes, & sic hic traditur regula quò ad ordinem. Quãuis ergo corrigatur hodie, q agnati præferantur cognatis, & uocentur omnes simul tam ad hæreditatem quã ad tutelam, tñ non corrigitur hic ordo. s. q non uocentur omnes agnati & cognati simul, sed proximiores, & pluribus in eodem gradu existentibus omnes admittantur: hic enim ordo seruatur aggregatis cognatis agnatia, vnde benè superior titulus corrigitur, non autè hic §. & ita declares. Nescio tñ vnde Ang. & alii hic sumát,
9 q aliquo correcto † censeatur correctum omne depen-
10 dens ex eo, & q † correctio facta in vno ex æquiparatis trahatur ad aliud, ut dicit hic Ang. quia côsiderandum est, q hęc correctio in tutela non fit ex extensione uel interpretatione a lege quantum ad cognatos, quia lex expresse corrigit etiam in tutela auth. Sicut. C. de legi. tuto. & in corpore unde sumitur: quia ergo hę illationes malè ex hoc loco sumuntur, ideo pertranseo, quia alibi uenient declarandæ.

### RVB. DE LEGITIMA PAtronorum tutela.

COntinuatur ad præcedentia hic titulus hoc ordine: cum iam Imperator descendisset, ad declarationè legitimę tutelæ post testamentariam ante datiuam, primò declarauit eã tutelam, q̃ ex uerbis legis descendit, q̃ est agnatorû, nam expressè lex 12. tab. vocat agnatos ad tutelam, sicut vocauerat ad hęreditatem, modò subdit de ea tutela, quæ non ex uerbis expressis legis, sed ex ratione & mente prouenit, & ita ab antiquis iurecôsultis accepta est, ac si expressa esset, vnde ex ordine eam declarare aggreditur.

### EX EADEM.

1 *Cauere apud iurisconsultos disponere est.*
2 *Ex lege dicitur esse, quod est in ratione legis.*
3 *Expressum dicitur etiam quod uenit ex mente.*
4 *Extensio an dicatur fieri ex identitate rationis.*
5 *Ratio debet attendi tanquam uirtus intrinseca. l.*
6 *Ratio habet se ad casus comprehensos sub ea tanquam genus ad suas species.*
7 *Genus comprehendit sub se propriè suas species.*
8 *Casus ponuntur ad exemplum.*
9 *Ratio est anima legis.*
10 *Mens & } Ratio } legis an differant.*
11 *Tutela libertorum impuberum pertinet ad patronos, uel ad liberos eorum.*
12 *Vocati, quando inter eos cadit ordo charitatiuus, intelliguntur ordine successiuo.*
13 *Tutela patroni dicitur legitima.*
14 *Nominatim quod dicatur.*
15 *Mens legis operatur idem quod ipsa lex.*
16 *Euidens dicitur quod colligitur ex coniecturis.*
17 *Instrumentum probat nedum quæ uerbis ipsius continentur, sed etiam quæ ex mente per consequentiam.*
18 *Expressum reputatur illud, quod uenit tacitè ex mente contrahentium.*
*Et quod in expresso uirtualiter continetur.*
*Et quod indirectè colligitur ex mente.*
19 *Scriptum dicitur quod ex uerbis scriptis elicitur.*
20 *Expressum dicitur quod ex uerbis infertur.*
21 *Perinde est nota similitudinis.*
22 *Interpretatione uenire dicitur, quod uenit ex uirõnis*
23 *Interpretatio non denotat semper improprietatem.*
24 *Dispositum dicitur quod uenit ex ratione per interpretationem.*
25 *Directa actio datur pro eo, quod uenit ex mente & ratione.*
26 *Contra legem quis dicatur uenire.*
27 *Tutela defertur secundum ordinem successionum regulariter.*

28 Expres-

28 *Expressum dicitur quod imaginatum fuit fuisse inten-
tionis condentis legem.*
29 *Proximior in successione est proximior in tutela.*
30 *Incommoda sequuntur illum, quem commoda sequun
tur, & qualiter ualeat consequentia.*
31 *Tutela est onus.*
32 *Filiorum appellatione an ueniant nepotes in tutelis.*
33 *Tutela aliquando non est, ubi est commodum heredi-
tatis & successionis.*
34 *Plerunq; idem importat quod regulariter ferè semper.*
35 *Fœmina repellitur à tutela, nisi à principe impetret.*
36 *Idem: facit relationem specificam.*
37 *Patronus tutor an & quando satisdet.*

HIc tex commodè diuidi non potest, proce-
dit enim totus quasi sub eadem verborũ
conceptione & contextu: nam imprimis
dicit descendere ex l. 12. tab. aliam tute-
lam, quę legitima dr̃: quàre autem dica-
tur legitima, subdit declarando quomodo veniat ex l.
12. tab. & huius rationis specialis generalem rationem
assignat ibi, Quia plerunq;. quare aũt dixerit (plerunq;)
declarat in vltimo ver. ibi, Ideo, & hoc sufficiat loco di-
uisionis: est.n. tam clarus tex. ut non indigeat pro decla
ratione huiusmodi diuisionibus.

Patroni masculi ea mente legis 12. tab. vocantur ad
legitimam tutelam ratione successionis ab intestatò il-
lis ab ea. l. concessę. h.d. ex l. Tutela. in princi. ff. de le-
gitim. tutor.

Casus non esset figurandus, quia tex. procedit decla-
rando: dubitationem faciebat in præsenti tex. q̃ cùm le
gitima tutela ea propriè dicatur, quæ à lege ipsa deferi
& datur, in l. autem 12. tab. nulla mentio fieret de tute
la patronorũ, meritò ea non videbat esse legitima, cu-
ius contrariũ dr̃, q̃ legitima tutela dr̃, & q̃ patronis de
lata est ea mente & interpretatione prudentum pp cõ-
sequentias hęreditatum, & assignant tam claræ rõnes
in tex. vt non possit hic tex. nisi obscurius declarari. Cũ
enim liberti essent pupilli, viderũt prudentes ipsos de-
stitutos esse: non.n poterant habere tutores testamẽta-
rios, cùm nõ dentur nisi existentibus in potestate. ı̃. de
tute. §. permissum. hi autem, qui ex seruitute manumis-
si sunt, quod attinet ad ius ciuile parentes habere non
intelligantur. l. quod attinet. ff de reg. iu. & saltem qui
eorum parentes naturaliter sunt, cum serui sint, non
possunt habere illos in potestate. ı̃. de pat. pote. in prin.
nec testamẽtum condere, cum alieno iuri subiecti sint,
nec quicquam habeant, nec ius ciuile anthor factionis
testamenti eos cognoscat. j. quib. non est permis. fac. te
sta. in prin. non poterant etiam habere legitimos, quia
cum iste pupillus, qui est manumissus nõ habeat, ut di-
ctum est ı̃. patrem. qui saltem à l. ciuili cognoscatur, nõ
põt similiter habere agnatos, cũ ij agnati sint, q̃ ex vno
patre à legibus cognito originem habent. ı̃. de legi. a-
gna. tut. in prin. vnde meritò ad patronos tutela deuol-
uitur, ad quos cõmodum successionis impuberis dece-
deris necessariò deuoluebatur. Dixi autem necessariò,
quia cũ impubes testari nõ possit. §. pręterea. j. quib. nõ
est permis. fac. testam. omnino si decedebat in pupillari
ętate, quousq; onus tutelæ durat, intestatò decedere co
gebatur, & cum in ea ætate filios suscipere non possit
secundũ cõem cursum naturę. ı̃. de nup. in prin. omni-
no talis hæreditas deuoluenda erat ad patronũ. Et hæc
sint loco figurationis casus.

In tex. ibi. Nõ quia nominatim in ea lege de hac tu-
1 telæ caueat. Frequens elocutio† apud iurisconsultos, q̃
(cauere), p disponere ordinareuè accipiunt: sic Vlpia-
,, nus in l. Epistola. ff. de pac. Epistola (inquit) qua qs co-

,, hæredẽ sibi aliquẽ cauit. Hoc uerbũ (cauit) in hoc signi
ficatu positum reperies apud Pli. aliquoties.

In tex. ibi, Crediderunt veteres. Cũ prudentũ inter-
pretationes nihil aliud sint q̃ opiniones & sniæ ipsorũ.
ı̃. de iure natu. gen. & ciui. §. Responsa. aptè Tribonia-
nus usus est uerbo (crediderunt) eũ. n. interpretati sint
id ex mente l. 12. tab. nihil aliud facere potuerunt quã
credere, dum ita sunt interpretati.
2 Primò no. q̃ illud dr̃ ex l. qđ est ex rõne ipsius, ita p-
bat tex. ibi, Ex eadẽ lege. ad idẽ tex. est expressus in l. No-
minis & rei. §. j. ff. de verb. sig. Tam .n. dr̃ ex l. quod venit
3 ex l. snia, q̃ quod † ex uerbis, vt ibi dr̃, & quod venit ex
mente legis dr̃ expressum, ac si verbis expressum esset.
l. prętor ait. in princ. ff. de ope. no. nunc. l. Cùm mulier.
ff. sol. ma. quo fit, vt ex tex. nostro decidatur, q. illa, q̃ ex
4 identitate rõnis nõ dr̃ fieri extensio, & q̃ † rõ non requi-
ritur necessariò, q̃ sit expressa in l. nam in l. 12. tab. non
erat nominatim expressa ratio, q̃ agnati vocarentur ad
tutelam, qui vocabant ad successionẽ, sed benè voca-
bat ad vtrũq;, vt pater. j. in versi. Cũ & agnatos. unde nõ
exigit necessariò, q̃ rõ sit in lege expressa ad hoc, ut ca-
sus sub rõne comprehensus dicat cõprehẽsus sub dispo-
sitione, & ita uoluit gl. in c. Si postq̃. in uer. Mẽte de ele-
ctio. lib. vj. nã c. Cupientes. eo. ti. disponebat, q. j. certũ
tẽpus electi, quibus electionis cõfirmatio necessaria e-
rat à sede apostolica, uenirẽt, dicit gl. relata ad tex. q̃ de
bent nõ solũ uenire, sed nõ discedere, usq; quò causa fi-
nita sit sine licẽtia, quia hoc ex mẽte l. esse censetur: &
ideo dicit gl. nõ obstat qđ dici solet cõstitutionẽ pœna
lem non extendendã, quia non dr̃ extendi quod erat ex
mente l. & sic uult, q̃ nõ solũ scripta, sed sumpta ex mẽ
te rõ decidat alios casus habentes eandẽ rõnem cõpre-
hensiuè nõ extẽsiuè, ut optimè pbat tex. noster, & idem
uoluit Bal. in auth post fratres la ij. C. De legi. hære. in il
la q. an auus & filii fratris admittant in stirpes uel in ca
pita ad successionẽ decedẽtis, nã dicit Bal. oẽs filii fra-
tris p una persona reputant & unã partẽ faciũt, & auus
aliã, sicut est cum fratre, quia est eadem ratio posita in
5 auth. pcedenti, q̃ † ratio s̃m eum debet attendi tanqnã
uirtus intrinseca legis, & tanqnã genus pdicans de sin-
gulis speciebus, & allegat ad hoc tex. nostrũ, & sic uult,
q̃ illa ratio, q̃ filii fratrum sint pares fratribus, habeat
6 locũ cum quocunq; succedatur, q̃ † habeat se alios ca-
sus sicut genus ad species, & sic propriè & cõprehensi-
7 uè, nã genus † cõprehendit. & propriè suas species Bald.
in l. i. ff. de iure annu. aureo. Dec. in rub. ff. de iuris. om.
iu. in c. At si clerici. §. De adulteriis. col. 9. in prin. de iu-
di. & sunt doctr. tradita prius p Pe. & Cy. in l. Iura nõ in
singulas. ff. de legi. in l. Quod verò. eo. ti. Comprehendit
ergo & ppriè rõ s̃m eũ, non aũt ex rõne extendimus,
quod apertius uoluit idem Bal. in l. Siquis seruo. col. 2.
uer. Et adde q̃. C. de fur. ubi dixit ad literam, q̃ qñ exten
dimus ex mente, non dicimur extendere cõstitutionẽ,
et si pœnalis sit, & idem Bald. in l. His solis. in i. nota. C.
de reuo. dona. uoluit, q̃ ubi est eadem rõ censeat tacitè
dispositũ & sic uirtute cõprehensiua in pœnalibus &
exclusiuis, & p illũ tex. in d. l. His solis dixit idẽ Bal. in c.
Quia circa si. de iud. q̃ q̃ rõnis nexus cõnexuit, dispo-
sitio iuris nõ separat, nec id contingere p extensionẽ, sed
p tacitã dispositionẽ eiusdẽ & idẽ uoluit Pe. de Ancha.
in cõsi. 96. Super dicto. col. i. & idẽ uoluerunt oẽs Doc.
hic, Pau. de Ca. consi. 333. Pręsens casus. col. iii. in consi.
349. ad fi. in antiquis, Alex. in l. Cùm mulier. in 4. no. ff.
sol. ma. in consi. 34. Visis. col. 3. uer. Sed hoc. libr. v. & la-
tius in consi. 75. Videtur. column. ii. eod. libr. ubi di-
cit, q̃ quando in pluribus casibus est eadem ratio, de-
cidit omnes casus non extensiuè, & ut genus suas spe-
cies determinat & comprehẽdit, ita eadem ratio dictas
suas species casuum emergentium, nam propriè extẽsio
est,

est,quádu non est eadē sed similis ratio specie differēs,
quia tunc est progressio de termino ad terminū , vt ibi
ipse optimè & late declarat,& idē voluit Deci.cōs.227.
In casu & in cons.15.col.3.& in c.Secūdò requiris.col.
3.de appel.in c.At si clerici.§.De adulteriis.colum.7.de
iudic.in c.Quoniam contra.col.18.de ꝓbat. & optimè
Iason.in l.j.§.Item acquirimus in 8.nota.de acqui. poss.
Io.Crot.in repe.l.Omnes populi.col.39.versi.8.q. ff.de
iust.& iur.in l.si constante.colum.30.versicu. Secundò
fallit.ff.solu.matr.nam vbi est eadem ratio, non potest
8 dici extensio,quia†casus ad exemplum ponuntur.l.Prę
9 tor.§.Quod vulgò.ff.de ui & ui arma.ratio†verò inclu-
dit,cum sit anima legis.l.Cùm mulier.ff.solu.mat.quod
si est,verum est dicere,ꝙ illud,quod est in anima legis,
sit in ipsa lege:quod enim in anima cuiuspiam est, id
extra eum esse affirmare,summæ dementiæ esset: casus
ergo,cùm sint diuersi,non extenduntur,sed lex & ratio
cōprehendit pariter omnes sub eadem rōne existētes:
quæ.n.in substantia sunt eadē,realiter idem sunt , vnde
cùm casus habentes eandem rationē dicantur habere
eandem substantiam,cùm substantia & anima legis sit
ratio,meritò dicemus idē esse.Hęc nimis fortasse lati⁹
scripsi præter consuetudinē meam,quia in hoc uidi cō
plures errare . Quinimò & Deci.in d. c.Secūdò requi-
10 ris.in j.not.de appel.vult hoc in mente legis†uerū esse,
non in rōne,inter quas differentiā esse prosequitur idē
Deci.in l.ii.in fi.C.de insti.& substi.quāuis aliter videa
tur velle Bar.in d.l.Cùm mulier.ff.solu.mat.per nota.ꝑ
Dyn.in c.fi.de reg.iur.lib.6.sed hoc quò ad terminos no
stros nihil facit,quia mens non pōt colligi nisi ex rōne,
vt optimè colligitˀ ex tex.nostro, nam cùm lex videret
ideo vocasse ad tutelā agnatos,q̃a uocauerat ad succes-
sionē,q̃uis hanc rōnem non expresserit , videtur tacitè
voluisse secundum naturam legis,quę est prospicere fu
turis negotiis,ut ad quēcunq; veniat successio, ad eun-
dem pertineat onus tutelæ.

11 Secundò not.ꝙ tutela†libertorum impuberū ptinet
ad patronos eorū,vel eorum liberos concordat text.in
l.3.ff.de legi.tuto.quod fuit inductum tam rationibus,
de quibus in tex. quā quia cùm omni alio pręsidio de-
stituti essent,iudicauit lex nullū esse magis idoneū ad
tuendū illos,quàm illum,qui [illegible] dando.n.
inęstimabile bonum libertatis videtur manifestissima
coniectura amoris erga ipsos, ad quos etiam per conse
quētias hæreditatum delata est tutela, vt dicit tex.in d.
l.3.Intellige tamē ut ordine successiuo deuoluatur tute
la ad patronum & eius filios:quamuis enim omnes uo
centur hic ad tutelam,intelligendū tñ est,ꝙ existēte pa
trono filius eius ad tutelā nō admittatur, quia uocati si
mul,ubi aliqua ratio charitatis uel pietatis habetur,ui-
12 dentur†uocati ordine successiuo,ut dicunt Docto.in l.
Gallus.§.Quidam rectè ff.de libe. & posth.& ita est tex.
in l.Tutela. §. Si duo. uersi.Sed si omnes. ff.de legi.tuto.
cùm enim successio existēte patrono ad illum spectet,
meritò ad eundem spectat onus tutelæ : vbicunq; enim
insurgit dubium ad quem ex pluribus tutela liberti per
tineat,inspicienda est successio , vt dicit text.in d.§ Si
duo.uers.Proinde si alter.

13 Tertiò no.quò †tutela patroni dicitur legitima,con
cordat tex.in l.Tutela.in priu.ff.de legi.tuto.quare hoc
fit,& quomodo,declarat tex.

14 Quartò not.ibi,Nominatim.ꝙ†nominatim non solū
dr̄ quod nomine alicuius expresso fit.j̄. de exhęre.lib.§.
Nominatim.l.Nominatim.ff.de manu.testa.sed quod ex
presè fit,idem enim hic importat,quod expresè & fa-
cta mentione patronorum,quomodo etiam apud Lati
,, nos authores & ꝑsertim M.T.positū legimus.Quicquid
,, enim est(inquit ille lib. 3. Offi. ) in prędio vitii,id sta-
,, tuerunt, si uēditor sciret,nisi nominatim dictum esset,
,, præstari oportere.quāuis eo loco possit et intelligi,ni-
,, si propriū nomen uitii illius exprimatˀ emptori.Melius
,, ad Atticū.li.4.Cùm per eos dies Senatus de annona ha-
,, beretur,& ad eius ꝓcurationē sermone non solùm ple
,, bis,uerùm etiam bonorum vocaretur Pōpeius,idq; ip-
,, se cuperet,multitudoq; a me nominatim,vt id decerne
,, rem postularet,feci,& accuratè sententiam dixi. Et ad
,, Sulpitium libro.13.Sed duo, quæ te nominatim rogo.
,, quo modo intellexit glo.text.in l.proinde. ff.de stipul.
,, ser.melior tex.in l.Ob quæ uitia.§.Animi aūt vitium.ff.
,, de ędi.edic.ibi,Et ideo nominatim de errone & fugiti-
uo excipitur.quinimmo Bar.in l.i.ff.ui bo.rap. uoluit id
nominatim factum censeri, quod ex pręsumptionibus
colligitur:seq.& multa similia adducit And. Sicu. con.
89.col.3.cum seq.li.4.

Quintò not.ibi,Non caueatur.illud,quod s̄.dictū est
in primò not.ꝙ illud dicitur esse ex l.quod non est ex-
15 pressum à lege,sed†est ex mente ipsius,& est tex.in d.l.
Nominis & rei.§.Verbum.ff.de uerb.signi. & quod ma-
gis est,ut ibi dicebam,hoc dicitur expressum in lege.d.
16 l.Prætor.§.i.d̄ ope.no.nun.ubi glo.& Bar.dicit,ꝙ†eodē
modo dr̄ euidens,quod colligitur ex cōiecturis.l. Licet
Imperator.ff.de lega.i.l.Siquis locuples. ff. de manu.te-
sta.& illud dr̄ expressum,quod sub generalitate uerbo
rum comprehenditur,ut no.in l.fi.C.quod cum eo.Bar.
in l. i.in prin. ff. de uulga. & pupill. col.2.facit tex.in c.
Cū olim.in fi.in uer.Patebat expresè.de cens.b.quē tex.
17 ad hoc notat Anto.de But.& Abb.ibi,ꝙ † instrumētum
expresse probat uedum ea,quę uerbis ipsius continen-
tur,sed ea,quæ ex mente per cōsequentiam;faciunt plu
ra similia congesta per Ias.in d.l.Prætor ait in princ.in
si.not.ff.de ope.no.nunci.ubi plura ponderat cōtra hāc
regulam,& tandem facit regulā cum pluribus fallētiis,
18 uide per eum ,ultra quem dic,ꝙ † illud,quod tacitè ex
mente contrahentium agitur,inter eos etiā expressum
reputatur secūm Specu.in tit.de loca.§.5.uers.1.& quod
virtualiter in expresso continetur, ut tradit Fely. in c.
Translato.col.i.& seq.de cōsti.Quinimmo quod indire-
ctè colligitur ex mente,dicitur etiam expressum, ut di
xit Abb.in c.Cùm olim.in ulti.no. de censi. facit quod
notat Bal.in l.Ad probationem la.i.C.de proba. sequitˀ
Deci.consil.507.In causa col.ii.uers.Nō obstat supradi
ctis.& in consi.seq.col.3. in fi. quinimmo dicebat alibi
Bar.in l.i.§.Sinautem.ff.de hære.instit.ꝙ illud,quod eli-
19 citˀ ex uerbis scriptis,†dicit esse in scriptis, & Aug.in l.
Quoties per illum tex.ff.eo.titu.sequitur Deci. in cōsi.
68.colum.pen.uers.Nam expressum. ubi similiter dicit
20 expressum illud dici,quod†ex uerbis infertur etiā gene
ralibus,ut idem firmat consi.259.col.ii. in prin. Sed ni
mis longum esset,si in his uellemus immorari , in qui-
bus latissimè immorat⁹ est doctissimus And. Tiraquel.
in suo illo tract.de Legi. connubia post eas omnes. ll.
quas ipse elegantissimè & copiosissimè conscripsit . in
ver.Expressè in glo.5.

21 Sextò not.ibi,Perinde accepta secūm Ioan. Plat.ꝙ†di
cto(perinde)est nota similitudinis , non tñ per omnia ,
allegat glo.in l.Sacrilegii.§.Is autē.ff.ad l.Iuli. pecu. in
l.i.ff.de recepta.in l.Custodiam.ff.de peri. & com.rei vē
di.& est bonus tex.iuncta glo.in §.Item nobis acquiri-
tur.uers. Sed si hęres. j̄.per quas perso.nob.acqui.in §.
Literę.in prin.j̄.de rerum diuis.l.ii.in prin. ff.de dona.l.
Si deferente.ff.quib.mod.pig. uel hypo.sol.

22 Septimò not.ibi,Per interpretationē.ꝙ†illud , quod
venit ex vi rationis,dicitur venire per interpretationē
vnde quamuis dicamus rationem ipsam comprehende
re etiam casum non uerbis expressum . vt dixi.s̄.in j.no.
tñ hoc dr̄ fieri per interpretationem . Ex quo sequitur,
quòd non semper interpretatio ipsa arguit improprie
tatem,quamuis passim Bar.& Doct. ponant hęc uerba

ea

(ex interpretatione) ad differentiam eius, qđ venit ex proprietate, vt patet ex ijs, quæ ponit Bar. in l. t. in i. q. ff. de verbo. sig. & Deci. consi. 568. col. i. & ita propriè ponitur in l. Iusta interpretatione ff. de verb. signifi. Sed distingue, quod aliud est interpretari verba aliud interpretari mente & dispositione: qñ enim interpretamur dispóné ex mente & róne ipsius, tunc cõprehendit illud, quod per interpretatione venit, quia ratio ipsa & eius vis cõprehendebat et illú casum: sed qñ interpretamur verba, túc quod ex natura verbi venit, dicitur propriè interpretari, qđ vero nó venit ex natura verbi, sed ex mente, tunc respectu dispositionis dicit, propriè venire, respectu verbi dicit impropriè significari, & ista est veritas.

Octauò no. ibi, Ac si verbis. fm Io. de Plat. quod ita dici-
24 tur dispositum in lege vel statuto illud, quod † uenit ex róne & per interpretationem, sicut illud, quod scriptú est in verbis, facit tex. in d. l. Nominis & rei. §. i. ff. de vet
25 bo. signi. Et hinc est, quod † ita datur directa actio pro eo, qđ venit ex méte & róne. l. sicut pro eo, quod venit ex uerbis, tex. est in l. i. ff. uti possid. Bar. in l. Curatoris. C. de nego. gest. vbi alii céiter, & si Abbas. in c. Licet cám. in gl. fi. in fi. videat uelle contrarium, quod aduertit ibi Deci. col. fi. cuius contrarium vr bené probare tex. in l. pen. ff. si quadru. paupe. fecis. dica. nam proculdubio eadé est ratio in aiali bipede, quæ est in quadrupede, & illa actio datur ex ratione & mente, & tñ dicitur vtilis, quamuis Bar. in d. l. Curatoris. aliter interpreteť, quod non perti-
26 net ad materiam nřam: & pariter dicitur † cõtra legé venire quó ad effectum qui cõtra expressa uerba legis facit, sicut ille, qui fraudé legi facere studet. facit enim cõtra legem, qui facit quod lex prohibet: fraudé facit qui saluis verbis sententiam legis circumuenit, nam quod distat dictum a sententia, distat fraus ab eo, quod cõtra legem fit. l. Contra legem. cum l. sequ. ff. de legi. cuius sunt infinita exempla.

27 Nonò not. ibi, Eo enim ipso quod tutela defertur † ut in pluribus fm ordiné successionú. l. i. in prin. ff. de legi. tuto. l. Tutela. in eo. ti. bonus tex. in l. Meminimus. in fi. C. de legi. hæred. quod alibi. s. dncui non esse simpliciter verum per. §. Placebat. j. de legi. agna. succes. pręsertim de iure antiquo, cúm in tutelis haberet locum successio, nam proximiore agnato, ad qué tutela erat, de medio sublato habebat locum successio in eodem agnatorum ordine. l. iii. §. Non tantum. ff. de legi. tuto. & tamé proximiore ex agnatis hæreditatem recusante non habebat locum successio. d. §. Placebat. quod fiebat ut hæreditas ipsa ad alium pertinere potuisset. s. ad cognatum. quam ad illum, ad quem tutela deferebatur.

28 Decimò not. ibi, Crediderunt uereres. fm Ang. quod † illud dicitor expressum, quod imaginatum fuit fuisse intentionis cõdentis legem iuxta gl. in l. Tale pactum. in fi. ff. de pact. sed non bené not. Ang. quod illud, quod fuisset decisum, si de hoc interrogati essent statuentes, dicatur expressum per illum tex. sed bené ac si uerbis ipsis comprehensum esset, ut s. dr, quia iste sensus est ex bono & æquo, ut dicit Aristo. lib. v. Ethico. & declarat Alcia. lib. iii. de Verb. sig. in prin. & lib. ii. Parergon. c. xi. Vnde uenit tam in legibus, q̃ in testamentis & contractibus, ot laté ponit plura exempla Ias. in l. Barbarius. col. ii. ff. de offi. præto.

29 Vndecimò not. ibi, Cú & agnatos † fm Io. de Plat. quod † proximior in successione est proximior in tut. de quo. s. dictú est, facit tex. in §. Ex his. in Aurh. de hęred. ab intest. ueni. in l. iii. ff. de legi. tutori. quod fallit in fœminis, ut infrà in fin. ubi dicetur.

30 Duodecimò not. regulá † illam generalé, & à natura ipsa descendétem, ut penes illum sint incómoda, penes qué sunt commoda l. Secundum naturam. ff. de reg. iur. cú uulga. bonus tex. in l. Is qui in potestate. §. fi. ff. de lega. pręstan. l. fi. §. pen. C. de fur. cum s. allegatis per Deci. in d. regu. Secundum naturam. & per Decio. in c. Qui sentit. de regu. iu. lib. vi. Circa quam aduertédum est, quod Curt. iun. in l. Seruus. in prin. C. de pact. uult, quod bené ex hac regula ualeat hæc consequentia, hunc sequuntur incómoda, ergo debent sequi commoda, sed non écóuerso. & quod hoc sit uerum. allegat etiam ipsæ aliam naturæ regulam, de qua in l. Soluendo. ff. de nego. gest. Sed aduertendum est, quod decipitur Cur. per tex. nostrum, qui arguit, quod eum, quem sequuntur commoda successionis sequi debeat onus tutele.

Nec obstat alia regula, de qua per Cur. quia hę duæ regulæ nihil habent simul commune, cúm. n. homines inuicem se natura iuuare teneant, pręiudicium autem afferte contra naturam fit. l. Vt vim. ff. de iust. & iu. consequens est, vt fm naturá sit, vt vnusquisq; alterius meliorem facere conditionem possit, deteriorem oó, quia non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri c. Non debet. de regu. iur. lib. vi. sed bené equum est, & secundum naturam, vt ad quem uno bomo, sed lex defert onus, deferat etiam emolumentum & compendiú & écõuerso, & hoc dicitur in l. Secundum naturá. & eodem modo homo, quatenus in eo est, iuxta illud Moisis: Non alligabis os boui trituranti. Cætera dic vt per Deci. in d. l. Secundum naturam. & videbimus etiam aliquid in glo.

31 Decimotertiò nota. ibi, Tutelę onus esse debet, quod † tutela est onus, facit tex. in § Item tria onera. j. de excusa. tuto. Hinc dicebat Bar. quod ex quo respectu tutoris tute-
32 la est onus, filiorum † appellatione nó ueniunt nepotes in datione tutelæ, ita dicit Bar. in l. Liberorum. col. iij. in prin. ff. de uerbo. signi. ad idem est bonus tex. quem ibi notat Bald. in l. Meminimus. in fin. C. de legi. hęred. ibi, Eas & tutelę grauamini vicissim supponimus, quamuis idem Bal. in l. Cum quidam. in ij. oppo. C. de verb. signi. dixerit magis esse honorem, quam onus, allegans tex. in l. Testaméto centurio. §. j. ff. de manu. testa. ibi ab honore administrandę rei. Sed aduertendum est, quod ille tex. non potest intelligi in tutela, cuius non sunt capaces serui. s. qui restam. tutor. dari poss. in princip. igitur qui administratione rei, non potest intelligi, vt fuerit remotus à tutela, cuius ipse capax non est. Infer ... hic ad q. impertinentem Ioan. de Plat. & ouuissimi, ad quos me remitto.

Decimoquartò no. ibi, Iden autem, secundum Chri-
33 stoph. quod non † inconuenit, quod aliquando compeodiú hæreditatis fit, vbi non est onus tutelę propter incapacitatem personarum, puta, si vel fœmina, uel minor sit. §. Ex his. in auth. de hęred. ab intest. venien. auth. Sicut. C. de legi. tute. l. i. §. j. eo. titn.

34 Decimoquintò no. ibi, Ideo diximus plerunq; quod † dictio (plerunque) idem importat quod regulariter, ponit. n. hæc dictio (plerunq;) regulam. l. plerunq;. ff. de iure doti. l. i. §. i. ff. de tute. & ratio. distrah. l. iij. ff. de off. pręsec. uigi. Deci. in l. j. col. ij. de reg. iu. Est. n. significatus huius dictionis, apud Latinos, vt. s. idem importet. qđ re-
„ gulariter & feré semper. Terentius in Andria. Tum si-
„ quis magistrum cepit ad eam rem improbom, ipsum
„ animum ęgrotum ad deteriorem partem plerunq; ap-
„ plicat. ad idem tex. in l. Tutela plerunq;. ff. de tute.

Decimosextò nota. ibi. Si à fœmina impubes manu-
35 mittat. quod † fœmina repellit ab officio & munere tutelæ: est. n. virile. officium. l. fi. ff. de tute. l. j. C. quádo muli. tut. offi. fungi. pot. & hoc nisi à principe impetrasset olim de iure antiquo. d. l. fi. hodie tamé mater & auia de iure communi sunt habiles ad filiorú vel nepotum tutelam auth. Matri. & auiæ. C. quand. muli. tute. offi. fung. pot. in alijs veró hodie iura antiqua quó ad hoc remanent incorrecta, vt laté Deci. tradit post Maria. Soci. ibidem allegatum

allegatum in l.ij. ff.de reg.iur. verſ. Septimò ab officio. tutelæ. vbi plura circa hoc. Hác autē legem prius fuiſſo Solonis tradit Laertius, qui dicit in ſuis legibus ſtatuiſſe Solonē tutelam virile tñ munus eſſe, & fœminas tá abeſſe à tutelę negotio, vt ēt tutorem habitare apud pupillorum matrē ꝓhibuerit: ad idem tex. in l. Tutela plerunque. ff.de tute.

36 In glo. j. Ang. hic ex hac glo. iuncto tex. notat, ꝙ quáuis dictio (eadem) ſoleat facere relationem ſpecificam, tñ hic facit ſimpliciter, & allegat plura ad hoc. Vult intelligere Ang. ꝙ licet legitima patronorum tutela ſit ex l. xij. tab. tñ non eſt eadem ſpecificè, quia non ex verbis. Sed aduerte, quia omnino dicitur eſſe ex eadem lege, quamuis ſit per interpretationem, ſed non eodem modo, & in hoc decipitur. Ang. prout èconuerſo eadē actio dicitur. i. quæ eandem virtutem habet, non tñ quæ ſpecie eadem ſit. l. fi. ff. de magiſtra. conuen. vbi gl. & de hoc ſignificatu huius dictionis vide Alex. in l. ij. in fi. in princ. ff. de verb. oblig. & in l. ij. in prin. ff. cer. peta. Areti. in l. Quidam cùm filium §. Filiusfam. col. 4. ff. de verb. oblig. in l. Non conuenit. C. de inoffi. dona. & ꝙ aliter dicatur idem apud Philoſophos, q̄ apud Legiſtas, docet Alex. de Alex. lib. iij. Dierum genialium cap. j.

In glo. in ver. Ad patronos. Declarat Ioá. Fab. iſtam glo. cuius verba tranſcribit Ang. hic ad literá, vt debeat intelligi ſecundú. l. allegatam ſ. vt etiam, qñ libertas repræſentatur à lege, fiat tutor patronus, niſi libertus fiat orcinus, quo caſu tutor eſt filius teſtatoris. l. Si filius. §. Erit. ff. de fideicō. liber. ſiue ergo ſponte ſua quis manumiſerit, ſiue ex fideicōmiſſo rogatus, ſiue ea rōne ſeruú emerit, vt manumitteret, ſemꝑ tutor erit manumittēs, vt habetur in l. allegata in glo. etiá ꝙ non fuiſſet manumiſſus ab emptore, ſed eſſet cōſecutus libertatem beneficio conſtitutionis diui Marci & Cōmodi, de qua in l. j. & ij. C. ſi máci. ita fue. alien. ſecus ſi ex S. C. Rubriano, qđ S. C. recitatur in l. Cùm verò. §. Subuentum. ff. de fideicom. lib. ſ. ſi hęres ſeruum manumittere rogatus per Prætorē euocatus fideicommiſſo non ſatisfaciens latitaſſet, & Prætor cá cognita libertatē ſeruo deberi ꝓnúciauerit, is ſeruus ex S. C. prædicto liber fit, & orcinus libertus hoc eſt, defuncti libertus, ad cu⁹ familiá tráſfert, & tutela eius ad liberos defuncti patroni defertur non ad hæredem, vt latius dicitur in d. l. 3. §. Sed ſi hac ff. de legi. tuto. quando ergo hæc duo concurrunt, tunc habet locum quod dicit glo.

In glo. in verb. Quæ & ipſa. Nō exponas, vt dicit glo. ꝙ non ſolù aliæ quædá, ſed expone. ſ. nó ſolùm ſuperior agnatorú. ſed & ipſa etiá legitima dicitur, referút enim ſe illa verba ad iam dicta, non aút ad dicenda inferius.

In glo. in ver. Legitima. Omiſſa impertinēti diſputatione, quam facit Ang. hic, an & qñ mens vel verba attendantur, ſed inhærendo tñ dictis per glo. quæ in effectu refert verba tex. in l. Legitimos. in prin. ff. de legi. tuto. Io. Fab. hic ſupplet declarationē glo. & text. ibi, dum dicitur, Aut modus tutelæ, aut ꝑſona, aut cauſa admittat ſatiſdationē. quod fuerat ante eú ſuppletú & interꝓtatum ꝑ glo. ibi in ver. Sed hoc cauſa cognita. ſ. vt eá intelligamus, ſi forte nō diligit pupillum arg. l. Si impuberi. ff. de tuto. & cura. dat. ab ijs. vel ſi affectaret, & ſe ingereret. l. In eos. ff. de tute. l. Vxori. §. j. de falſ. l. Quæ oīa. ff. de ꝓcura. & eadē verba tráſcribit Ang. hic. Sed aduertendum eſt circa hanc glo. quia in fi. ponit differentiá inter cæteros legitimos & patronos, vult. n. alios legitimos ſatisdare debere, patronos autē non niſi ſm diſtinctionem d. l. Legitimos. in prin. & ita etiam voluit glo. ibi, & Bart. col. ij. in 4. requiſitio. Bal. tñ dicit ibi, ꝙ diſtinctio illius l. eſt vniuerſalis in quolibet legitimo tutore ꝑ d. l. Legitimos. §. In legitimis. verſi. Nōnunq̄. qui tex. non probat. quod dicit Bal. ſed eſt interpretandus, vt ibi interpretat Bar. Quinimò in verſi. An ergo. oſtendit adhuc aduerſum ius eſſe in patronis quò ad ſatiſdationē & ꝓuocationē. Nec ratio Chriſtopho. vera eſt. ſ. ꝙ ſi tributú eſt patronis, vt nō ſatiſdent niſi in certis caſibus, qui vocantur ex interpretatione & mente, multò magis tribui hoc debet alijs legitimis, qui vocantur ex verbis l. xij. tab. nam ad illam optimè rñdet Iaſ. hic; ꝙ non remittitur ſatiſdatio patronis, quia ſint vocati à l. ſed q̄a iam perſpecta eſt fides & amor ipſius erga libertum, cùm ab eo cōſecutus ſit libertatem, quod non eſt in legitimis. Quamuis enim lex confidat de legitimis, tamen confidit in genere, non autem confidit de hac vel illa perſona, ſed in patrono ſecus eſt propter præſumptam affectionem, & ita debet declarari ratio Iaſ. alias non eſſet vera. Illa enim ratio differentiæ, quam ipſe allegat, videlicet, ꝙ quando perſona eſt honeſta, non ſatiſdat d. l. Legitimos. perſona autem patroni ſemper honeſta videri debeat ipſi liberto & ſancta l. Liberto. ff. de obſequi. patro. præſtan. friuola eſt, nam non conſideratur honeſtas perſonæ patroni ab ipſo liberto, quo caſu vera eſſet ratio Iaſ. ſed à Prętore, vt ibi dicitur, ꝙ ſi ita eſſet conſideranda, fruſtratoria & vana fuiſſet diſtinctio perſonarum patronorum, quam facit iuriſconſultus in d. l. Legitimos. in princi.

In glo. in verbo Iuſſit. De hac regula dixi ſ. quib. mo. ius qat. pot. ſol. in glo. in ver. Pari.

In glo. in verb. Plerunq;. proſequitur glo. dando ſimiles ad regulam tex. noſtri & l. Secundum naturam. ff. de reg. iur. de qua. ſ. dictú eſt in xij. not. quædam declara ex mēte Dy. in reg. Qui ſentit. de reg. iur. lib. vi. quē allegat hic Io. Fab. qñ eſt habilitas perſonæ, nam data inhabilitate ceſſat, vt patet hic in fi. & in l. 1. §. 1. ff. de legi. tuto. & qñ eſt eadem ratio, nam ſi eſſet diuerſa ratio, tunc non eſſet eadam ratio commodi & incommodi, vt declarat Bart. in d. l. Secundum naturam. declarat Deci. ibi in tertia limitatione.

In glo. fi. Ang. hic aggreditur ſatis impertinēter materiam auth. Matri, & auiæ. C. quando muli. tute. offi. funge. poſſ. & quia animus non eſt inculcare materias impertinentes, ideo ad eius dicta curioſos remitto.

Tu circa glo. dic. ꝙ de vtroque fęmina. ſ. & minore eſt optimus text. in §. Ex his. in Auth. de hęredi. ab inteſta. veni. & in auth. Sicut. C. de legi. tute.

Dicebam alias hanc declarationē in tex. poſitam gratia iuuenum fuiſſe factam, quia qñ lex ponit regula uel decidit caſum aut. q. preter id quod in dubitationē uenit omni alio reſpectu habilitas præſupponitur, ꝙ ſi inhabilitas & incapacitas perſonæ ſit, ea non intelligitur incluſa c. i. de ætа. & quali.

## RVB. DE LEGITIMA PAREN. TVTELA.

CVM tractatus legitimarum tutelarum, quem aggreſſus eſt Imperator ſupra in tit. de legi. agn. tutela exigat ad perfectam doctrinam, ut ſingulę tutelę legitimæ tractentur & demonſtrentur, ideo cum iam & legitimam agnatorum, quę ex verbis l. xij. tab. prouenit, proſecutus ſit, & legitimam patronorum, quæ ex mente & ratione per interpretationem Iuriſconſultorum, ſequitur videre de legitima parentum, quæ ad exemplum tutelę legitimæ patronorum recepta eſt, & ita poteſt continuari iſte titulus ad præcedentia, quæ continuatio probatur ex text. noſtro in princip. ibi, Exemplo patronorum.

## EXEMPLO PATRONORVM.

1 *Pater emãcipans est tutor legitimus filij emancipati.*
2 *Contracta fiducia emancipare quid sit.*
3 *Fiducia quæ propriè apud Latinos dicatur.*
4 *Fiduciarius pater.*
5 *Fiduciaria tutela unde ortum habuerit.*
6 *Lex semper loquitur.*
7 *Lex uel } reprobans consuetudinẽ intelligitur repro-*
*Statutum} bare etiam futuram.*
8 *Patens quare dicitur tutor quasi legitimus.*
9 *Pater emãcipans æquiparatur patrono quò ad tutelã.*
10 *Tutela parentum non est nec ex uerbis, nec ex mẽte l. xij. tabul. secundum aliquos, sed nouiter declaratur.*
11 *Statutum uocans aliquem de iure cõmuni nõ uocatũ ad successionem, censetur uocare etiam ad tutelam.*
12 *Simile non est idem.*
13 *Dispositio facta in uno ex æquiparatis habet locũ in (alio.*
14 *Impubes emancipari potest.*
15 *Infans emancipari potest.*
16 *Minor. xxv. annis non potest esse tutor.*

DIVISIO est impertinens, cùm eodem filio orationis omnia comprehendantur. Emancipans impuberem exemplo patroni est eius legitimus tutor. h. d. ex §. fi. l. iij. ff. legi. tuto.

1 In tex.ibi, A Prætore vrbanus creatus est, †vt auocatis Consulibus propter bella, & propterea deficiente magistratũ, qui Romæ ius diceret, esset qui ius reddere posset, dictusq; est vrbanus eò, quòd in vrbe ius redderet, vt dicit tex. qui de hac creatione Prætoria vrbani mentionem facit in l.ij.§. Cumq; Coss. ff. de orig. iur. Is autem creatus fuit, postq̃ Tribuni militum consulari potestate esse desiere, cùm iam de Consulibus ẽt ex plebe creandis tractaretur, nam cùm leniendæ multitudinis gratia impetratum fuisset à plebe, vt Consul quoq; vnus ex ea crearetur, concessit patribus plebs, vt ex patribus crearetur vnus, qui in vrbe ius redderet, primus autem fuit Sp. Furius Camillus M. filius, vt testatur Liuius in prin.lib.vij. primæ decadis anno. 389. post Romã cõditã. Is Prętor dictus est à præeũdo, vt dicit M. Varro. Cõmunicatus fuit & hic magistratus paulò post plebi contradicente ẽt Senatu, creatusq; fuit Q. Publius Philo primus Prætor è pleuè, dictusq; postea fuit vrbanus ad differentiam peregrini creati postea, vt inter pegrinos ius diceret, cũ solus primus sufficere nõ posset iuri dicendo oibus. Vrbanum tñ primũm fuisse sefert Cice. in Ora. pro L. Mani. & vrbanam preturam maxima dignitate præcelluisse dicit Plutar. in Bruto, cũ sex tm̃ lictores pcedebant, qñ Consuli apparebant xij.

In tex.ibi, A maiore parte Tribunorũ plebis. De creatione Trib. pleb. habemus Iurisconsultum historiam referentẽ in l.ij.§.Iisdẽ temporibus dũm plebs.ff.de orig. iur. latius Alex. de Alex. lib. v. Dierum genialium cap. 2. & dictum fuit aliquid in tit. de iurenat. gent. & ciui.§.

2 Plebiscitum. Ideo autem dixit maiorẽt partẽ, qa à principio. anno. s.xvj. post exactos Reges, quo tempore creati primò sunt Tribuni Virginio & Vetusio Consulibus, fuerunt creati tantũ dno C. Licinius. s.& P. Albinos, assumpserũtq; hi tres sibi collegas, ita vt quinq; numero fuerint singuli. s.ex singulis classibus: postea vero anno circiter xxx. auctus fuit numerus rogatione L. Trebonij, & facti sunt bini ex singulis classibus, & per consequens decem Tribuni. Maior ergo pars Tribnnorum exigebatur pro numero s.eorum, qui tunc erant.

In tex.ibi, Ex l. Attilia. Ita dicta est, vt superius quoque declaraui, quia à P. Attilio & Cl. Mario Trib. pleb. rogata est, quemadmodũ Iulia & Titia similiter nomen

3 sumpsit à conditoribus Tribnnis. vnum tñ dignũ notatu aduertendum puto, q̃ ex verbis Theophili hic colli

„ gitur non vnam tñ fuisse legem Iuliam & Titiam, sed

„ duas fuisse, ita enim inquit: Sed in prouincijs ad exem-

„ plum eius (loquit de lege Attilia) duæ sunt latę leges

„ Iulia & Titia, quibus iubetur, vt ijs, quibus tutor quæ-

„ rit, iudicio Pręsidis prouincię det tutor, qui & ex illis appellationem sumpsit, vt Iulius Titianus vocetur. cui assentiũt nouiss. quidam in l.i.ff.de offi.eius coi man. est iur. Ego puto vnam fuisse pter verba Iustiniani hic, dum dicit (ex l. Iulia & Titia) præsertim cùm sit vna simplex & vniformis dispositio: si.n. fuissent duæ leges, verisimiliter secunda facta esset ad suppletionem, vel correctionem, aut declarationem alterius, quod non apparet, cùm ex ea disponatur tñ, vt in prouincijs à Pręsidibus tutores dentur: nec mirum est, q̃ in his tam remotis legibus & historijs decipiantur Iurisconsulti, cùm alibi pluries hoc euenisse alias annotauerimus. Nec duo illa nomina arguunt diuersitatem legum, sed concordiam duorum Tribunorum rogantium, vt in lege AElia Sentia, quæ lata fuit rogantibus Sex. AElio Catulo & C. Sentio Consulibus, & Papia Poppæa rogata temporibus Augusti. in lege Valeria & Horatia, vel vnius cuius indenominatione legis sit sumptum nomẽ familię, & aliud cognomen, quod rarò accidisse legi.

In text. ibi, A præsidibus prouinciarum. Intellige

4 præsidum appellatiõe venire omnes tregentes prouin

„ cias, ita declarat Macer. Iurisconsultus in l. 1. ff. de of-

„ fi.presi. Nomen præsidis (inquit) generale est, eò quod

„ & Proconsules, & Legati Cęsaris, & omnes prouincias regentes, licet Senatores sint, præsides appellan-

5 tur. Hinc ẽt est, q̃ pretor dicitur preses in l. Si per errorem.ff.de iur.om. ind. quamuis Valla libr. v. dicat præsidem esse illũ propriè, qui maiorẽ authoritatẽ maiusq; imperium in prouincia habet post principem, quod sumitur ex l. preses. ff. de offic. presid. sed illa lex hoc non dicit, sed q̃ benè pręses habet maius imperium cęteria omnibus, puta, Defensoribus ciuitatum & alijs.

Primò not. qđ dicitur hic in tex. videlicet, q̃ deficientibus testamentarijs legitimis & fiduciarijs, iudex ipse dat tutorẽ pupillis.

Secundò not. q̃ iudices olim in ciuitate Romana, qui in puincijs dare tutores possent.

6 Tertiò not. ẽm Ange. q̃ †licitum est recitare ius correctum, vt ponatur correctio, quod in hoc libro Institutionũ fecisse pluries Iustinianum animaduerti potest: quinimò idem Iustinianus. S. in §. Igitur. in procœ. protestatur se hoc voluisse facere ibi, In quibus breuiter expositum est, & quod antea obtinebat, & qđ postea

7 &c. Ex quo infert Ang. ad. q. an & qñ liceat †allegare legem correctam, de quo solet aliquid notari. j. de testamẽ. in princi. & in §. Sed neq, eod. titu. & regula generalis est, q̃ lex correcta non solũ non potest allegari ad decisionem causarum, sed eam allegans incidit in crimen falsi. §. Hunc igit. C. de Iusti. Cod. conf. quem text. notat ad hoc ibi Alb. & Pau. de Cast. & Bal. ibi per eum dẽ tex. idẽ dicit de statuto correcto, & idẽ voluit Bar. in l. fi. ff. de fals. & in l. Omnes populi. col. fin. ff. de iusti. &

8 iur. Bal. in l. fi. col. v. C. de edic. diui Adria. tol. Sed declara hoc verum esse, q̃ non potest allegari ipsa decisio legis, sed benè potest allegari ratio, qua nitebatur, & sic ratio ipsa legis correctæ, nam correcta lege; non censetur correcta ipsa ratio. l. Eas. ff. de cap. dimi. quod intelligẽ in ratione naturali, secus in alia, vt declarat Fely. in c. i. col. fi. de rescrip. & Deci. in c. i. col. ii. de cõsti. de quo videnda essent, quæ ponit idẽ Deci. in d. c. i. col. iiii. de

9 consti. & Areti. in l. a. col. vii. ff. de vulg. & pupill. †Secondò declara, quando lex antiqua fuit in totum correcta, quia si in aliqua parte adhuc remaneret incorrecta posset allegari, ita declarat glo. in d. c. i. de consti. quod n. nõ est mutatum stare intelligit. l. Pręcipimus. in fi. C. de appel. & ita declarat Deci. in d. c. i. in glo. ii. de consti.

10 Solet dubitari, an lex correcta †allegari possit in argumẽtũ, & Bar. tenet q̃ sic i d. l. fi. ff. de fals. & i l. fi. ff. de cõ inn. cũ emãci. lib. Fely. in d. c. i. de cõsti. Deci. tñ ibi tenet cõtrariũ, tã i prima, q̃ in secũda limitatione, cuius opi. mihi maximè satisfacit q̃a gl. in l. i. in prin. in verb. Imaginẽ. C. de lati. lib. toll. cõtrariũ expssè dicit, & est bon' tex. in Authen. de vsur. nauti. nec tex. in c. Authoritate. de conces. prębe. aliquid facit, quia allegatur ab eo, q̃ poterat etiam legem nouam condere, vt respondet optimè Deci. in d. c. i. de consti.

11 In glo.j.Eius prima conclusio est, ꝙ † quousq; est locus testamentariæ, cessat datiua, & legitima, tex. est in l.
12 siquis sub conditione.ff.de testa.tut.secúda est, ꝙ † quousq; est locus legitimæ tutelæ, similiter cessat datiua.l.
13 Si sororis.C.q dar.tuto.poss.& vsqueadeo † cessat, vt deuoluta tutela ad legitimũ, si iudex tutoré det, talis datio
14 nõ valet prohibente hoc regula iuris ciuilis, ꝙ † habẽti tutorem tutor dari non potest. §. Interdú. j. de curato. l.Licet.C.in quib.cau.tuto.hab.tutor dar.poss.l.Cũ iure C.qui pet.tuto.quo fit, vt omne periculũ administrationis spectet ad legitimũ, cũ nõ spectet ad datiuum, vt dicit tex.in d.l. Si sororis. quod cauendum est ſm Ioann. Fab. hic & Aug.qui eius verba. ad literam refert, quod procedat uècne in matre & auia, vide hic per Io.Fab.& Ange.ad quos te remitto.

In glo.in verb.Et maiore.Dum exponit à duobus, qa erant tres, decipit gl.nam, vt suprà dictum est in textualib⁹, fuerunt primo quinq., vnde necessaria erat authoritas trium, & tex.per gl.allegatus loquitur in Prætoribus, vt patet ibi, & tex.in d. §.Ijsdem. non ponit numerum Tribunorum, sed hoc habetur ex Liuio lib.2.decadis. j.vt.s̃.dictum est, & lib. 3. Quòd autem ex hoc loco
15 colligatur, ꝙ factum † à maiore parte censeat factũ ab omnibus, est falsum, ex quo lex maiorem tantum partẽ requirit simpliciter, non ex eo, ꝙ ab omnibus factũ intelligatur, de quo quia est materia multũ impertinens, quam impertinenter hic Nans. ponit, pertransco, alibi forsan opportunius de hoc tractaturus.

## §. SED ET SI TESTAMENTO.

1 *Tutor testamento dari potest ex die certo.*
2 *Tutela cedit ab adita hæreditate, non à morte.*
3 *Tutor datus, quia adita non est hære. cessat ea adita.*
4 *Cessante causa introductionis cessat introductio.*
5 *Cessante causa dilationis, iudex potest illam reuocare.*
6 *Necessitatis causa introductũ ea cessante remouetur.*
7 *Metus causa concessum eo cessante cessat.*
8 *Fauore introductũ cessat cessãte causa fauoris vel odij.*
9 *Aditio unius tantum ex pluribus hæredibus sufficit ad conseruationem testamenti.*
10 *Hæres in re certa est uniuersalis alio non adeunte.*
11 *Iudex in aditione hære.pupilli supplet defectũ tutoris.*
12 *Aditio hæreditatis de iure ciuili nõ potest in persona pupilli expediri cum authoritate iudicis supplentis defectum tutoris.*
13 *Curator ad adeundam hæreditatem an detur, & quid in impubere.*
14 *Tutor quasi dominus dicitur.*
15 *Pupillus an de facto possit adire sine tutore.*
16 *Sui hæredis existẽtia an confirmet tabulas pupillares.*
17 *Sui hæredis existentia quid operetur.*
18 *Tutor Attilianus datur, quãdo pupillus est institutus hæres, ut adeat & confirmetur tutela testamentaria.*
19 *Tutela, quæ sub expressa conditione dari non potest, quare dari possit sub tacita.*

Diuidi potest in duas partes, prout duos casus decidit.secunda ibi, Item si purè.

Spe testamentarij subsistente propter conditionis, aut diei, aut aditionis euentum datur à iudice tutor.h.d. ex l.Siquis sub conditione.ff.de testa.tute.

Casus ita potest figurari:clarum est, ꝙ testamento tutor dari potest sub conditione & ex die.§. ad certum.s̃. qui testam. tut. dar poss. dubitatum fuit pendente conditione aut die ad deueniendum sit ad legitimum, vel datiuum.cùm iura maxime solicita fuerint, vt personæ & bona pupillorum habeant qui eas tueantur ac defendant : & videbatur, ꝙ ad legitimum deueniendum esset, tum quia datiuo locus non est, nisi deficiente testamentario & agnato legitimo tutore.s̃.hoc eo.ti.sed hic non deficit, ergo ad legitimum primum in ordine videbať deueniendũ:tum ẽt quia iudex dando in locũ testamentarij sub conditione dari tutorem, vĩ quodammodo sub hac resolutiua cõditione dedisse, si casus conditionis adiectæ in testamento veniret, quod fieri nõ põt l.actus legitimi.ff.de reg.iu.quo non obstante dic contrarium, ꝙ imò venit ad datiuum, non ad legitimũ, vt ẽt est tex.in d. l. Siquis sub conditione.in prin. ff. de testa.tute.rõ est ſm Iurisconsultũ ibi, quia quandiu testamentaria sperať, tutela legitima cessat: rõ aũt rõnis est, quia cùm tutela legitima deť ſm ordinem hæreditatis. l.j.ff.de legi. tuto. sicut quousq; est spes testamentariæ successionis, cessat successio legitima. l. Quandiu.ff.de acq. hære.ita & in tutela, & ideo lex voluit deueniri ad datiuũ. Nec obstant rõnes in cõtrariũ allegatæ, quia beñ verũ est, ꝙ non deueniť ad datiuum, nisi cessante legitimo, sed hic cessat legitimus, qui stante spe testamẽtarij ex ratione prædicta non potest venire ad tutelam, nec iudex dat sub conditione, vt dictum est etiã in d.§. ad certum, & dicetur inferius.

In secunda parte potest casus figurari eisdem rationibus decidendi & dubitandi.

In tex.ibi.Ex eisdẽ legibus.Aduertendũ est, ꝙ in contrarium vĩ tex.i l.Siquis sub cõditione. ff.de testa. tute. vbi ponit idem casus, & tñ in versic. Quòd si tutor.oñdẽ dit Iurisconsultus hanc determinationẽ fuisse senatusconsulti cuiusdam, non autem legum, de quibus hic.

1 Primò no.ex hoc tex. ꝙ † tutor testamẽto dari potest sub conditione & ex die certo concor.tex.s̃. qui testa. tut. da. poss.§.ad certum. vbi dictum fuit, quod tributum est iudicio paterno, de quo leges tam liberè confiderunt, vt quodcunque illud sit, ratum esse voluerint, vt dixi in dict.§. ad certum. tam in figuratione casus, quàm in primo notab.

Secundò no.ꝙ si datus erat tutor testamento sub cõditione vel ex die certo, pendente conditione & ante euẽtum dici dabať tutor ex eisdem legibus.i.Romæ ex l.Attilia.ex l.aũt Iul. & Titia in prouincijs, dabatur aũt à iudice, concor. tex.in l. Siquis sub cõditione.in princ. ff.de testa.tute.ratio autem illa est, quam.s̃. posui in figuratione casus, quia cũ tutelæ ad instar hæreditatum dentur, hæreditati autẽ legitimæ nõ sit locus, quousq; est spes testamentariæ l.Quandiu.ff.de acq. hær.sequiť, ꝙ non põt legitimus succedere, sed prouidet iudex durante impedimento prædicto.

2 Tertiò no. ꝙ † tutela testamentaria nõ habet locum, nec confirmať, nisi adita hæreditate:rõ est, quia si nemo hęreditatẽ adeat, nihil valet ex ijs, q̃ in testamento scripta sunt.l. Si nemo.la.j. de testa. tute. quę ideo inferre vult tutelã non valere : cùm.n.tutores non ab hærede, sed à testatore protinus ꝓficiscantur, tutores ita demũ sunt, cùm adita est hęreditas ꝑ aliquem tex.est in.l.Tutores. ff. de testa. tute. & hinc videmus, ꝙ si aliquis habens duas tutelas sit in duobus testamẽtis tutor datus, quo casu qñ tres habet, excusať à quarta §. Item tria.j. de excu.tuto.non põt excusari ab ea tutela, q̃ relicta est in eo testamento, ex quo prius est adita hæreditas, quia illa prior censetur, tunc.n.confirmatur.l. Si is qui tres. §.Item euenire potest.ff.de excu.tuto. & ratio est manifesta, quia cùm tutela sit de ijs rebus, quę ad hęredem non transeunt.l. Tutela.ff.de tute. dies eius cedit ab adita hæreditate, non à die mortis, vt declarat Bar. in d. l.Si nemo.ff.de testa.tute.

Quartò

Quartò not. quòd quousque non aditur hæreditas
1 ab aliquo ex hæredibus, dandus est tutor Attilianus
2 & datiuus pupillo, qui personam & negotia eius cu-
ret & administret.
3 Quintò no. q tutor datus ob id, q nondum est adita
hæreditas, desinit esse tutor hæreditate adita, & per con
4 seqnẽs cõfirmato †testamẽto, in quo tutor ascrip⁹ fue
rat. Ex quo correlariè inferri potest, q cessante causa, ꝑ
pter quam qnid est in esse introductum, cessat ẽt quod
5 introductũ est, & ꝑ cõsequens †effect⁹. c. Cùm cessante.
de appel. Et hinc videmus, q cessante causa dilationis,
iudex ꝑt ipsam reuocare arg. l. A filia. §. j. & quod ibi no.
Bar. in fi. ff. ad Trebel. ad idem tex. in l. Liberto. §. fi. vbi
Bar. ff. de annu. leg. in l. Siquis hæres. la. vij. vbi Bar. ff. de
acqui. hære. notat Bar. in l. 2. In simili. ff. de re iudic. fa-
cit tex. in l. j. §. Si intra. ff. de succes. edic. tradit Deci. in
cap. Significante. colum. 2. vers. Tertia conclusio de ap-
6 pellation. & solemus dicere, †quòd illud, quod pro ne
cessitate temporis statutum est, tali necessitate cessan-
te remouetur. c. Quod pro necessitate. j. q. j. c. Quod ꝑ
7 remedio. j. q. 7. & quod †metu periculi conceditur, fini-
to metu aut periculo, extinguitur l. j. C. de nau. fœno.
8 vbi Bald. per illum text. & quod †fauore vel odio itrodu
ctum est, finita causa odij vel fauoris extinguitur l. j. C.
qoi ad li. perue. nõ pos. vbi Bal. per illum tex. notat cum
similib. vt per Deci. in c. Cùm cessante. in j. not. de appel.

In glos. in verb. Dari poterat. Quia tex. per verba præ
teriti temporis locutus fuerat, supplet glo. q etiam ho
die datur tutor in ijs casibus d. l. Siquis sub conditione.
Ioan. Fab. quẽ sequit Ang. dicit, q verũ est dari tutores
in his tribus casibus, videlicet, tutore testamẽto sub cõ
ditione dato, vel ex die certo, vel qñ hæres non adit, sed
q non dant ex ijsdẽ legibus. s. Attilia, vel Iulia & Titia,
cũ illæ sublatæ sint per tex. in §. Sed ex his. j. eod. Mihi
videtur, q quamuis non dentur amplius tutores ex his
legibus per eosdẽ magistratus, tamen dici possit, q dent
ex eisdẽ legibus attentis casibus, mutati enim sunt tan-
tummodo iudices, quibus dandi tutores facultas data
est, translataq; hæc est facultas ad alios: vnde cùm ca-
sus ipsi, in quibus dandi sunt, non mutentur, potest di-
ci, q illud quod remansit ex eisdem legibus, illis priori
bus tribuendum sit, tamen in hoc est modica vis.

9 In glo. in verb. Nemo. Verũ est quod dicit glo. q †ad
confirmationem testamenti sufficit aditio vnius ex plu
ribus hæredibus institutis, vt dicit tex. in l. Si nemo. la
prima. ff. de testa. tut. & hoc vsque adeo verum est, q ẽt
si sit in testamẽto aliqnis in re certa hæres institutus da
tis alijs cohęredibus, si talis in re certa institutus adeat,
eius aditio sufficit ad confirmandum testamentum, vt
tutoris datio valeat: ratio est, quia aut heredes vniuer-
sales adeunt, & clarum erit testamẽto locũ fore, aut nõ
10 adibunt, & tunc institut⁹ †in re certa erit hæres vniuer
salis l. j. §. Si ex fundo. ff. de hære. insti. quia ei totum ac-
crescit, vt ibi dicit, vnde est ac si vnus ex pluribus hære-
dibus vniuersalibus institutus adiisset, & declarat Bar.
in l. Ex facto la secũda col. ii. versic. Eodẽ modo quæro.
ff. de hære. insti. quando enim aliæ portiones accrescũt,
dr̃ hęres vniuersalis institutus in re certa, vt per Bal. &
Imo. in d. l. Ex facto. per Cyn. Guliel. de Cun. Ang. Saly.
Pau. de Cast. Alex. in l. Quoties. C. de hære. insti. vbi di-
cit hanc esse communem sententiam.

In glo. in ver. Existebat. Glo. mouet q. illã, quæ vr̃ in-
solubilis, qñ. s. pupillus solus est institutus dato ei tuto-
re in testamento: nam tunc tutela non potest habere lo
cum non adita hęreditate d. l. Si nemo. ff. de testa. tute.
adiri aũt non põt hęreditas per institutũ sine tutore. vn
de videtur quædam perplexitas & insolubile, vt dicit gl.
in d. l. si nemo. sed ad hanc difficultatem Docto varia
excogitauerunt remedia. Glo. hic ponit remedium
vt. s. pupillus iste adeat authoritate iudicis arg. l. Si infan
ti. C. de iure delib. in fi. vbi si delata sit hęreditas pupil-
lo, si septẽ annos excedat, & parentes non habeat, vel
tutorem, potest adire Prętorẽ, & eius authoritas hęre-
ditatẽ adire. & eius decreto totũ hoc ius consequi, nam
(dicit glo.) adita per pupillum hęreditate authoritate
iudicis, confirmatum erit testamentum, & ex eo tempo
re tutor testamẽtarius poterit administrare. Hoc idẽ re
mediũ ponit gl. in d. l. Si nemo. ff. de testa. tute. & Specu.
in tit. de tu. in princ. & hoc idẽ remediũ refert hic Ioan.
Fab. Ange. Ioan. de Platea, & Ias. & Alber. in d. l. Si ne-
mo. ff. de testam. tute. & Bar. ibi, dum dicit, q cessante
existentia suitatis recurrendum est ad prędictum re-
medium. quod confirmari potest per text. in l. bonorũ,
C. qui admi. vbi in defectum tutoris iudex in agnationẽ
bonorum possessionis authoritatẽ præstat pupillo, quã
do. s. tutorem non habet, vt declarat illum tex. Bar, in l.
Si curatorẽ. C. de in integ. resti. mino. & videmus, q cõ-
11 munis Docto. opi. est, q †quemadmodum non existente
tutore iudex supplet in agnatione bonorũ possessionis,
ita suppleat in aditione hęreditatis de iure ciuili ꝑ tex.
in d. l. Si infanti. & tenuit Cyn. Alex. Ias. & Deci. in d. l.
Bonorum. Bal. & Saly. i l. Potuit. C. de iure delib. glo. j.
de autho. tuto. §. Neq; in glo. ii.

Sed huic remedio obstat ratio Pau. de Cast. in d. l. Bo-
norum. quia cum in aditione hęreditatis non requirat
pręsentia iudicis, si ea interueniat, nihil operatur. l. Siue
apud acta. C. de transacti. & dicit Ang. in l. f. C. vnde le-
12 gi. & in l. Restituta §. fi. ff. ad Trebelli. q †aditio hęredita
tis de iure ciuili non potest expediri in persona ipsius
pupilli cum authoritate iudicis supplentis defectum tu
toris, quia semper debet dari tutor. l. Impuberi. ff. de tu
to. & cura dat. ab iis.

Tamen dicatis, q imò hoc remediũ ineuitabiliter ꝓ-
batur in d. l. Si infanti. in fin. vbi expressè dicitur, q si sit
maior infante, cui delata sit hęreditas, poterit non solũ
bonorum possessionẽ agnoscere, sed hęreditatẽ quoq;
adire cum consensu patris, si sub eius potestate reperia
tur, vel si sui iuris sit, cũ authoritate tutoris, vel si tuto-
rem non habeat, põt adire Prętor, & cum eius decreto
totum hoc ius cõsequi, & sic hæreditatem ipsam. Ecce
ergo, q ibi subrogatur iudex in locum tutoris, qñ non
adest tutor, sed hic non adest nondũ confirmato testa-
mento. ergo poterit adire Prętorem, & cum eius decre
to hoc ius consequi pupillus absq; eo, q nouum tuto-
rem petat, & ita se habet communis opi. ut dicit Deci.
in d. l. Bonorum. in vtraq; lectura.

Secundum remedium ponit per glo. in d. l. Si nemo.
13 vt. s. pupillo †det curator ad adeundam hęreditatem l.
Cùm quędam. C. de admi. tuto. quæ tñ loquitur in adul
to, & iõ dicebat Alberi. in d. l. Si nemo. q hoc remediũ
est falsum, quia authoritas curatoris in impubere nõ ẽ
sufficiens ad hęreditatẽ adeundam, vt est tex. expressus
in l. Cùm in vna. in fi. ff. de appel. & ratio est, quia cum
in adeunda hęreditate tutoris iussus sit necessarius, iu-
bere aũt nõ possit nisi dominus. §. Et hoc in Authen. vt
14 nulli iudi. & tutor †quasi dñs sit. l. Qui fundũ. §. Si tutor
ff. pro empt. & eius potestas uis quædã & uiolentia ſm
quosdã sit, arg. eius, quod ĩ diffinitione dicitur, & cùm
curator personę nõ detur, sed tm̃ bonis, non videtur, q
eius authoritas sufficiat, vt notat glo. in d. l. Cùm in vna.
§. fi. in uerb. Ad hoc. ff. de appel. & in hac sententia resi-
det etiã Bar. in d. l. Si nemo. ad fi. Spec. tamen in d. tit. de
tuto. in princ. tenet opi. glo. & dicit, q fuit opi. Alber.
Pap. ubi Ioann. Andr. in addi. dicit, quòd ita seruatur,
quamuis dicat, q aliqui reprobant per d. l. Cum in vna.
Mihi placet opinio. Alberic. q nullo modo possit dari
curator ad adeundam hereditatem per tex. expressum
in d. l. Cùm in una.

15 Tertiú remedium † ponitur, vt de facto pupillus sine authoritate tutoris adeat, quę fuit opi. quorunda, quos refert hic Io. Fab. per tex. in l. Mulier. §. j. ff. de condi. insti. ibi enim erat similis perplexitas, institutus quis fuerat sub códitione, si seruum hæreditarium manumisisset, nam hæres esse nó poterat ante manumissioné, nec manumittere ante aditioné: & tamé ibi dř, ꝗ sufficit talem conditioné de facto impleri. s. manumisso seruo ante aditam hæreditatem, ná reconualescit post aditá datio libertatis, facit tex. in l. Seruum testamento. ff. de manu. testa. cú si. allegatis per glo. in d. §. i. Io. Andr. in addi. Spec. in ti. de tuto. in pri in. dicit, ꝗ dominus suus erat in hac sententia. Sed in hoc est aduertédum, quia Io. Fab. videtur velle, ꝗ pupillus adeat de facto sine authoritate tutoris, Io. And. aút vř velle, ꝗ tutor authoreť de facto, quod mihi magis placeret, tamé non putaré hoc remedium tutum, cum alio remedio possit summoueri, vt inferius dicetur, nisi coniungas cum his, quæ proximè dicentur propter existentiam sui hæredis, quo casu non præstaret de facto authoritaté, sed de iure, quia cófirmato testamento beneficio & potentia suitatis tutela consequenter est confirmata.

16 Quarto loco fuit opi. Dyn. volentis, ꝗ † cùm nó deť tutor nisi suis testamento, non subsit aliqua perplexitas quia existentia sui hæredis confirmat tabulas testamenti absq; immixtione. §. Sui. j. de here. quali. & dif. l. Si nemo. §. fi. in fi. ff. de testa. tut. l. Si post mortem. ff. de lega. j.
17 Ray. tñ dixit cótrariú, videlibet, ꝗ † existentia sui hæredis cófirmationé inducit fideicómissi vniuersalis, tabularú pupillariú, & libertatis. l. Ita tamé. §. Si pater. ff. ad Trebel, & l. Cùm quasi. §. Sed siquis. ff. de fideicom. liber. & operatur etiá transmissionem in quoscunq; extraneos, l. Apud hostes. C. de suis & legi. l. 3. C. de iure delib. cum si. sed negat Ray. ꝗ existentia sui hęredis operetur, ꝗ sit hæres suus ipso iure quò ad alia onera subeunda, & ita intelligit l. j. C. si min. ab hær. se absti. & respondet ad §. Sui. ꝗ hoc est verú, ꝗ non requiritur authoritas tutoris in ijs, in quibus existentia sui hęredis operať, sed hic est necessaria per prædicta, & hoc idem voluit Odofred. in d. l. Si nemo. ff. de testa. tutel. Tamen defendendo Dynú dicit ibi Alberi. ꝗ prædicta procedunt, vbi principaliter subit onus, sed authorari est principaliter fauor, secúdariò onus, facit. l. i. ff. de autho. tuto. Et dicit Alber. ꝗ opi. Dy. cóiter approbať, & in hac. opi. vř residere hic Ioan. Fab. & idem voluit Cy. in l. ij. C. de testa. tute. & Bar. etiam ipse ait se ita tenere in d. l. Si nemo. quia cùm habere tutorem sit cómodum filij, existentia sui hæredis operatur hoc, neq; beneficium abstinendi inductum à Prætore hoc tollit. l. Si filius q. patri. ff. de vulga. & pup. vbi Bar. benè verú est scdm Bar. ꝗ si existentia sui hæredis nó posset operari, quia fecisset de suo voluntariú hęredem, substituédo ei vulgariter, vel aliquo ex alijs modis, tunc vtendú esset aliquo ex prædictis modis & idé voluerunt hic Ang. Io. de Plat. & Ias. Bal. in d. l. Si nemo. Ioan. Andre. in addi. incip. Alber. Pap. & dicit Bal. in l. j. C. de testa. tute. ꝗ opi. Dyni est ipsa veritas.

Vltimo loco glos. in d. l. Si nemo la prima· ff. de testa.
18 tute ponit aliud remedium, vt. s. detur alius † tutor Attilianus ad adeundum, cuius officium expirat statim adita hæreditate, & existente loco testamentario, pro quo remedio est tex. expressus in l. Si hæreditas. in prin. ff. de testa. tute. per qué tex. mihi magis placet, vt tutor hoc casu nó detur ad adeundam hæreditatem, sed detur simpliciter, eius tamen officium expiret postea adita hæreditate, confirmata tutela testamentaria, vt dicit & declarat Bal. in d. l. j. C. de testa. tute. vbi dicit, ꝗ in Thuscia obseruatur hoc remediú, ꝗ secundú qualitates locorum sequentur remedia prædicta, & hoc verú est, ꝗ Florentię semper ita vidi obseruari. Hanc opi. refert ét Ioan. And. in addi. Specul. vbi supra, & ita dicit vbiq; locorú obseruari Ang. hic, & ꝗ hæc opi. est tutior, & magis practicatur, & eandem seruari & tutiorem esse dicit Ias. hic solú est vis in modo practicandi, an. s. dandus sit tutor ad adeundú vel simpliciter, & quamuis distinctio Bar. in l. Si hæreditas. in princi. ff. de testa. tute. videatur æqua, tamen mihi magis placet, vt detur simpliciter per generalitatem tex. ibi, & per generalitatem regulæ, de qua. s. in ti. qui testa. tu. dari pos. §. Certe.

19. In glo. in verb. Conditio. Mouet glo. q. quare sit, † ꝗ cum expressè non possit dari tutela sub códitione à iudice l. actus ligitimi. ff. de regu. iur. tacitè dari possit vt hic, quia dať tacitè sub illa códitione à iudice, quousq; sit locus testamétariæ vel per purificationé códitionis, vel per aduentú diei, vel per confirmationé testamenti per aditionem hæreditatis. Ioan. Fab. & Christopho. hic videntur uelle, ꝗ hoc sit eò, quia hęc códitio est intrinseca, quæ, si exprimatur, vitiat. Deci. verò (vt alias dicebá) in d. l. actus legitimi. assignat rationem, quare hęc conditio, quę tacitè inerat, si exprimatur, vitiet, & dicit hoc esse pp vitium formę, scdm Doct. in l. 3. ff. de lega. primo. Sed mihi magis placet, vt dicamus, ꝗ in his casibus nec expressè nec tacitè deť sub conditione, sed simpliciter, ita ꝗ in mente iudicis dantis nec in dispositione nó est aliqua consideratio conditionis, quod probať in l. Si hęreditas. in prin. ff. de testa. tute. vbi ponit prouisio in vno ex casibus hic consideratis, & dicit tex. ꝗ verius est, ꝗ in his casibus tutor alius dari potest, quasi nódum sit aliqua datio facta, nec speret, & per consequens simpliciter. Quamuis ergo resolutio talis tutelę postea ex hoc casu veniat, non per hoc sit, vt ab initio consideretur aliqua tacita conditio vel dies, sed tanquam sit resoluetur datio eo modo, quo resoluitur in casu seq. §.

## §. AB HOSTIBVS.

1 *Tutor si captus sit ab hostibus, non sit locus legitimo, sed datiuo.*
2 *Tutela liberti, si patronus sit apud hostes defertur ad datiuum, non ad filios patroni.*
3 *Fictio postliminij habet locum in tutela.*
4 *Tutor reuersus ab hostibus non tenetur de gestis aut de neglectis ab eo, qui in eius locum durante eius captiuitate fuit subrogatus.*

NOn diuiditur propter vnicum cótextum, nisi diceres in prima parte poni decisionem, in secunda rationem. secunda ibi, Nam reuersus.

Tutore capto ab hostibus dator tutor à iudice, qui eo reuerso desinit esse tutor h. d. ex l. i. §. Si apud. ff. de legi. tuto.

Casus ita potest figurari: quęsitú est, si tutor alicuius sit captus ab hostibus, an sit locus legitimo, vel datiuo: & videbatur, ꝗ legitimo, cùm enim in pluribus causis, qui est apud hostes habeať ꝑ mortuo, videbať, ꝗ sicut per mortem sit locus legitimo. l. Siquis sub conditione. versi. Quòd si tutor. ff. de testa. tute. ita etiam hic fieret locus legitimo, vel saltem omnia in suspenso relinquéda esse. §. Si ab hostibus. s. quib. mo. ius patri. potesta. sol ui. cuius cótrariú dř ex ea ratione, quia cú sit spes adhuc testamentarię propter fictionem postliminij, nó pt esse locus legitimę, sed deueniendum est ad datiuum, quia spes ista est fundata de iure communi, vt declarat Bar. in l. Siquis sub conditione. col. ii. ff. de testa. tute. Posset etiam pro ratione dubitandi adduci, quod dicitur de deportato & de seruo pœnæ, nam tunc sit locus legitimo d. l. Siquis sub códitione. & ratio decidendi est,

quia

illa spes est fundata in iure speciali, vt declarat ibi Bart.
1 Primò not. q̄ si tutor capiatur ab hostibus, non fit lo-
cus legitimo, sed iudex dat alium tutorem, concordat
2 tex. in d. l. 1. §. Si apud. ff. de legi. tut. † & eodē modo si pa
tronus sit apud hostes, tutela liberti non defertur filijs
patroni, sed iudex dat tutorē d. §. Si apud. Et aduerte, q̄
cū ministerio locutus est simpliciter Imperator in hoc.
§. cùm in superiori locutus sit de tutore testamento da
to, ratio est, quia siue sit tutor testamentarius, qui ab ho
stibus captus sit, siue sit legitimus, omnino est locus da
datiuo: de testamentario clarum est per ea, quæ in supe-
riore. §. dicta sunt: de legitimo est tex. in d. §. Si apud. vn-
de Imperator hic voluit vtrúq; cóplecti. Siue ergo sit tu-
tor testamentarius, siue legitimus, qui ab hostibus cap-
tus est, est locus datiuo, non autem, vel legitimo in de-
fectum testamentarij, vel legitimo inferioris gradus, si
præcedens legitimus captus sit.

Secundò not. q̄ cessante causa cessat effectus, & q̄ ces
sante impedimento introductum est, de quo dictum
fuit latè suprà in præcedenti. §. in 5. nota.

3 Tertiò not. quòd † fictio postliminij habet ē locum
in tutela datiuo est, quia cùm ille, qui redit ab hostibus,
fingat semper fuisse in ciuitate, & nunq̄ captus fuisse, fi-
ctione iuris durauit semper tutor. §. Si ab hostibus. vbi
latè fuit dictum. sup. quib. mod. ius patr. potesta. solui.

4 In glo. fin. fi. Dicit glo. q̄ † q̄uis reuersus ab hostibus
recuperet omnia, ac si nunq̄ amisisset, & fictione iuris
fingatur semp fuisse in ciuitate, tñ non tenetur de ad-
ministratis per datum à iudice in sui locū durante eius
seruitute, quia cùm non sit factum culpa sua, quominus
nus ipse administrauerit, nō poterit teneri de neglectis
non poterit etiam teneri de gestis ab illo, quia cùm ipse
non substituerit, sed iudex sine culpa ipsius tutoris, qui
erat apud hostes, non debet consequi damnum ex hoc,
q̄ tutor in locum eius datus malè forsan administraue-
rit, allegat glossa in arg. textus in leg. Sed & ab hostibus.
iuuatur exceptione, si non stetit in iudicio: ratio est, q̄a
cum nulla culpa præcesserit hunc casum, non debet pos
se molestari ex eo.

Circa. q. motam per Ange. hic, q̄ quis non teneatur
de gestis per eum, qui vices eius gerit, non est insistendū
præsertim quia necesse esset intelligere in vicegerente
deputato à superiore, non in vicegerente deputato ab
eo officiali, cuius vices gerit: vide hic per eum, & per
Doct. in c. 1. de offi. vica. lib. 6.

## §. SED EX HIS.

1 *Lex tollitur per non vsum.*
2 *Tutores à iudice dantur ex inquisitione.*
3 *Lex noua supplet antiquam.*
4 *Tutor datiuus cauet rem pupilli saluam fore.*
5 *Tutores coguntur administrare.*
6 *Leges, quæ in aliquo sunt defectiuæ, sunt abrogandæ.*
7 *Inquisitio in dandis tutoribus quid contineat.*
8 *Tutor datus ex inquisitione an satisdet.*
9 *Nam pro quia.*

DIVIDITVR in duas partes: in prima po
nitur dictum, in secunda ratio dicti. secun
da, ibi. Nam in supradictis legibus.

Quia in legibus prædictis non caueba-
tur de satisdatione rem pupilli saluam fo-
re, & de cogendo ad administrandum tutore, desierunt
ex eis tutores dari. h. d.

Casus non est figurandus, cùm enim referat dispofi-
tionem, & historiam quandam iuris antiqui, qua cautū
non erat tutorem cauere debere pupilli rem saluam fo
re, nec tutorem cogendum esse, & quòd ideo Consules
& Prætores supplentes dispositionem illarum legum
dare cœperunt, nulla cadit ratio dubitandi aut deciden-
di, & tex. in se planus est.

In tex. ibi, Posteaquam primò Consules. Hoc fuisse tē
pore Claudij iam suprà in rubrica dictum fuit ex Tran-
„ quillo. Sanxit (inquit) vt tutores à Consulibus extra
„ ordinem darentur. & hoc est quod dicit tex. in l. 1. ff. de
confir. tuto. Repleri à consulari potestate.

In tex. ibi, Deinde Prætores. Hoc fuisse temporibus.
M. Ant. author est Iulius Capitolinus, qui primus Præto
rem tutelarem constituit, vt dictum fuit. supra in rubri.

1 Primò no. ex hoc tex. secundū Ange. & alios, q̄ † lex
tollitur per non vsum, quod notabile non benè sumi-
tur ex hoc tex. nam non solùm ex ipso non vsu, sed ex
dispositione noua sublatum est, vt tutores ex illis legi-
bus prioribus non darentur: nam quàmuis ex l. Attilia,
& l. Iulia, & Titia daretur olim tutor in casibus prædi-
ctis, cùm postea esset tributa authoritas dandi alijs ma-
gistratibus, q̄ illis ordinatis per illas leges, & in ordina-
tione nouorū magistratuū superflua esset illa dispositio
prior, quę omiserat duas prouisiones necessarias circa
hoc, de cautione. s. & coactione, talis noua lex, quamuis
multa ex l. antiqua ducat, tamē nouam quandam dispo
sitionem afferre videtur. l. Ius ciuile. cū ibi notatis. ff. de
iusti. & iur. nō ergo fuit desuetudo, quę de medio sustu
lerit d. l. sed fuit noua prouisio, qua factum est, vt in po-
sterum non sint dati tutores ex illis legibus: & ita decla
randus est hic tex. An autem, & quando lex tollatur per
desuetudinem, dixi latè in §. Igitur suprà in proœ. & in
§. Libertinorum. suprà de liberti. & dicetur infrà de te
sta. in prin & de satisd. in principiò.

2 Secundò not. q̄ † tutores dantur à iudice ex inquisi-
tione, idest præhabita inquisitione de vita, & moribus,
& facultatibus eorum, de quo dicetur in glo. in verb.
Ex inquisitione.

Tertiò no. q̄ Prætores in hoc casu non cœperunt da-
re tutores ex eorum officio, & sic ex authoritate præto
ria, sed ex constitutionibus, quod verum est, quia ex cō
stitutione. M. Antonij creatus fuit Prætor ille tutelaris,
de quo dictum fuit suprà in rub.

3 Quartò no. q̄ † lex noua supplet veterem, quod quā
sæpissimè accidit secundum exigentiam temporum ca.
Non debet. de consangui. & affini. cum vulgari.

4 Quintò no. q̄ † tutor datiuus cauet rem pupilli saluā
fore l. 4. ff. rem pup. salu. for. quæ cautio præstanda est,
vt sit prospectum ipsis ex administratione tutorum, ne
quid detrimenti patiantur ex fraude aut negligentia
administrantium, vt infrà de satisda. tuto. in princi. vbi
dicetur, vbi est locus suus.

5 Sextò not. q̄ tutores coguntur administrare, solent
enim cogi tutores extra ordinem tutelā administrare,
etiam, q̄ tutor, postquam scit se datum tutorem, si ces-
sat, suo periculo cesset, ita enim à diuo Marco constitu-
tum est. l. 1. in princ. ff. de admi. tuto.

6 Septimò nota hic Christoph. q̄ † leges, quæ in aliquo
deficiunt, sunt abrogandæ, & procul eijciendæ, quia (di
cit ipse) qui in vno peccato commisit factus est omniū
reus. l. pen. C. ad Sylla. iuncta. l. Cassius. ff. de Senatu. sed
hoc non dicit hic tex. sed benè, quòd suppletæ sunt illæ
leges non à magistratibus his, sed à constitutionibus,
quæ magistratib. his authoritatē concesserūt alijs adie-
ctis, in quib. deficere videbantur illa & leges priores.

In glosa Postea. Legendum est (postea quam primò)
idest primo loco propter verbum (deinde) positum pau
lò infrà.

7 In glo. in ver. Ex inquisitione. Dic, q̄ in inquisitione
venit, an tales sint tutoris facultates, vt negotijs suis su-
peresse nō possit, nam tunc excusari solet, vt in d. §. Sed
propter.

propter.non q tutoré faciat suspectum paupertas. l.Suspectum.ff de suspee.turo.§.fi.r.de suspec.tuto.postquã datus est, ita vt possit remoueri vt suspectus, sed aliter tunc prouidetur, vt videbimus in d.§.fin.in glo.fin.venit præterea indagatio morũ, an.s.fidelis, & diligens sit, an bonis moribus præditus: inquirunt prętetea omnia ea, ex quibus hominum fides aliquando vacillare ac labefactari vt.l.Scire.§.fin.ff.de tuto.& cura.dat. ab ijs.eum similib.& optimè declarat hic Theophilus.†An aũt tutor datus ex inquisitione satisdare cogatur, de quo per Ang. hic, vidẽdus est tex.expressus infra de satisd. tut. & cur. §. 1.vbi dicetur, est enim ibi locus suus.

9 In gl.Nã ꝑ qa.est vulgaris hæc expositio, de qua inf. de reb corp.& incorpo.in princ.bonus tex. qui semper allegatur ad hoc in l fi.§.1.ff.de doli excep.dicit Bar.in l. Demonstratio.§.Quod autem. col.2.ff.de condi. & demonst.vbi dicit, q ponitur causaliter.

In gl. in ver.Fore. Dic, vt dixi, q hanc cautionẽ præstãt oẽs administratores pupillorũ, adolescẽtiũ, ꝓdigorũ, furiosorũ, surdorũ, mutorũ, fatuorum, & oẽs ij qui aliena negotia administrãt. l.Non quasi.§.fi.ff.rẽ pup.sal. fore.l.Dabimusq; cũm ll.seq.ff.de priui.cred.ea rõne, vt dictũ est, ne ex dolo, aut negligentia, ex incuria eorũ detrimentum patiantur, & vt dicit tex.infrà de satisd. tut. in prin.ne pupillorum, aut adultorum bona à tutoribus vel curatoribus consumatur, aut diminuantur.

In gl.fi.De hoc videbimus in d.§ pe.vbi est loc⁹ suus.

## §. SED HOC IVRE.

1 *Hoc iure utimur, quid ista verba significent.*
2 *Secundum iurisdictionem, vel secundum mensuram quid importet.*
3 *Solidus nummus qui, idem quod aureus.*
4 *Defensores ciuitatum qui, & eorum iurisdictio, & officium.*
5 *Antistes quis dicatur, & qualiter accipiatur.*
6 *Iuridicus Alexandrinæ ciuitatis, quis dicatur.*
7 *Communis usus facit ius.*
8 *Consuetudo imprimis debet inspici à iudice.*
9 *Practica antiqua non est relinquenda.*
10 *Tutor dari debet à iudice, sub quo est pupillus.*
11 *Iudex laicus an tutorem clerico dare possit.*
12 *Laicus an possit esse tutor clerici.*
13 *Difficultates iuris & circuitus sunt e uitandi.*
14 *Publica persona dicitur magistratus.*
15 *Tutores dans pupillis cautionem accipit suo periculo.*
16 *Iudices criminales de ciuilibus causis non se ingerunt.*
17 *Iudex tutores dat sua iurisdictionis, si adsunt, alias quid agendum.*
18 *Missio in possessionem potest fieri ab alio iudice, quàm ab eo, qui tulit sententiam, si bona sint in diuersa iurisditione.*
19 *Tutoris dati à iudice non suo datio an teneat tutoris consensu accedente.*
20 *Tutor à quo iudice dandus sit.*
21 *Delegari à magistratibus quæ possint.*
22 *Facultates magnę uel paruæ dicuntur arbitrio iudicis*
23 *Iussu & Mandatum* } *quid differant.*
24 *Mandatum & Præceptum* } *grauitum est*
25 *Mandamus & Præcipimus* } *non differunt.*
26 *Mandamus idest tribuimus.*

DIVIDITVR in duas partes: in prima recitatur ius, quod erat ante Iustiniani nouissimam constitutionem: in secunda ponitur correctio, & ordinatio Iustiniani.secũda ibi, Nos autem.

Romæ Præfectus vrbis, & Prætor tutores hodie dãt, in prouincijs Præsides, si maiores quingentis solidis pupillorum facultates sint, si minores, Defensores ciuitatũ cum Episcopo, vel alij magistratus.h.d.

Casus figuratio non est nessaria, quia recitatur tamẽ ius antiquum, & quod hodie viget: omne enim, quod dispositum est per Iustinianum, ex ea ratione processit, vt facilius esset prouisum pupillis, nec aliqua difficultas intercederet expectandi in prouincijs Præsides, hoc enim tantum correxit Imperator: nam, vt patet ex verbis tex.nostri in prin.ibi, Hoc iure vtimur. docet Imperator, quod tunc obtinebat ius, ergo tempore Iustiniani hoc obtinebat, vt Romæ Pręfectus vrbi, vel Prætor secundum suam iurisdictionem, in prouincijs verò, si amplæ erant pupilli facultates, Præsides tutores darẽt, si verò non essent magnæ, etiam magistratus iussu præsidum. Iustinianus correxit sua lege tantum hanc vltimam partem.s.quando facultates pupilli non excedunt summam quingentorum solidorum: nam hoc casu voluit nõ esse expectandum iussum pręsidum, sed Defensores vna cũm Episcopo, vel alios magistratus etiam Iuridicum Alexandriæ in sua tamen iurisdictione tutores dare posse: vnde Romæ relicta est sua dispositio, vt Pręfectus & Pętor pro sua iurisdictione ius dicant, quinimò & incorrectum remansit, vt pręsides in prouincijs dent tutores, quando pupillorum facultates amplæ sunt.

1 In tex.ibi, Hoc iure vtimur. † Vtuntur Iureconsulti hoc modo scribendi, quoties variata est aliqua dispositio penes priscos, vel variæ sunt dispositiones, & tandem deuentum sit ad practicam quandam eam ex legibus, q̃ ex obseruantia quadam ductam, vt videre potest diligens obseruator locutionum Iurisconsultorum, in l.Ius dandi.ff. de tuto.& cur.dat.ab ijs. in l. Hoc iure.ff. de reg.iur.

2 In tex.ibi, Secũdum suam iurisdictionem. †Expone.i. quatenus se extendit cuiuslibet iurisdictio, cum enim Prætoris iurisdictio Romã tantum contineatur, Præfecti vrbi autem se extendat vsque ad centesimum lapidem.l.1.§.Cũm vrbem.ff.de offi. Pręf. vrb. (quamuis in principio intra Italiam iurisdictionis Præfecti vrbi locũ esse dixerit) dabit quilibet eorum pro modo suæ iurisdictionis tutores pupillis. Eodem modo loquendi vsus est Imperator in Auth.de exhib.reis.versic.Igitur ne latente eo.ibi, Secundum mensuram declarati debiti idest eatenus quatenũs debiti summa se extendit, & dicetur ẽt in glo.& in terminis nostris proprijs vtitur Iurisconsultus in l.In causæ la. 2. ff. de mino.ibi. Et tam Pręfectus „ vrbi, quam alij magistratus pro iurisdictione sua resti- „ tuere in integrum possunt.

3 In tex.ibi, Vsq; ad quingentos solidos valeãt.†Solidũ nummum aureum apud nos esse nemo potest ambigere, nam Vlpia.in l. Si verò plures.§.Prętor ait.ff.de ijs q deie.vel effud. refert edictum Pretoris, cuius verba hęc „ sunt. Nequis in suggrunda, protectione, vel supra eum „ locum.quo vulgò iter fiet, vel in quo consistetur, id po „ situm habeat, cuius casus nocere alicui possit. Qui ad „ uersus ea fecerit, in eum solidorum decem in factum iudicium dabo. Hoc idem edictum referens Iustinianus. infra de oblig.quę ex quasi delicto in §.Cui similis est.dicit pœnam hoc casu decem aureorum constitutam esse. Idem Vlpia. in l. pen. ff. de in ius vocan.refert poena quinquaginta aureorum constitutam esse in eum, qui aduersus edictum Pręoris de venia petenda edicens cõmiserit, quod edictum referẽs Iustinianus. inf. de pęna teme.

teme litigan. in fine dicit pęnam constitutam esse à prætore eo casu solidorũ quinquaginta. Solidos aũt inde-
3 dictos putat Budæus quasi iusti,& integri ponderis,ducit aũt id ex Lampridio in Alexandro. Is ita inquit : Ve-
,, ctigalia publica id cõtraxit, vt qui decē aureos sub He-
,, liogabalo præstiterant, tertiam partem aurei præstarēt,
,, tuncq; primũ semisses aureorum formati sunt : tum ēt
,, cùm ad tertiam partem aurei vectigal decidisset, tremis
,, ses : dicente Alexandro etiam quartarios futuros : sed
,, cùm non potuisset per publicas necessitates,cõflari eos
,, iussit,& tremisses tantum solidosq; formari. Libram au
,, ri aũt cepisse hoc tempore.72.solidos indicat.l.Quotiescunq;.C.de suscept.& arca.lib.10.

4 In tex.ibi,Defensores ciuitatum.† Defensores ciuitatum olim constituebantur in qualibet ciuitate uiri moribus & rerum vsu idonei , non ex numero decurionũ, eorũ.s.qui in Senatu veluti illius ciuitatis cõnumerabatur,nec minus ex numero aut corpore cohortalium,de quibus alibi dicemus, sed alias quasi ex plebe.l. 2. C. de Defens. ciuit. quos Honorius & Theodosius iusserunt eligi decreto Episcoporum,clericorum,honoratorum, curialium ac possessorum relata ordinatione ad præfectũ ptorio.l.Defensores ita.C.eo.ti.nec abdicare se poterãt magistratu,nisi certis casibus sub pęna.30. librarũ auri.l.vlt.C.de Defens.ciui. Huius magistratus cura erat ea,quã pater iure quodã ordinario habet in filios , fungebãtur.n. vice parentum,eamq; operam plebi exhibebant, quam parentes solent filijs suis exhibere , eorũq; officium erat curare, ne tam rustici quàm vrbani , & ciues illarum ciuitatum præmerētur indebitis descriptionibus aut exactionibus, & ne insolentia officialium,aut procacitate iudicum affligerentur, propterea q; habent facultatem, cum volunt, adeundi iudicem, & præsides locorum.l.In Defensoribus.C.de Defenso.ciui.& in effectu tueri debent plebem , nec non decuriones ab improborum insolentia & temeritate. l. Defensores nihil. eodem ti.eorum tandem officium, & authoritas deprehenditur ex l.prædicta,& l.per omnes l.Defensores ciuitatum l. Defensores ita & l. iubemus eod. titu. & latius hic attigimus in annota.

5 In tex.ibi, Religiosissimo antistite. Antistitē hic pro Episcopo accipi in dubium non reuoco , cùm antistes Episcopus sit dictus eò, ꝙ primus illius diœcesis sacerdos sit.Sũt.n.apud antiquos antistites primarij cuiusq; templi sacerdotes etiam declarauimus sup. de liberti.in §. Multis.in glo.in versi.Ecclesijs, & ita accipitur in l. Si quenquam in l.Decernimus.C.de episcop. & cleri.quãuis,& antistes pro ipsis parochis accipi aliquando existimem,vt dixi.in d.§. Multis.per tex.in l.1.C.de ijs,qui in eccle.manu. Alibi sacræ legis antistitem appellaruut Arca.& Hono. Imperatores idest sacræ legis doctorem primarium,sicut & Dioclitia. liberalium studiorum antistites appellauit in l.1.C.de decre.decur.lib.10.

In tex.ibi, vel Iuridicum Alexandrinæ ciuitatis. Fuit
6 enim †in ciuitate Alexãdriæ institutus magistratus à Romanis , qui Iuridicus nomine quodam generali appellaretur , vt patet.ff.& C.de offi. Iuridi.Alexand. Est enim iuridici nomen generale,& iudicem significar, quomodo vsus est Scæuola in l. Thais.§.Lucia Titia. ff. de fidei. lib.hic autem magistratus Alexandriæ locum iudicis cuiusdam inferioris retinebant,nam erat ibi præfectus augustalis institutus ab Augusto post deuictos Antonium, & Cleopatram,qui pręerat toti Aegypto, Iuridicus autem Alexãdrię erat specialis quidã iudex illius ciuitatis.

7 Primò no.ibi,Sed hoc iure vtimur , quòd † communis vsus facit ius l.De quibus.ff.de legi.& dictum fuit in §.Ex non scripto.suprà de iure natu. gen. & ciui. Minimè enim mutanda sunt quæ longam interpretationem
8 habuerunt l. Minimè. ff. de legi. Inspicere enim †debet ante omnia iudex quod consuetum est cap. Cùm dile-
9 ctus.de consue. nõ enim recedendum †est à practica præsertim antiqua , vt notat Bald.per illum tex.in l. Illud.ff. de excusa. tuto. vera enim interpretatio ab ea sumitur, vt dicit Bald. in cap. 1. in princi. in titulo de feudo sine cul.non amit.

Secundò no. ꝙ † Romæ Præfectus vrbis & prætor secũdum suam iurisdictionem tutores dant,& in prouincijs,pręsides , & si non essent magnę pupillorum facultates , olim dabant magistratus iussu præsidum , hodię verò Defensores ciuitatum , vel alij,de quibus.infra & hoc clarissimum est.

Tertiò not. ibi , Secũdum suam iurisdictionem. quòd
10 tutor debet †dari à iudice,sub cuius iurisdictione sit pupillus,vel eius bona,de quo dicetur in gl. Et hinc solet
11 dubitari,†an iudex laicus possit tutorē dare clerico , &
12 an laicus possit esse tutor†clerici: & quò ad iudicem videtur dicendum ꝙ non: quò ad hoc ꝙ laicus possit esse tutor clerici.videtur dicendum ꝙ sic secundum Bald.in cõsi.143.In quæstione li.t.de quo per Deci.in cõs.150. Dubitatur.col.4.ver.Non obstat,quòd laicus.

Quartò no.ibi,Vel magistratus iussu pręsidum.ꝙ datio tutoris delegari potest, & quia de hoc latè dicendũ erit in glo.in ver.Iussu.non insisto nunc.

13 Quintò no. ꝙ † difficultates in iure resecandæ sunt, & circuitus sunt euitandi.l.3.C.commu.de lega.l. Videamus.ff.sicut plusquam per l.Fac.l.In omnibus.ff.de acti. & oblig.l.Dominus.in fi.ff. de condi. indeb.vbi glo. fin. quæ plura cumulat ad hoc bonus tex.in l. Si ita scriptũ. ff.de statulib.Ias.tradit in d.l.Dominus.in 4.notab.

14 Sextò not. quòd † publicę personę appellatione hic venit magistratus , quia publica persona magistratus, dicitur eò , quòd omnibus expositus sit , & omnibus ius dicere teneatur etiam publica persona dicitur tabellio eò , quòd omnibus passim sit expositus , vt seruiat, non vt imperet , vt in magistratu,& magistratus etiam alia ratione dicuntur iuris publici. l. 1.§. Huius studij. ff.de iusti.& iur.Hic autem obiter annotare volui,quòd ex verbis Iustinani hoc videtur inferri , quòd si minores quingentis aureis facultates pupilli sint, possint Defensores ciuitatum cum Episcopo, vel alij magistratus, vel Iuridicus Alexandriæ tutores dare , & ponit quod dicit de magistratu,& Iuridico Alexandriæ desiunctiuè, & alternatiuè per dictionem ( vel : ) Theophilus tamen hic , qui hæc eadem iura Græcis suis descripsit,copulatiuè hoc videtur exigere : verba sua sic se habent :
,, Verùm Imperator noster per constitutionem suam hu
,, iusmodi difficultates hominum resecans disposuit , vt
,, non expectato præsidum iussu , si facultates pupilli ,
,, vel adulti vsque ad quingentos aureos valeant, possint
,, Defensores ciuitatum vna cum eiusdem ciuitatis reli-
,, giosissimo antistite , vocatis & alijs publicis personis.
,, idest magistratibus, vel Alexãdriæ Iuridico tutores aut curatores creare. Magis tamen placet, vt alternatiuè ponantur Defensores , & alij magistratus repetito semper (antistite) vt hic dicitur.

" cire coguntur. Non ergo precisè coguntur defendere: bene præcipi põt, ut defendant, sed siquando recusent, nõ precisè coguntur, sed remouentur ut suspecti, & damnũ & iactnram pupillorum pręstant, & sic concor. ille tex. loquens de iudiciis cum tex. in d. l. Si tutor. & hoc idem vĩ velle tex. in l. Eum qui. C. de procu. qui præsupponit pupillos in illo casu, quãuis tutores habeãt, posse indefensos remanere, & sic ex his destruitur distinctio Bar. in d. l. Si tutor. quæ fuerat Dyni, quam sequitur Sal. in l. fi. C. de admin. tuto. & Ange. & alii hic, & ita puto verissimum esse.

In gl. in ver. Post tempus. De hoc latè dictum fuit. s. in 2. no. tenẽt communiter Doct. conclusionem gl. nostrę in d. l. Siquis mihi bona. §. iussum. ff. de acq. hær. pro qua ponderaui hæc iura in 2. no.

Gl. vltima clara est, & Io. Fab. hic exẽplificat, qualiter possit perperã aliter interponi authoritas, uide eum: fa-
23 tis est, ꝙ† authoritas perperã interposita non reddit a-
24 ctũ validũ d. l. 2. ff. eo. nã paria sunt† authoritatẽ non interponere, uel interponere & nulliter vel non legitimè l. Quoties. ff. qui satisd. cog. ubi latè Ias. Dec. in c. Edoceri. col. 3. de rescrip.

## §. SI INTER.

1 *In rem suam quid significet.*
2 *Peragere iudicium quid sit, & peragere reum.*
3 *Lis esse potest inter tutorem & pupillũ durãte tutela.*
4 *Mater & auia quãuis creditores possunt esse tutrices.*
5 *Author in rem suam nemo esse potest, et quãdo possit,*
6 *Bona fide quãdo dicatur authorari in facto suo tutor.*
7 *Episcopus, si habet bona communia cum canonicis, au thoritatem non præstat, ut augeatur aut diminuatur præbenda.*
8 *Tutor Prætorius qui esset, & quando daretur, & cur ita dicerent.*
9 *Tutorem habenti tutor non datur, sed curator.*
10 *Curator ad litem uertentem inter tutorem & pupillum datur.*
11 *Curator liti datus ei assistit, donec ea durat.*
12 *Curator ad litẽ satisdare tenetur rẽ pupilli saluã fore.*
13 *Negotiorum gestorum tres sunt species.*
14 *Actio utilis negotiorũ an detur contra curatorẽ adulti ante xxv. annum, uel aliter durante cura.*
15 *Tutor testamentarius debitor uel creditor pupilli an esse possit.*
*Authen. Minoris debitor. an locum habeat in tutore testamentario.*
16 *Tutor habetur loco domini.*

NOn diuiditur propter vnicum literę contextum.

Lite inter tutorẽ & pupillum vigente datur curator, qui definit esse curator finita lite. h. d.

Casus literaliter figurandus est vigente. n. lite inter tutorem & pupillum conflictus regularũ iuris maximè fiebat, nã & pupillus in iudicio sine tutore esse non poterat. l. i. §. i. ff. de admi. tu. & tutor in rem suã author esse non poterat. l. i. ff. eo. titu. & tutorem habenti alius tutor dari non põt regulariter. l. licet. C. in qui. cau. tuto. hab. tu. dar. poss. vnde necessarium fuit prouidere, ut daretur curator ad illam litem, qui defineret esse curator finita lite. Pro declaratione th tex. nostri sciendum est in hoc casu variè prouisum fuisse: nam vno tantum tutore existente, si lis inter ipsum & pupillũ intercedebat dabatur tutor à Prætore, qui prætorius appellabatur: hoc fuit correctum eò, quia visum fuit inconueniẽs habenti tutorem dare alium tutorẽ contra. d. l. Licet. & ꝓuisum vt daretur curator, ut hic, & in l. i. C. de in lit. dã. tut. quia tamen hoc etiam nescio quandã suspicionem afferebat, ne pupilli fraudarentur, si credit eorum uel debitor tutelam administraret statutum est nouissimo

Authen-

Authenticorũ iure, ut debitor vel creditor minoris nõ
possit eidẽ esse tutor, Auth. vt ii qui obli. se perhi. hab.
res mino. & dicetur inferius.

1 In tex. ibi, In rem suã. Latina est elocutio. l. ad utilita
tem & commodũ suũ, qua frequentissimè utuntur Iu-
,, reconsulti. Caius in l. ij. ff. de nego. gest. Siquis absentis
,, negotia gesserit, licet ignorãtis, tñ quicquid vtiliter in
,, rem eius impẽderit, vel ẽt si se in rẽ absentis alicui ob-
,, ligauerit, habet eo noĩe actionem. Teren. in Andr. Si in
,, rem est vtriq;, ut fiant, accersi iube. Et in Hecy. Quòd si
,, id faceres, magis, in rem & nostram & uestram id esset.
2 In tex. ibi, Iudicium † peragitur. Peragere iudiciũ est
perficere ita, vt sententia ferat. Paulus in l. Non distin-
,, guemus. ff. de arbi. Quia (inquit) & si sponte iudicium
,, accepisset, cogeretur peragere. Hinc dicimus peragere
reum. i. ita iudicium & accusationem prosequi, vt dam
netur. Vtitur Vlpia. in l. ii. ff. ad l. Iul. de adul. & Paulus
in l. ab accusatione. ff. ad senatusconsul. Turpill. Liuius
,, libr. 4. ab vrb. condi. Vos autem, si reum perago, quid
,, acturi estis?
3 Not. primò, q † põt esse lis inter tutorem & pupillum
durante tutela, ad idem tex. in l. j. C. de in lit. dan. tut.
quod intellige secundum hæc tempora, nam hodie cre
ditor vel debitor pupilli tutor esse eiusdem non posset
auth. Minoris debitor. C. qui dari tut. poss. tamen hodie
4 remansit hoc in matre & auia, quę † quamuis sint debi-
trices aut creditrices, omnino non prohibetur tutelam
gerere, auth. ad hæc. C. quand. mul. tute. offi. fung. pote.
item quando debitum uel creditum superuenit duran-
te tutela, puta, si tutor hęres factus sit creditoris aut de
bitoris, nã isto casu non desinit esse tutor, sed adiungit
ei curator, vt in Auth. ut ii qui obliga. perhi. ha. res min
§. Sed & siquis, & est glo. in verb. Creditor in d. authen.
Minoris debitor.
5 Secundò no. q † quis non põt esse author in rem suã,
quæ est notissima iuris ciuilis regula, vt dicit tex. in l. j.
in prin. ff. eod. l. pupillus. in prin. eod. ti. quod limita, nisi
bona fide faceret, nam tunc in facto ꝓprio potest ętiã
authoritatem præstare. l. Cùm ipse. C. de cõtrah. empti.
6 l. Non existimo. ff. de admi. tu. & bona fide dicit facere,
qñ exequeret præceptum testatoris, ut in pulchro casu
tradit Soz. in consi. 87. In præsenti consultatione in 2.
dubio. col. 5. sequit Dec. in cons. 441. Pręsens cõsultatio
col. ij. vers. Non obstat, q D. Antonius. Et sic in simili di
7 ci solet, q si Episcopus † habeat bona cõmunia cum ca
nonicis, non põt præstare authoritatem, ut augeat uel
diminuat ꝓbenda, ita notant Abb. & Dec. in c. Cùm ac-
cessissent. de cõsti. vbi Dec. col. 8. versi. Quarta cõclusio.
facit tex. in clem. ii. de reb. eccl. non alien.
8 Tertiò no. q † olim dabat tutor prætorius, qñ lis erat
inter tutorem & pupillum: dictus aũt erat prętorius, q a
à prętore dabatur, quod clarè explicat hic Theophilus
,, cuius verba sunt: Hac in specie olim à prætore tutor
,, dabat, qui dicebatur prętorius, q a prætore daret sicu-
,, ti & prætoria porta in castris, & prætoria nauis in clas-
se. Dicitur & prætorium imperium, apud Cice. & pręto
rium ius vbiq; legitur.
9 Quartò no. q † tutorem habenti non datur tutor: sed
curator, ita ex hoc tex. no. Angel. hic, qui tñ tex. potius
probat contrarium, cùm dicat, q olim dabatur, nec ui
detur correctus hic stylus ex eo, quia tutorẽ habenti tu
tor dari non debeat, sed potius quia cum hic detur cer
tæ rei vel causę, nõ debuit dari tutor, sed curator. §. Cer
tę. j. qui testa. tuto. dar. poss. regula tamen in se est vera
vt est tex. in l. licet C. in quib. cau. tut. hab. tut. dar. pos. l.
Cum iure. C. qui petant tut. & hoc prohibẽt iura, ut di
cit tex. in l. Si sororis. C. qui dari tuto. poss. §. Interdum.
j. de cura. de cuius regulæ ratione uidebimus ibi in
gloss. in versic. Dari.

10 Quintò no. q † lite existente inter pupillum & tutorẽ
dat curator ad eam litem, quod intellige, nisi adsint alij
cõtutores, ut est tex. qui utrunq; decidit in l. i. C. de in
lit. dan. tuto. ad idẽ tex. in l. Qui habet. §. Si pupillus. ff.
de tute. melior tex. in l. Si plures. ff. de testa. tute. quan-
do enim plures tutores sunt, superuacuum est posci cu
ratorem litis causa, q a altero authore cũ altero agi po-
test, vt ibi dicit, bonus tex. in l. Si tutor. §. Si testamẽto.
versi. Quem igitur. ff. de tute. & ratio. distrah.
11 Sexto not. quòd † curator datus ad litem assistit liti,
donec ea durat, qua finita expirat eius munus tanquã fi
12 nita causa propter quã datus fuerat. c. Cum cessante. de
appella. qui tñ curator satisdare tenetur rem pupilli sal
uã fore. l. Etsi ad species. ff. rem pup. sal. for. & ibi gl. nõ
tñ tenetur facere inuentarium, vt dicit Bar. in d. l. Etsi
ad species, seq. Signo. in consi. 250. Super dubiis. col. 4.
Spe. in ti. de acto. ab vniuer. uel cura. deputa. §. i. uer. pu-
beres. Rota decisi 45. Procurator in no.
In gl. 1. Conclusio glo. est, q tex. noster sit intelligen-
dus, si sit inter pupillum & tutorem agendũ iudiciũ ex-
tra causam tutelę, nam si essemus in causa dependente
à tutela, agi nõ posset iudicio tutelæ, est tex. in d. l. Nisi
finita. de aliis, q occasione tutelę venire possent, est tex.
in l. Si tutor reip. §. fi. cum l. seq. ff. de tute. & ratio. distr.
Quare Doct. hic & vbiq; distinguunt, q si agendum sit
ex causa, q ducat originẽ ante tutelã, & tunc, si sunt plu
res tutores, agi põt contra vnum cum authoritate alte
rius, l. Si plures. ff. de testa. tute. si vnus tãtum, dat cura-
tor, ut hic cũ simili. & hoc de iure antiquo, non ẽm ius
Authenticorum, auth. Minoris debitor uel creditor. C.
qui dari tu. poss. & in corpore vnde sumitur, nisi sit ma-
ter aut auia, auth. Ad hæc. C. qñ mul. tut. offi. fung. pot.
Si uerò causa penderet à tutela, nõ agit, d. l. Nisi finita.
in prin. & §. fi. ff. de tute. & ratio. distra. l. Si tutor reipu.
§. fi. cum l. seq. ff. eo. ti. & ita distinguunt Doct. in l. aduer
sus. C. de admi. tuto. ubi Sali. quod limita, nisi esse tutor
nõ verus, sed putatiuus, nã eo casu agit statim, quia cũ
non sit verè tutor, non cadit impedimentũ natiuitatis
actionis uel exercitii ipsius ut in actione tutelę, quę da-
tur contra uerum tutorem.
In gl. ibi, Idem in utili negotiorũ gestorum. Sciã
13 ante oĩa inuenes † negotiorũ gestorũ tres esse species:
spontaneos & volũtarios, q voluntate sua nulla alia rõ-
ne cogente administrant & gerũt alterius negotia: hęc
gestio parit actionẽ negotiorũ gestorum directam &
contrariam, de qua videbimus. j. de oblig. quæ ex quasi.
contrac. nasc. §. i. necessarios, qui aliqua necessitate co-
gẽte administrant, vt curatores. l. 3. §. Hac actione. ff. de
neg. gest. & ex hac gestione prouenit vtilis actio nego-
tiorum gestorũ, ut ibi: quasi necessarios, qui necessitatis
suspicione gerunt. i. qui putãtes se teneri administrare
ad administrandum accedunt, vt (puta) si libero homi-
ni bona fide seruiendi aliquid sit mandatũ, nã si putans
se seruum administret, vtili negotiorũ gestorũ etiã ipse
tenetur. l. Atqui natura. §. Si libero. ff. de nego. gest. & ex
hoc intelligi põt, quid sit hęc utilis actio negotiorũ ge
storũ, nam cùm actio negotiorum gestorum propriè ha
beat locum in iis, qui pietate aut charitate absentium,
negotia eorum administrant sua sponte, cùm nec uer-
ba, neq; mens prætoris directa possit trahi ad hunc ca-
sum curatoris, qui necessitate cogẽte administrat, ideo
non dedit cõtra eos directã actionẽ negotiorũ gesto-
rum: quia tñ aduersus tales non est constituta propria
actio, ideo fuit meritò data utilis negotiorũ gestorũ a-
ctio dñis bonorũ administratorũ & dñis negotiorum.
14 Redeundo modò ad gl. conclusio ipsius est, q † actio uti
lis negotiorũ gestorum non det contra curatorẽ adulti
ante 25. annum, uel aliter durante cura circa quam gl.
allegat duo iura contraria, nam in l. 2. prohibetur agere

in l.Cum curatore.dicitur contrarium:& obiter aduer
te,quia tex.vulgatus in l.Cum curatore. corruptus est
in ver.(procuratore:) legendum enim est (pro tutore)
& licet gl.in vtraq; lege uariè soluat,tamen non uideo
veram solutionem, & quę non diuinet, uerba enim l.
Cum curatore.clara sunt,q cum curatore & pro tuto-
re etiā manente administratione agi pōt,item & verba
l.aduersus.q aduersus curatorem, quādiu administra-
tio durat,exerceri iudicium non potest.Glo.in d.l.cum
curatore.primò dicit,q ibi agitur damni,iniurię,furti,
& huiusmodi,nō autem vt rationem administrationis
reddat generaliter:quę solutio diuinat,cū ibi tex.gene-
raliter loquatur,quòd cum curatore manente admini-
stratione agi potest.Secūdò vult,q tex. loquatur in rei
vendicatione,de qua nullum uerbum ibi.Tertiò intelli
git in stipulationem rem pupilli saluā fore,& militat ea
dē responsio,cū de ea ibi nulla fit mentio.Quartò intel
ligit curatorem.i.eum,qui non est curator,sed credit se
curatorem,q̄ responsio est contra uerbi proprietatē,cū
dicat cum curatore agi posse. Bar.ibi vr̄ sentire,q ille
tex.intelligendus sit in curatore furiosi,qui intellectus
diuinat,cū facilè hoc dixisset Paulus Iurisconsultus au
thor illius l.si ita intellexisset, & fuit intellectus Iac. de
Areo a ibi,ut dicit Alberi.de Rosa. Dynus ibi intellige-
bat,qn̄ conueniebat tantum ꝓ una specie malè admini
strata,qđ repugnat generalibus verbis aptis cōprehen-
dere oēs casus.Mihi videtur,q clara sit solutio illius le
gis,ut dicamus,q l.Cum curatore loquatur generaliter
vt adultus agere possit indistinctè contra ipsum cura-
torem non impropriando uerba seu restringendo: est
enim hęc regula generalis,ut patet in l. Si cum tutore.
§.fi.ff.de tute.& ratio distrahen.cuius uerba sunt:Cum
curatore pupilli siue adolescentis agi poterit, & si ad-
huc cura perseueret.qui tex.ex superioribus patet q lo
quitur generaliter in re dependente à cura,cū tractet
ibi, an agi possit ex stipulatione rē pub. sal.fore.sed in
d.l.2.C.de admi.tu.tex.loquit non qn̄ adultus uult age-
re contra curatorem, sed qn̄ unus ex curatoribus agere
vult cōtra alium,nā hoc prohibet,ut est tex. in l. actus.
de admin.tu.& q ita debeat intelligi,patet ex uerbis ip
sius ibi,Cui collegę dati estis,item ibi, Quamdiu admi
nistratio communis durat [illegible]
materia,q aut concurator vult agere,& non pōt.d.l.a-
ctus.facit tex.in l.Cùm plures.ff.de admi.tu. aut agere
vult adultus,& tūc aut vult,q curator reddat totalē ra
tionem administrationis,& non pōt agi.l. Rationes.C.
de admi.tu.non.n.redditur rō,nisi finita administratio-
ne.§.fi.s̄.ti.i.aut vult agere alia ratione uel pp causam
pręcedētem curam,vel superuenientem extra causam
curæ,uel ex ipsa cura,dummodo non petatur ratio ad-
ministrationis,& hoc fieri potest.

In ea.gl.ibi,Sed certè,glo.vult,q quamuis contra tu-
torem non deē actio tutelę durante tutela, quia nō na-
scitur,& q aliæ actiones etiam præter actionem tutelæ
non denē pupillo.l.Sed non danē.ff.de tutc. & ratio. di-
strab.tn̄ hoc intelligendum sit, vt non denē ipsi pupil-
lo,ut ipse exerceat,sed q ipse per curatorem non possit
exercere iuxta istum tex.hoc non dicitur, & sic intelli-
gitur tex. in l.Sed non danē. vt ita demum deni, si per
curatorem exerceanē,glo.tamen ibi dicit, q hæc fuit
quorundam Doct.opinio,quam dicit sibi non placere.
Sed aduertēdum est,q ista gl.est falsa,& eam reprobāt
Ray.Bar.Bald.Alber.& alii in d.l.Sed non danē. dum se-
quunē glo.ibi,nam decipiē glo.ista in hoc, quia tex. in
l.Sed non danē.loquitur in illis actionibus.quæ occasio
ne tutelæ proueniunt,ut in actione furti, damni, iniu-
rię, & condictione, nam istę non dantur pupillo,neq;
ut per se exerceat,neque vt exerceat per curatorem,nā
si posset agere & exercere curatorem, non fuisset ne-
cessarium,q Iurisconsultus ibi respondisset tacitę ob-
iectioni illi,q hoc videbaē damnum pupilli, cum tales
actiones morte tutoris intereant,& ꝑ consequens suc-
cedente morte pōt pati damnum pupillus, qui inuenit
priuatus sua actione,nā dicit tex.q quamuis hoc verū
sit,tn̄ pupillus habet actionem cum hęrede, quia tutor
sibi soluere debuit,& sic ex causa ciuili,tex. autem no-
ster loquitur in actionibus extra causam tutelæ, vt.s̄.
declaratum fuit.

In ea. glo. ibi, Item nunquid. Clarum est,q de iure
antiquo creditor & debitor poterant esse tutores. l.Cū
in eo.ff.de pac.& satis probatur in tex.nostro,hodie ve
15 rò correctū est†hoc optima ratione expressā in Auth.
vt ij qui oblig.perhi.hab.res min. in prin. Sed dubiū est
an hoc habet locum in quolibet tutore,& pręsertim in
testamentario:& gl.hic,& in Auth.vt ij qui obli. perhi.
hab.res min.coll.6.in ver.Ad curationē, & in l.pater.ff.
de procu.tenet,q d.auth.generaliter habeat locum in
quolibet tutore pp generalitatem illius legis l.i.§. Et
generaliter.ff.de lega.præstand.item quia exceptæ sunt
matres & auię Authen.vt sine probi.mat.in princ. & in
auth.Ad hæc.C.qn̄ mul.tut.offi.fung.poss.& quia facilè
hoc legislatori fuisset exprimere.& fm hanc rōnem cō
suluit Dy.ut patet in consi.38.& idem tenet Ang. in d.
Auth.vt ij qui oblig.se perhi.hab.res min.in prin.col.3.
versi.Sed tunc quæro,& idem voluit Iac.de Belui.ut re
fert Bal.ibi.& hanc opi.se vidisse seruari in iudiciis di-
cit Alb.de Rosa.in d.auth.Minoris debitor. & in l.Quo
ties.§.i.ff.de admi.tu.& dicit Io.Fab.hic,q hæc opi. te-
neē communiter à Doc.& eandē opi.tenet Azo in sum
ma.C.qui dar.tu.poss.& Christoph.hic,qui dicit, q illa
opi.est tenenda,quæ mihi semper magis placuit,& fm
eā aliàs consului:nam si testator ignorauit creditū,uel
saltem non constat illum sciuisse,pręsumiē obliuio,nec
videē velle approbare fidē obstante credito Authen. de
trien.& semis.§.i.l.Hac consultissima.§. At cùm huma-
na.C.qui testa.fac.pos.& si cōstat ipsum sciuisse,ex quo
lex generaliter prohibet in dict.Authen. vt ii qui obli-
ga. non videtur, q testatoris electio aliquid operari
possit contra dispositionē legis,arg.l.testandi C.de rest.
l.Cerdonem.ff.de ope.lib.l.Nemo pōt.ff.de lega. i.cum
[illegible] fotutē, q d.auth.Minoris debitor
nō loquaē in tutore testamētario,tenet Azo in d.auth.
Minoris debitor.& Spe.in ti.de tu.§.fi.uer.Sed excipiē,
q est creditor,& Bald.in d.auth.Minoris debitor. quasi
auth.illa loquaē tantū in legitimis,ut patet ibi in princ.
Vel si à legibus.q̄ verba manifestè ostendunt contrariū
pp illam implicatiuam(uel.)Bar.tn̄ post. Oldra. & Cy.
in d.auth.Minoris debitor.distinguit,q aut sciuit testa-
tor,aut ignorauit:si sciuit & elegit, talis electio exclu-
dat oēm suspitionem,q̄ habet.d.Auth. ut ij q perhi.a-
liàs secus,quā opi.secutus fuit ēt consulendo in consi.
148.Quæstio ista.& idem uoluit Bal sibi contrarius in.
d.Auth.ut ij qui obli.perhi.& in l.Cùm in eo.ff.de pact.
vbi dicit esse communē post Guliel.de Cun. ibi, & idē
ibi voluit Pau.de Cast.Ang.& Salyc.in d. auth. Minoris
debitor.q̄ opi.etiam pōt in puncto iuris defensari, tamē
mihi semper magis placuit prima opi.

In fi.glo.Hæc glo.cōiter reprobaē, quia cadit eadem
suspitio,vt per Ang.hic,& per omnes in d. auth. Mino-
ris debitor.vbi videndum.

In glo.in verbo,In rem suam. Declara vt in textuali-
bus,nā in rem pupilli pōt esse author,quinimò tutoris
16 potestas in hoc est inuēta.benè verū est,q†tutor habeē
loco domini,ut in d.l.Interdum.la.2.§.Qui tutelā.ff.de
fur.& dum gl.hic & ibi declarat, cū benè administrat,
alias secus,dic,q quamuis teneaē & tutelę iudicio & a
liis actionibus tutor ēt furti,si malè versaē, tn̄ ꝑ hoc nō
censetur minus dominus quousq; non interdicatur ei
admi-

administratio l.Tutor.ff.de fur.benè verum est,q si pupilli rem furriperit tutor,& illam vēdiderit, illa res efficitur furtiua,quia quamuis cēseatur dominus tutor, hoc est uerum,cùm tutelam administrat, non cùm pupillum expoliat,ut dicit tex.quem debuit allegare gl.in l.Qui fundū.§.Si tutor.ff.pro empto.nō.n. est actus surripiendi gestus ut à tutore, sed ut à fure & extraneo, ideo non denegatur pupillo actio furti.l.Si tutor.§.fi. ff.de tut.& rat.distr.

## RVBR. QVIBVS MODIS tutela finitur.

CVM superius tractatum sit quibus modis tutela introducat,& d' authoritate tutorum, meritò subdit titulum,qualiter finiatur:seruat.n.plerunq; hunc morē Imperator,vt patet.§.de patr.potest.nam ponit quibus modis in esse deducat, nuptiis scilicet iustis,& adoptione:postea ponit titulum,quib. mo.ius patr.potesta.solui.sic.§.de obliga.usque ad titulū,p quas person.nob.obliga.acqu.ponit , qualiter obligatio nascatur,postea subdit titulum,quib.mod.tolli. obliga.Est autē necessarius hic titulus ad cognitionem perfectam tum propter actionem tutelę, quæ durante ea intentari non potest.l.Si tutor.in fi.ff.de tutc.& rati. distra.& dictum fuit.§.ti.i.§.fi.tum quia satis constabat tutelam esse pręsidium imbecillitatis ętatis,ut patet ex diffinitione,ideo qualiter hoc eueniret,commodissimè hic est appositum.

### PVPILLI.

1 *Pubes quid.*
2 *Tutela finitur pubertate.*
3 *Tutela Regis an finiatur pubertate.*
4 *Pubertas æstimatur ex habitu corporis tam à iudice, quàm à teste.*
5 *Aetas minor ex aspectu potest iudicari.*
6 *Senex an quis sit, iudicatur ex aspectu.*
7 *Sententia,qua quis pronunciatur uel minor uel senex ex aspectu, non facit plenam probationē,quia potest contrarium probari.*
8 *Testis deponens de ætate,& reddens rationem ex aspectu,an probet.*
9 *Honestatis & pudoris ratio habenda est.*
10 *Castitatis amatores esse debemus.*
11 *Fœmininum non concipit masculinum.*
12 *Pubertas quando in masculo & fœmina incipiat.*
13 *Præsumptio iuris & de iure quæ dicatur.*
14 *Annus inceptus non habetur pro perfecto in tutela,et quando,& in quibus casibus habeatur.*
15 *Illico } Mox } non exigunt sententiam.*
16 *Antiquitati benè positæ est deferendum.*
17 *L.Correctio euitanda,& quid circa hoc apud Locrenses statutum esset.*
18 *Pupillus capitur aliquando pro eo,qui est in potestate patris,nec tunc capitur impropriè.*
19 *Statutum loquens de pupillo an locum habeat in eo, qui patrem habet,& est impubes.*
20 *Probatio est efficacior omnibus alijs probationibus, quādo res oculis subijcitur.*
21 *Probatio per inspectionem oculorum admittitur etiā post didicita testificata & conclusum in causa.*
22 *Probatio per inspectionē oculorum in quibus casibus habeat locum.*
23 *Iudex an & quando teneatur pronunciare secundū acta & probata,uel secundum conscientiam.*
24 *Princeps potest secundum suam cōscientiam iudicare.*

DIuiditur in duas partes:in prima ponit dictum quòd tutela pubertate expirat:in secunda declarat, qualiter accipienda sit, quę potest subdiuidi in duas partes, pioni & ius antiquū & nonnum refert.secunda ibi,pubertatem.

Tutela finitur pubertate.i.in masculo.14.anno,in fœmina.12.h.d.

Casus literaliter figurandus est,cùm ponat regulam iuris in hac materia,nā cùm tutela uis sit atq; potestas ad tuendū eum,qui per ętatem se defendere nequit,consequens est,vt adueniente ætate,in qua leges animi iudicium præsumunt in homine,cesset potestas illa, quæ ob illius pręsumptū defectum introducta,erat, tanquā cessante causa illa ob quā fuerat introducta.l.Adigere. §.Quamuis.ff.de iure patro.in ea aūt ætate iudicii firmitatem incipere & virilē animum induere leges psumpserunt,in qua viderent ipsam naturam virilitatis signa in corpore præ se ferre, ratę vt cum corpore ipso animus etiā pubescat,& maturitatem quandam assequat. Hinc est apud Ciceronem lib.i.Officio.illud de Hercule
„ primùm pubescente,dum inquit:Nanq. Herculē Prodi
„ cus dicit,(ut est apud Xenophontē,) cum primū pube
„ sceret,quod tēpus à natura ad deligendum, quā quisq;
„ viam vidēdi sit ingressurus,datum est, exiisse in solitu-
„ dinē Cætera verò,quę in tex.circa pubertatis tēpus &
„ eius taxationem posita sunt,eū suā habeant rōnem dif fusè explicatam ob indecorā illam obseruationem inspiciendi corporis & pudendorum,quę natura ipsa quā tum potuit abdidit,non egent alia declaratione.

1 In tex.ibi,Pubertatem aūt.Pubem esse lanuginem illam primam,quę circa pudenda oriri incipit,nemo est, q nesciat,quò [illegible],ut pubem partem illam corporis Latini appellauerint, vt est apud Virg.

Et pulchro corpore virgo Pubetenus.Inde pubescere,lanuginem illam emittere,ut est apud Cicer. vbi.§. lib.i.Offi.& pubertas dicta est ætas illa,in qua plerunq; homines pubē emittunt,vt hic & in e. puberes.de despon.impub.vbi inquit Isidorus puberes à pube uocatos,idest à prudentia corporis quia hæc loca primò lanuginem ducunt.

2 No.primò,q†tutela finiē pubertate ea ratione,quam suprà posui in figuratione casus,ad idē tex.in l.Nisi fini
3 ta.ff.de tute.& rati.distr.consuluit†tñ Oldra.in cōsil.52. q tutela Regis non finiatur pubertate,circa quod vide Albe.in rub.C.qñ tuto.esse desi. vbi dicit fuisse.q.in curia Romana,& refert omnia dicta Oldradi.

Secundò no.sm Angel.hic ibi,Liberanē, q pupillus dr̄ obligatus & subditus tutelæ,& ea finita dicit libeiari,quod intelligit non propriè & simpliciter ut liberatio & solutio præsupponit obligationē.l.Decem.§. Decē.de uerb.obl.sed liberat potestate illa, quemadmodū dicit tex.§.quib.mo.ius pat.pot.solui.in princip.vbi diximus & declarauimus,uide ibi.

3 Tertiò no.q olim pubertas in masculis ęstimabatur ex habitu corporis,quod optimè pbat tex. in l. Minor 25.an.adito.ff.de minori.in prin.& hoc est verum etiā hodie,dummodo non probetur per aspectum in partibus pudendis, & ita inquit tex.ibi:& non solum hoc habet locum in iudice,sed etiam in teste, & q iudex ex aspectu

5 aspectu† possit iudicare minorem ętatem, est tex. in d.l.
6 Minor.25.ann.adito.& † eodē modo poterit iudicare iudex ex aspectu, an aliquis sit senex, vel non l.j.C.de mēdi.vali.vbi Bar.hoc notat, & idem est de mente Ang.in
7 Auth.de Quęsto.in fi.coll.6.hęc † tamē pronuncia non facit plena probationē, quia pōt contrarium probari, vt dicit Bar.in d.l.Minor 25. an. adito seq. Alexan.in consi.
8 29.col.ij.lib.7.Quò aūt † ad testem, an s.reddēdo rōnem depositionis suæ super ętate ex aspectu probet, tradit Bar.in l.Dæ ætate.ff.de minor. vbi facit quandam distinctionem & gradus de ætate in ætatem, bene verum est, q Bal.in l.solam.C.de testi.col.fi.dicit, q testis deponēs per aspectum corporis non probat, quia posset decipi, de quo videnda sunt, quæ ponit Alex. in d.consi.29.col.2.& seq.& Bal.in consi.229.lib.4.
9 Quartò no. q † honestatis & pudoris rō babenda est tam in masculis, quam in fœminis, indecorum.n.est & indagatio inhonesta, si in inspiciendi sint pueri circa pudēda, an pubes ipse appareat, vt inquit Imperator in l. vlt.C.quan.tu.vel cura. esse desin. vnde hęc decisio tex. nostri sumpta est. Hoc eodē modo loquēdi vtitur Imperator ī l.Castitati.C.de adulte.& alibi dicit Imperator, Ita nobis pudor cordi est.l.Ita.C.eo.tit.quinimmo voluit Bal.in l.Interpositas.col.ii.versi. Qńq; quis vult rescindere per officium. C. de transact. q pudoris metus satis sit ad cōtractum rescindendū, licet nō contineat, neq; mortis, neq; cruciatus alicuius metum, puta, si mulierem quis denudet, mineturq́. ita nudam extra domū
10 missurā. Et alibi dicit † Imperator se amatorē castitatis, q̄ sola potest cum fiducia hoīm animas Deo præsentare, in Auth.de lenoni.§.j. coll.3.& idem Iustinia. in l. Si qua illustris, C.ad Orfici.optima verba ponit circa castitatē maximè nobilium: Cū in mulieribus ingenuis (in-
„ quit) & illustribus, quibus castitatis obseruatio præci-
„ puum debitū est, & nominari spurios satis iniuriosum
„ satisq; acerbum, & nostris temporibus indignum esse
„ iudicamus, & hanc legem ipsi pudicitię, quam semper
„ colendam censemus, meritò dedicamus.

Quintò no. ibi, Bene putauit. q licet laudare facta sua & se ipsum commendare, de quo dixi.s̄.in §.j.in no. in pro[illegible]

11 Sextò no. q † dispositio facta in fœmina non comprehendit masculū: dicitur.n.hic, q extenditur dispositio, ergo non comprehenditur, & hoc idem probatur.s̄.de nup. in prin. vbi dispositio facta in filia furiosi non habebat locum in filio, vt ibi dixi.
12 Septimò no. q † pubertas in masculo incipit trāsacto.
13 14.anno, i fœmina transacto. 12. Pręsumit.n.lex, q † hoc tēpore sint puberes, & cùm præsumat, & super præsumpto disponat, talis præsumptio dicit iuris & de iure c. Is qui fidem.de sponsa.gl. in l.Siue possideris.C.de probat.Abb.i c.4.vbi Fely.de præsump.& declarat optimè Alcia. in tract. Præsump. in ii.par.in prin. & ideo non admitteretur probatio in contrariū aliquē hoc tēpore non esse puberem, nec pubem emisisse.l.Antiquę.C.ad Velleia.l.fi.C.ad Maced.l.fi.C.arbi.tute.l.A diuo Pio.§. Si pignora.ff.de re iudi.cum vulga. hoc tamen non recipit l.canonica in matrimonijs, in quibus puberes iuxta veritatem intelligi voluit non præsumptiuè, vt dixi.s̄. de nupt.in prin.
14 Octauò no.ibi, Post.14.annū completū. q † non sufficit, q annus.14.sit inceptus, sed exigitur completus, cū lex ita dictet, & sic q in tutela annus inceptus non habet pro perfecto: an aūt generaliter annus inceptus habeatur pro perfecto vel non, vis est quomodo verba sonent, vt declarant Bar. & Docto. in l.Sicui legetur.in prin.ff.de leg.j.vbi per oēs.non est materia nostra, ideo pertranseo quāuis malè putem declaratam à Doct. ibi & in l.Qui hoc anno.ff.de verb. oblig. bene verum est, q nisi aliud sit expressum à iure annus debet intelligi completus, vt dicit Archi.in c.fi. de iudi.libr.6.Abb.in c. Cum in cunctis.in prin. de electio. in c. Cum vigesimum de offic.deleg.in glo.j. Rot.decis. 324. Supposita in no. tū (vt dixi) verba consideranda sunt, vt dicit ibi Abb. Et ideo siquis promoueri possit in 18. anno, sufficit vnum diem attigisse.l.Si ita fuerit libertas relicta.ff. de man.testa.glo.in clemen.fi. de æta. & quali. in versi. 18.anno.vbi Cardi.in 4.q.declarat, & declarat Deci.in d.c.Cùm.in cunctis. in prin. col.fi.in glo. in ver. Exegerit. Putat tū Ang. hic, q statim q attigit vltimam diem. 14.anni, q sit pubes, & sit finita tutela, cùm hic agat de fauore, quod eius dictū est directè contra hunc tex. qui expressè dicit, Post 14.annum completū illico incipiat, non ergo incipit pubertas, nisi post completum, ergo ante finem vltimi diei non potest dici in totum cōpletus annus: item est contra tex. in dicta.l.Si ita fuerit libertas relicta.in princip.ff.de manum.testam.in l. Qui duos eod.titu.nec per hoc aduersetur tex.in l. Qua ætate.ff.de testa.quia iam complesse vr̄, quia iam annus excessit verè, alius enim annus incipit, & sic. 15. ipse die natali, non enim computatur de momento ad momētum, sed ipse dies natiuitatis perficit diem, & habet pro vno die, etiam si sit in vltima parte diei natus non autem dies vltimus: requirit enim, q sit perfectus dies vltimus anni: qui ergo nascit quacunq; hora calendarum Ianua. perficit annū suum vltima die Decembris, quia illo die verè finitur annus eius, quāuis si cōputaret de momento ad momentū, deberet expectari hora natiuitatis, & ita etiam seruandum est in tutela, nec per hoc vltimus dies cęptus habetur pro finito, quia vltimus dies finitus debet esse. sed primus dies pro integro die habetur, & ita declares, quia hæc est vera intelligentia illius tex.

No. nonò sm Ang.ibi, Illico, q adueniente pubertate ipso iure sine facto hominis finitur tutela, nam quo-
15 tiescunq; lex † apponit verbū, illico, statim huiusmodi tunc non exigitur sententia, vt est tex.in Auth.de incest. nup.in prin.vbi glo.in verb.Imminere. quæ reputat singu.à Nico.de Neap.ibi, & no.sing.Bar.in l.j.col.j.in fin. [illegible] circa fin.ff.de iur. fis.in l.Męuius. §. Dubus. col.fi.in prin.ff.de leg.2. Iaso.in §. Rursus.col.3.in prin.j̄.de actio.est tex.in l. Itemq́;. §.Si cui mandauęro.ff.mand.Ang.in l.Siquis in tantam.C.unde vi.in §.Si uerò expectet in Auth. de nup. in consi.371.in fin.Luc.de Pen. in l. fin.colum. 2.C. de specta. libr. 11. Ange.de Aret.j̄.de pup.subsli.§.Extraneo.Crem.sing.7. Ias.in l.posthumo.col.7.C.de bon.poss. contra tab & dicit Bar.in l.Siquis.C.depo.q hæc dictio habet executionem paratam ut res iudicata, nec exigit aliam condemnationem, quamuis Bal.ibi contra sentiat: uidēda sunt quæ tradit Alex.in consi.42.Viso col.j.libr. 4.non ergo requiritur aliqua declaratio iudicis tutelam esse finitā, sed statim per se expirat & finitur, & eodem modo statim initium accipit pubertas, qua incipiente tutela ipsa finitur.s̄.in prin.
16 Decimò no.Ang.ibi, benè positam, q † antiquitati benè ordinatæ & compositæ est deferēdum, quia semper in ciuitate Romana fuit ueneranda senectus l.Semper. ff.de iure immu. qđ notādum est extra ꝓpositum Imperatoris: ideo enim antiqua illā dispositionem reliquit incorrectam, quia benè posita erat: sed qui inter antiquas leges & senectutem, de qua loquitur. l. Semper.
17 intersit, nemo † non uidet: potius colligendū est in suo robore relinquēdas esse leges, quæ bona ratione fundatæ & ꝓmulgatę sunt, arg.l.Præcipimus.in fi.C.de appella.Ita enim præsumit lex optima ratione rogata, ut nisi tēporum uicissitudines aliud suadeāt, nihil temere abrogare conueniat. Id sanctissimè Locrenses seruabant,

quorum

quotum erat institutum, vt nullus legis correctionem
aut mutationē suadere posset, nisi laqueo publicè col-
lo circunducto, vt si persuaderet, rogaretur noua lex:
sin minus, laqueo illo strangularetur. Sed hæc nimis
extra materiam sunt.

18 In gl.i.pupillus communiter†accipitur pro impube-
re sui iuris.l.Pupillus.in prin.ff.de verb. signifi. tñ capi-
tur aliqñ ēt pro eo, qui est in potestate patris l. fi.§.pu-
pillus.ff.de ver.obli.l. Si infanti. in fi. C. de iure deliber.
neq; verũ est.ꝙ tunc impropriè ponaẽ, vt dicit gl. nam
ex proprietate sermonis pupillus est paruus puer, est e-
nim diminutiuum à pupo deriuatum, vt dicit Alc.in d.
l.pupillus.ff.de verb.signi.verum est, ꝙ apud Cicero. a-
lias annotaui pupillum esse acceptum tanquam non ex
sui propria significatione denotaret paruulum. Is.n.ter
tia Verri.sic inquit:Is mortuus est, reliquit pupillũ par
19 uum filium.tamē Docto. volunt†pupillum impropriè
dici, qui patrem habet, adeò quòd in statuto loquen-
te de pupillo non veniat impubes patrē habens, in cu-
ius potestate sit,vt vr̃ voluisse Angel.in l.Quá Tubero-
nis.§.pupillum.ff. de pecul. vbi est tex. in quo pupillus
accipiẽ non solum ꝓ existente in potestate,sed etiam ꝓ
seruo.Putarem tñ in hoc perpendendũ esse, in qua ma-
teria simus,& in quo statuto, & quę sit ratio statuti:nã
si teneræ tantum ætati prouideretur in materia, quæ
possit cadere in existente in potestate, putarem posse
statutum interpretari etiam in eo, qui. in potestate pa-
tris est,quia propria verbi significatio non repugnat,vt
dictum est.

In glo. in verbo, Ex habitu. Habitum corporis dixit
qualitatem & formam corporis, an.s.iam pubem illam
& lanuginem emittere cœperit vel non, vt.s. declara-
tum fuit.Inspiciebat.n.iudex hoc,an pubesceret,& iu-
dicio oculorum confidebat,non conscientię:non enim
iudex dicitur iudicare śm conscientiam, qñ iudicabat
aliquē puberem, in quo signa pubertatis apparere suis
20 oculis vidit,sed śm veritatē. Quinimmò †nulla maior
potest esse certitudo,quam earũ rerum,quę oculis sub
ijciunẽ & illa est efficacior qualibet ꝓbatione, vt dicit
Azo in Summa.C. de leg. A qui.sequitur Bal. in l.Cōtra
21 negantem i fi.C. eo.ti.vsque adeo vt ēt post † cōclusionem
in causa non censeatur reiecta ēt post dicta testifica-
ta Spe.in ti.de proba.§.Videndum.versi.Hoc quoq;. se-
quiẽ Bal.in l.Siquis testibus in fi. vbi Saly.C.de testi. Ro
22 ma.in l.Si verò.§.De viro.in 31.fall.ff.sol.ma.Est†enim
hęc euidentia facti subijcere rem oculis, vt dicit tex.in
l.Si irruptione.ff. fin.regun. qđ & in dirimendis finibus
vt ibi,habet locum, & in æstimanda atrocitate iniuriæ
ex loco vulneris iuxta tex. in §.Atrox.j.de iniu. non au-
tē intelligas l.2.ff.de ferijs. vt æstimetur ex aspectu in-
iuria atrox,quando est atrox ratione loci, in quo iniu-
ria facta est,vel ratione personæ, & in hoc nulla maior
certitudo haberi poterit per iudicem, quam facti ip-
sius euidentia.

23 Dum autem gl. tangit articulum †illum,an iudex te-
neaẽ iudicare śm conscientiã suã,vel śm acta,& ꝓbata,
dic,ꝙ regula est, ꝙ teneẽ iudicare śm acta & probata.l.
Illicitas.§.Veritas.vbi Bar.ff.de offi.Præs. Abbas in c.pa-
storalis.§ Quia verò.de offi.delegati. & hoc verũ ē, nisi
24 si: princeps †talis qui sit,s̄.leges,q pũt śm conscientiã
iudicare, & eam quibuscunq. actis præponere, Bar. &
Bal.in l.j.C.vt quæ desunt aduo. vel nisi iudicis consciē
tia sit informata à notorio, de quo sibi cōstet vt iudici.
& hoc est quod dicit hic,& in d.l. Si irruptione, & in l.
2.ff.de ferijs.nã hoc casu, ēt si contrarium esset proba-
tum,omnino debet iudex iudicare śm cōscientiã suam
informatã à notorio,vt(puta) si ꝓbatũ sit per testes in-
iuriã non esse atrocem rōne loci, vt dixi: nam si exhi-
beat vulneratus,& appareat vulneratus taliter, ꝙ iniu-
ria à iure atrox reputatur,tunc sibi magis credit iudex.
Eodem modo si probatũ esset iniuriam fuisse atrocem.
quia erutus esset oculus,exhibito hoīe & apparente cō
trario iudex debet sequi suã conscientiam & veritatē,
non aũt acta,ita dixit Gemi.licet ipse ita non aperiat in
c.iudicet.3.q.7.col.2. Quinq; alias declarationes ponit
Fel.qui more suo latè tractat hanc materiã in d.c. pasto
ralis.§.Quia verò col.pe.in glo.in ver. tenetur.

In glo.fi.Fuit dictum.s̄. in ti.de nup. in prin.in 7. no.
& in gl.in ver.Viripotentes.ideo non repeto. Ius.n.ca-
nonicum,quod inspexit veritatē, præsumpsit benè pu-
bertatem eo tempore,tamen non disposuit super præ-
sumpto,sed reliquit hoc veritati, vt si contrarium pro-
baretur,attenderetur ueritas,ut ibi dictum fuit.

## §. ITEM FINITVR.

1 *Impubes arrogari potest.*
2 *Tutela finitur arrogatione pupilli.*
3 *Pupillus deportari potest, & q̃uo, & ex qbus causis.*
4 *Pupillus proximus pubertati quis dicatur præsertim in delictis.*
5 *Impubes summo supplicio affectus à Trebatio Germano.*
6 *Impubes talem causam ingratitudinis cōmittere pōt, ut redigi possit in seruitutem.*
7 *Pupillus si det se in arrogationem.an & quomodo tutores consentiant.*
8 *Impubes exhæredari potest,& quando.*

NON diuiditur. Arrogatione,deportatio-
ne, & seruitute finiẽ tutela h.d.ex l.Si ar-
rogati.ff.de tute.

Casus non est figurandus in tã aperta iu
ris regula,solũ rō constitutę regulę exqui
renda est: & quò ad primũ casum, qñ.s.arrogaẽ impu-
bes, ꝙ tunc tutela finiaẽ, hoc consonum rōni est, quia
cũ per arrogationem impubes transeat in potestatem
patris arrogantis.§. Illud.s̄. de adop. & per consequens
transeat de statu sui iuris ad statũ non sui iuris. §.Mini-
ma.s̄.de capi.dimi.tutela non potest habere locum,quę
tantum habet locum in ijs, qui sunt sui iuris.Persona-
rum enim quę sui iuris sunt.aliæ in tutela, alię in cura
sunt, aliæ neutro iure tenentur. s̄. de tute. in prin. ex
quo patet membrũ eorum,qui sub tutela sunt, esse sub
illa parte earũ personarum, quæ sui iuris sunt: ut pri-
mum ergo quis est in potestate patris cessat tutela per
prędicta.Ratio autem quare deportatus non est amplius
sub tutela, sed desinit esse sub tutela, est, quia cùm de-
portatus desinat esse ciuis.§. Minor.s̄. de capi. dimi tu-
tela aũt sit munus ciuile inductum à l. ciuili, perditur
tutela unà cum ciuitate non solùm ex parte tutoris, si
ipse tutor deportatus sit, ut infrà dicetur,sed etiam si
pupillus deportetẽ, quia tutela est uinculum quoddam
ciuile compositum ex relatione ciuium Romanorum,
quemadmodum.s̄.dictũ est in patria potestate: cùm.n.
patria potestas sit donum iuris ciuilis.s̄.de pa. potest.in
prin.siue desinat esse ciuis pater,siue filius, omnino de-
sinit patria potestas:eodē modo est tutela etiã, quæ est
potestas competens inter ciues: proinde maiori rōne
seruitute extinguiẽ tutela, quia cùm tutela potestas sit
in capite libero, siue intelligamus liberum.i. nō seruũ.
siue liberũ.i.sui iuris, statim ꝙ quis fit seruus, non est
sui iuris.s̄.de ijs q sunt sui vel alie.iu. in prin. nec est li-
ber.s̄.de iure perso. in prin. siue ergo quis existens sub
tutela incidat in seruitutem ꝑ casum, vt qa sit captus
ab hostibus,siue ob crimen, oīno cũ iã sit factus seruus,

definit esse caput liberum, & ideo tutela in eo non po-
test habere locum.
1 Primò not. q̃ † impubes arrogari potest, de quo. j. vi-
sum est in tit. de adoptio. §. Cùm autem impubes. vbi
de causæ coguitione necessaria in tali arrogatione abū-
dè dictum est. l. Nec ei. ff. de adoptio.
2 Secundò not. q̃ † tutela finit arrogatione pupilli, ad
idem est tex. in l. Nec ei. §. Eorum. ff. de adoptio. ibi, No
,, sit in potestate tutorum & finire tutelam, & substitu-
,, tionem à parēte factam extinguere rationem posui su
prà in figuratione casus.
3 Tertiò not. q̃ † pupillus deportari potest, & profectò
mirandum est, q̃ tam grauis pœna infligi possit pupil-
lo impuberi, cuius nullum adhuc est animi indicium,
tñ intelligendum est de pupillo ꝓximo pubertati, nā de
eo iudicatur ac de iam pubere in multis. l. Non tm̄. in
4 Prin. ff. ex excu. tuto. Proximus † aūt pubertati dicit̃ ma
sculus in decimo anno cū dimidio, fœmina verò in no-
no cum dimidio glo. in l. pupillū. ff. de regu. iur. & in §.
pupillus. j. de inuti. stipula. in verb. Proximus. vbi Ang.
dicit ita cōmuniter teneri, q̄uis mihi magis placeat, vt
secundum subiectā materiā intelligamus hoc ex arbi-
trio iudicis perpendendum, vt dicit Deci. post alios,
quos allegat in d. l. pupillum. ff. de reg. iur. nam pupillus
ꝓximus pubertati, vt dixi, habet̃ pro pubere etiā in de-
lictis d. l. pupillū. vbi tex. dicit ipsum capacem furti &
iniuriæ faciendæ, tamē in delictis atrociter puniēdis in-
telligitur proxim⁹ pubertati nō qui distat dimidiato il
lo tempore inter infantiam & pubertatem, vt dixi, sed
qui multū vicinus est pubertati, vt declarat Bal. per illū
tex. in l. Excipiuntur. ff. ad Sylla. tradit Ias. in auth. Sacra
menta puberū col. 4. C. si aduer. vendi. Sunt enim tunc,
cū ꝓpe pubertatē sunt, doli capaces aliq̃n. l. Apud Cel-
sum. §. Siquis non tutor. in fi. ff. de doli excepti. & ideo
etiā ex suo dolo teneri possunt. l. Hæredibus. in fin. ff. de
5 dolo. ideo supplicium † sumptum eē de impubere à Tre
batio Germano refert Caius in l. Excipiūtur. ff. ad Sylla.
cū nō multùm à pubertate distaret, vt dicit ibi text. Et
q̃ furti & l. Aquilæ teneantur impuberes, si culpæ capa-
ces sint, est tex. in l. Impuberem. ff. de furt. Non incon-
uenit ergo, vt possit dari, q̄uis daretur, casus, in quo
impubes deportetur ex delicto, cum legamus etiam de
eo sumptum supplicium d. l. Excipiuntur.
6 Quartò not. q̃ † talis pupillus impubes pōt eam cau-
sam ingratitudinis committere, per quam redigitur in
seruitutem. Quæ aūt sint causæ, ex quibus libertus ma-
numissus reuocari possit in seruitutem, satis dictū fuit.
s. de capi. dimi. §. Maxima. in glo. in verb. Libertis. vbi vi
dendum. Si ergo pupillus committat aliquam ex causis
ingratitudinis, per quas possit reuocari in seruitutē, si
existimet̃ capax doli, potest transitum facere de statu li
bertatis ad seruitutem, & ideo non potest esse amplius
sub tutela, quia postea potestas tutelaris, quæ erat pe-
nes patronum. s. de legi. patro. tute. transit in potestatē
dominicàm, sicut ēt potest ob causam ingratitudinis er
ga patrem commissam exhæredari, vt dicunt Docto. j.
de pupill. substi. in §. Non solùm.
Quintò no. q̃ captus ab hostibus fit seruus capiētiū,
& sicut patria potestas extinguitur capto filio in pote
state, vel saltem stat in pendenti ꝓpter ius postliminij.
s. quib. mod. ius patr. pot. solui. §. Si ab hostibus. versic.
Ipse quoq; eodem modo finit tutela: sed in hoc est ad-
uertendum, quia q̃n tutor ipse ab hostibus capitur, tūc
solet dari tutor à iudice, qui priore tutore reuerso de-
finit esse tutor. §. Ab hostibus. s. de Attili. tuto. vbi dixi,
sed q̃n pupillus ipse capitur ab hostibus, tunc non dat
ur alius tutor pendēte spe reuersionis, sed datur cura-
tor. l. Ab hostibus. in prin. ff. ex quib. cau. maio. & ratio
est, quia cū tutor det̃ principaliter personæ, in cōsequē
tiam antē rebus & bonis. §. Certæ. s. qui testa. tuto. dar.
poss. cùm persona ipsa sit in hostium potestate, nec sit
persona, in qua datio ipsa tutelæ subsistat, meritò datur
curator, qui tantum bonorum curam gerat, vt est de
natura curæ. l. In copulandis. C. de nupt.
7 In glo. i. in fi. Verum est, q̃ † oēs tutores debent con-
sentire, q̃n pupillus dat se in arrogationem, vt dr̃ in d. l.
fin. C. de autho. præstan. quæ assignat rationē, quia cum
hoc æqualiter respiciat oēs tutores, debet ab oībus ap
ꝓbari, cùm cuilibet tutori insolidum potestas conceda
tur, aliter enim sufficeret maior pars, vt declarat Bald
ibi: respicit autem omnes propter actionem tutelæ in-
surgentem ex fine ipsius tutelæ.
8 In glo. in ver. Redigatur. Nulli dubium est, q̃ † filius
suus potest vt ingratus exhæredari, etiā q̃ pupillus sit,
dūmodo sit doli capax, & q̃n causā illā cōmisit, cogno-
uerit quod faciebat, & facere volebat: & non solū bo-
na mente, sed etiam mala mente exhæredari potest. §.
Non solū. j. de pupil. sub. vbi dicetur, quod est verū in
eo, vt dixi, qui est capax doli, & ita declarant oēs in l. 2.
ff. de vulga. & pupilla. vbi Bar. col. 4. in 7. requisito, & se-
quitur ibi Ias. qui dicit. ita oēs tenere, secus verò si es-
set incapax doli, vt (puta) si esset infans d. l. Siquis. §. fi.
C. de inoffi. testa. quæ non loquitur ī pupillo doli capa
ce, sed expresse loquitur in infante, quo casu ætas illa
non est capax alicuius ingratitudinis aut doli, cum ni
hil sentiat aut sapiat: & iō vera solutio est illa, quòd illa
lex loquitur in infante, in quo non pōt cadere dolus.

## §. SED ETSI VSQVE.

1 *Tutor dari potest ad certam conditionem.*
2 *Quando, hæc dictio facit conditionem, & de eius signi-*
*ficatu, quando est uulgariter prolata.*
3 *Tutela data usq; ad certā cōditionē interim est pura.*
4 *Conditio si deficiat, est ac si contractus ille nunquā fa-*
*ctus esset: & si euenit, est ac si fuisset pura dispositio*
*à principio.*

NON diuidit̃. Adueniēte cōditione, vsq; ad
q̄ datus erat tutor, expirat tutela. h. d.
Casus ità aperta iuris regula nō figurat̃:
cùm enim testator dedisset aliquem tuto-
rem vsq; ad certam conditionem existen
tem, puta, si & quousq; nauis ex Asia venerit, consequēs
est, q̃ voluerit adueniente illa tutelam expirare, vt de
cùm lex sequatur voluntatem testatoris, quæ lex est. §.
Disponat. in Authen. de nupt. meritò cauit, vt eo tem-
pore expiret tutela, quo voluerit illā expirare testator,
qui dedit: sicut videmus, q̃ tutor datus vsq; ad certum
tempus, quod fieri potest. s. qui testa. tuto. dar. poss. §.
Ad certum. finito tempore expirat tutela illa, & casus
per se clarus est.
1 Primò not. q̃ † tutor dari potest non solū sub condi-
tione. i. vt icipiat esse tutor, cùm cōditio aduenerit d. §.
Ad certū. s. qui testa. tuto. dar. poss. §. j. s. de Attili. tuto.
sed etiam potest dari vsq; ad certam conditionem, ita
q̃ eueniente illa extinguatur & finiatur tutela, concor.
tex. in l. Tutor datus. §. i. ff. de rest. tute. puta, do tuto-
rem filijs meis Semproniun, donec nauis ex Asia vene
rit, vel quousque Titius Consul factus fuerit, non
quando, vt dicit glosa nam tunc inciperet eo facto
Consule, non finiret, cum de natura dictionis (quan-
2 do) sit faceret † conditionem. l. Cùm vir. ff. de condi. &
demonst. l. Quod pupillæ. ff. quan. di. leg. ced. Bar. in
l. j. col. vij. versi. Quæro de dictione quando. ff. de con-
di. & demon. Deci. consi. 4 2 t. Plenè col. 2. Et de hac di-
ctione (quando) vulgariter prolata idem dicit Alex.
cons. 3 2. lib. vj. col. 2. in prin.

Secundò

3 Secúdò not. ꝙ†datio tutoris facta vsq; ad certá códi né,q̃uis resoluēda veniat in euentũ illius códitionis,tamé interim iudicaẽ vt puta, nam statim vlet , nec in suspenso stat quò ad validitaiẽ, sed stat in suspenso tantũ quò ad resolutionem,vt declarat gl. notab.in l.ij.in gl. in verb. Conditionalis . ff.de in diem addic. vnde executio fit, & tutor administrat , & illam glo.dicit communiter approbatam Soz. in l. pecuniam in vlt. nota. ff. si cer. peta.vbi ponderat illum tex.contra eam , & infert ad quasdam quæstiones, & Ias.ibi in 7. not.& ibi Deci. in 4.vbi videndum.Erit ergo hic tex. pro illa glo.quam ẽt dicit cóiter approbatam Deci . ibi in d.4.nota. ad idẽ est glo.vbi Alb.in l.3.ff. de contrahẽ. emptio c.Illo vos. vbi.Imo.in 2.notab.& Abb.in 2.de pigno.gl. in c.Verũ. de condi.appo. Anch.in cósi.69.Contra donationẽ.col. fi.Cardi.consi.29 Iudex.col.j.& idem,quod dicit Soz.in d.l.pecuniam. voluit in consi.62. visis col.5.lib.4.consi. 91.Concludo.col.ij.eo.lib. Deci.in l.Is dãnum.§.Quod pẽdet.ff.de reg.iur.in l.plerunq; eo.tit.in cons.579.Placet.vbi nota. loquitur in hac materia , & in consi. 308. In casu.colum.iij.

4 Tertiò not.ꝙ†sicut qñ apponitur conditio in contractu vel testaméto,quæ deficit,est ac si nunq̃ ille contractus factus esset d. l. pecuniã. ff.si cer. peta.vbi Alex. in vlt.not.& sicut qñ apponitur conditio , quæ euenit,ille contractus vel illa dispositio censetur pura. l. Potior.l. Qui balneum. ff. qui potio. in pigno. hab.l.Si filius. in prin.ff.de verb. obliga. vbi notatur.l. Seruũ.§.j. vbi glo. in ver.Duę.ff.de vulg. & pupil.& eueniente códitione, sub qua resoluendus est actus,resoluitur ac si factus nó esset d.l.j.& ij.ff.de in diem addic. ita etiam eueniente conditione,vsq; ad quam datum erat aliquid, extinguiẽ non resolutiuẽ retrò,sed extinctiuẽ vt tunc,vt hic dicit.

In glo.in ver.Testamento.De hoc latẽ dictum fuit.s̃. qui testa.tuto.da poss.§.Ad certum. in glo.in verb. Posse.vbi de ratione diuersitatis abundẽ dictum fuit , non repeto breuitatis gratia,quia ibi videri potest.

## §. SIMILI MODO.

1 *Tutela non transit ad hæredes.*
2 *Tutela finitur morte tutoris uel pupilli.*
3 *Actio tutelæ datur contra hæredes,sed hæredes non cõdemnatur suo nomine.*
4 *Correlatiuorum uno extincto extinguitur quod tertiũ ex eis resultat.*

NON diuitur . Morte tutoris vel pupilli finitur tutela.h. d. ex l. Nisi finita. in prin. ff.de tute.& ratio.distrah.

Casus literaliter figurandus est in regula iuris tam aperta, siquis enim tutor datus sit pupillo,si vel moriatur tutor,vel decedat pupillus, finitur proculdubio tutela, quæcunque illa sit , testamentaria,legitima,aut datiua: cùm enim mors intercedat , cuius natura est soluere omnia.§. Deinceps. in
32 De amplianda.ff.de re iudi. dicit, ꝙ populus †nõ reco-
gnoscens superiorem potest minuere pœnam . & ideo
puto,quòd possit etiam veniam ætatis largiri per præ-
dicta,& ideo infero,ꝙ dictum statutum Florentinũ de-
legima ætate valet, quia ciuitas Florentina superiorem
non recognoscit,vt dicit Roma.in d.consil. 456. & Bar.
33 in d.l.Hostes in fi.ff.de capti.& in† ciuitate Florentina,
ꝙ in suo territorio habeat iura imperij , consuluit Soz.
in cõsil.58.col.2.& in consi.273.col.pen.Alex.in consi.
96.nu.4.lib.6.& quod dicitur in Imperatore & princi-
pe habet locum in dominis Florentinis, vt concludit
Deci.in consil.135.col.3.circa med.& in consi.552.col.
3.& idẽ voluit Corn.in consi. 55.litera.P. lib. ij. hodie
forsan,quo tẽpore domus Medicea recognoscit in feu-
dum ab Imperio, aliud esset dicendum,nisi forma inue
stituræ aliud indicaret,quam non vidi.

## §. DANTVR AVTEM.

1 *Curatores dantur ab eisdem magistratibus , à quibus dantur tutores.*
2 *Curator nõ datur testamẽto,& quare,cũ detur tutor.*
3 *Intellectus ad tex.in l.Pater Seuerinã.§.Conditionum uerba.ff.de condi.& demonst.*
4 *Cõpilatores.ff.&.C.aliquando mutilauerunt antiquorum scripta,& aliquando mutarunt uerba.*
5 *Curator testamento datus confirmatur à iudice.*
6. *Curator furioso & mentecapto datur testamento.*
7 *Curator testõ dat' à qbus magistratibus confirmetur.*

DIVIDI potest tex. in duas partes , in prima dicit̃ a quibus dentur curatores, in secunda dicitur non dari à testatore , quamuis dati confirmentur.secunda ibi , Sed curator.

Curatores dant ijdẽ iudices,qui tutores:testamento non dantur,sed dati confirmantur. h. d.

Casus in §.tradente tam generalem regulam non est nisi literaliter figuradus , nam ꝙ dentur ab ijsdem magistratibus,facit similitudo muneris, quę est inter tutelam & curam:sed dubiũ maius poterat exoriri, an,quẽadmodũ ijsdem magistratibus dant tutores,qui curatores,eodem modo dent eædem personę : cũ enim videãtur ĩ datione pacificat tutores & curatores vt hic , videbatur dicendũ curatorẽ dari etiã testamẽto posse,cuius contrarium dicitur hic, ꝙ.s.datus curator in testamento curator simpliciter non est, & ratio decidendi est illa,quia cum curator detur principaliter ipsis rebus.l.In copulãdis. C. de nupt.de quibus quidẽ rebus pater non potest directè aliquid disponere post pubertatem filij. l.2.ff.de vulg.& pup. ideo nimirum si non potest suo testamento cauere per quẽ velit bona illa, in quibus amplius post illam ętatem non extendit̃ potestas paterna, curari & administrari. Confirmant̃ tñ hmõi curatores ea rõne , quia lex de patris electione plurimum cõfidit & ferè semper magis fidit patri,q̃ iudici.l.De creationibus. C.de episc.audi. & sequitur(ubi cõmodè fieri pôt) voluntatem defunctorum, & suprema eorum iudicia.l. j.C.de sacrosan.eccle.

1 Primò not.ꝙ† curatores dantur ab eisdem magistratibus,à quibus dantur tutores : qui autẽ sint hi magistratus,dictũ fuit.s. in titulo de Atil. tuto. & dicet in glo. in verb.Magistratibus. Ex quo vr̃ infert Ang. hic,ꝙ sicut exigitur , ꝙ iudex dans tutorem habeat merum vel mixtum imperium , vel sit ei hoc specialiter mandatũ, ita requiritur in iudice volente dare curatorem. leg. Mutu. §. Tutoris datio.ff.de tute. & dictum fuit suprà quòd in hoc erratur , quia tutelę datio non competit iure magistratus,sed eò,quòd specialiter demandatum sit à leg. ius dandi tutores vel curatores : & hinc est, quòd delegari non potest l. 1. in princi ff.de offi.eius.de quo videnda sunt quæ ponit doctissimus Alciatus in cap.i.lib.ii.Parado.

2 Secundò not. ꝙ† curator non dat̃ testamẽto,q̃uis detur tutor:ad idem tex. in l.pen.C.de testa.tute.rõnẽ assignaui in figuratione casus , unde petenda est.Docto. in d.l.pen.C.de testa. tute.benè ponunt aliam rõnem quæ est , ꝙ lex q̃uis non cõfidat de iudicio adultorum in rebus eorum administrandis,ideoq; prouiderit de curatoribus,tñ confidit in hoc,vt saltem sibi petãt curatorem arg.l.1.C.qui pet.tuto.& hãc rõnẽ refert hic Christoph. quę mihi non satisfacit,eò ꝙ q̃uis lex confidat de adulto,cùm eidem dispositio bonorum concedatur. l. Qua ętate.ff.de testa.§.fi.ĩ.ex quib. cau. manu.non lic.tñ hoc ita ei permittit, ut non sit constans qđ agit propter restitutionem in integrum , sed nõ potuit in hoc confidere,vt peteret per se,cùm si negligeret, & ob eius negligentiam res suæ malè haberent, restitutio in integrum non repararet pręiudiciũ nõ petiti curatoris quò ad neglecta. Præterea tex. in l.1.C.qui pet.tuto. uidetur potius facere in contrarium,cùm presupponat, ꝙ adultus esse sare potest in curatore petendo.

Odofre.in d.leg.penul.assignat aliam rationem ,quia pater tenentur magis impuberi prouidere , q̃ puberi , & ideo impuberi substituit directò, puberi non l.ii. & l.In pupillari .ff.de vulga. & pup. quę ratio nihil facit ita inducta, tenet̃.n.pariter filiis indistinctè secundũ exigẽtiam prouidere,sed benè plus pôt in impubere , q̃ in pubere: substitutio.n.directa pupillaris est effectus

potentiæ & poteſtatis, quam habet pater in filium, nõ
obligationis aut vinculi quo teneatur. Item Odofre. aſ-
ſignat aliã, quia tutor datur inuito l. Inuito. ff. de tuto.
& curato. dat. ab ijs. curator non, niſi ad litem, vt in §.
ſeq. & hic eſt potius effectus & alia diuerſitas inter tu-
telam & curam, quã ſit ratio, quare nõ detur teſtamẽto.
Cy. reddit aliã rõnem, quia tutor dat̃ ratione patriæ po
teſtatis l. Impuberi. in fi. ff. de admini. tuto. ſed illa eſt
principaliter circa perſonam, curator aũt datur reſpe-
ctu bonorũ l. In copulandis. C. de nupt. in quibus bonis
non verſatur principaliter patria poteſtas. Dic tu, ꝙ nõ
verſatur principaliter etiã ante pubertatẽ, vt dicit Cy.
& poſt pubertatẽ nullo modo, vt dixi in figuratione ca
ſus. Bal. in d. l. fi. coniungit rationes antiquorũ dicens, ꝙ
ratio, quare curator non põt dari teſtamento, eſt, quia
pubes poteſt petere curatorẽ, & petendo ſibi prouide-
re, ergo ei non debet prouideri per patrem. l. Ex facto.
ff. de vulga. & pupill. in prin. impubes non, & curator
nõ datur niſi petenti, quæ ratio infert magis ad curato-
rem impuberis, quã ad tutorem, præſertim ꝙ Bal. alle-
gat tex. in l. Qui habet. §. Si pupillus. ff. de tute. ſed con-
iungit Bal. aliã rationẽ inferentẽ ad tutorem, nam pri-
ma ratio faceret contra Bal. quia ẽt datur impuberi in
terminis d. §. Si pupillus. & nõ dat̃ niſi petẽti, & dicet. j.
vñ eodem modo potuiſſet diſpenſari, vt pietas paterna
poſſet dare curatorem teſtamẽto filio ſuo q̃uis puberi,
& dicit Bal. ꝙ curator datur principaliter rebus, tutor
perſonę, circa q̃ pater plus poteſt, quę ratio ita ſimplici
conſiderata non eſt vera, quia pater habet rõne patrię
poteſtatis eandẽ authoritatẽ circa bona, q̃ habet circa
pſonã, præſertim hodie, nã de bonis impuberis poteſt
teſtari d. l. ij. ff. de vulg. & pupil. ſed hæc poteſtas reſtri-
cta eſt vſque ad illam ætatẽ, in qua permiſſum eſt filio
facere ſibi teſtamentum d. l. 2. & eorum viuens eſt legi-
timus adminiſtrator §. j. j. per quas pſo. nob. acqui. &
dictũ fuit. s. de pat. potes. §. 1. inter effectus patriæ pote-
ſtatis, vſq; ad quã pariter poteſt prouidere & pſonę &
bonis dando tutorẽ: vnde uis eſt, ꝙ patria poteſtas non
ſe extendit mortuo patre ad prouidendum vltra puber
tatem, nã quatenus durat effectus patriæ poteſtatis, ea
ita reſpicit bona, ſicut perſonam, & ex hoc tollitur ra-
tio Saly. in d. l. pen. C. de teſta. tute. Idem Bal. in l. Cura-
tores. C. de nego. geſt. in fi. vult rationem eſſe cur teſta
mento dari non poſſit, quia non datur niſi petenti, vt
in §. ſeq. de qua ſatis dictũ fuit. s̃. Eas ferè oẽs rationes
ſimul iungit Decius in l. Quo tutela. §. j. ff. de regu. iur.
3 Sed circa hoc notabile † opponi poteſt de tex. in l. Pa
ter Seuerinam. §. Conditionum verba. ff. de condi. & de
monſ. vbi videtur datus curator, & ꝙ datio valeat. Sed
reſpõde, ꝙ valet datio ſecuta cõfirmatione, vt hic dici-
tur, & ita reſpõdet Bal. in d. l. pen. C. de teſta. tute. quod
vltra ipſum aperte probatur in illo tex. dum dicitur, Et
,, ideo cũ teſtamẽto tutores dati, quoniam interea puer
,, adoleuerat, id egerint, vt curatores ipſi conſtituerent.
,, nã ſi valuiſſet datio tanquam facto teſtamento, vtique
neq; aliqd agere debuiſſent, vt cõſtituerent, neq; con-
ſtituendi fuiſſent, quia iam teſtamẽto conſtituti eſſent,
verba. n. illa oſtẽdũt. ꝙ ꝓcurarũt ipſi cõfirmari, & ꝙ cõ
firmatio illa conſtituit ipſos curatores, non autem da-
tio, & ita ſunt interpretanda verba illa, quæ malè interpreta
tur ibi Accurſius & contra rationem recti ſermonis, nã
de puero loquitur in numero ſingulari, & ideo nõ poſ-
ſunt intelligi illa verba (id egerint) in puero, neq; illud
verbũ (cõſtituerẽtur) patitur, vt pro puero petente cu-
ratorem poſſit interpretari, vt dicit ibi gloſ. in ver. Id
egerint. Vlterius opponi põt de. l. De creationibus. C. de
epiſc. aud. & de l. fi. C. de cura. furio. ſed ad alia iura re-
ſpondetur. ꝙ ſunt ſpecialia in caſibus ſuis, vt licet da-
re teſtamento curatores, qui tamen confirmatur ſaltẽ
per præſtationẽ iuramẽti corãm iudice, vt patet in d. l.
De creationibus. & in d. l. fi. §. Et ſi quidem. quę eſt ea-
dem lex & conſtitutio Iuſtiniani directa Iuliano: vnde
4 conijcere licet quod † ſæpenumero dixi, cõpilatores ar
bitrio ſuo leges & cõſtitutiones & ſcripta antiquorum
nonſolũ mutilaſſe, ſed etiam aſcripſiſſe mutatis verbis.
5 Tertiò no. ꝙ † quamuis datio curatoris in teſtamẽto
nõ valeat, tñ ꝙ datio ipſa confirmari à iudice, ad idẽ tex.
in l. Neque. C. de confir. tuto. quæ loquitur etiam in cu-
ratoribus, cuius quidem confirmationis formam vide-
re potes hic per Iaſ. eam enim ſumit ex Specul. in titu.
de cura. §. Cũm autem. melior tex. in l. j. ff. de confir. tu-
to. in fi. vbi notare debes verba illa, (ſed datum aſſuetũ
eſt confirmari) ex quibus patet, ꝙ confirmatio curato-
ris teſtamento dati inualuit potius ex vi cõſuetudinis,
q̃ ex aliqua cõſtitutione cautũ eſſet ante Iuſtinianum,
ꝙ confirmarentur, cuius tñ contrarium ſumi poteſt ex
,, ead. l. i. ibi, Tunc quod deficit repleri à Conſulari pote
,, ſtate conſtitutiones cõceſſunt. ad idem tex. in l. fi. ff. eo.
tit. de confirma. tuto. vbi tam in prin. q̃ in §. j. apparet
dationem curatoris teſtamẽto factã non valere, ideoq;
6 nec cogi poſſe adminiſtrare: & prædicta † procedũt opti
mè in curatore adulti, qui nec teſtamento dari poteſt,
nec adminiſtrat, niſi confirmetur, vt hic, ſecus eſt in cu-
ratore furioſi vel mentecapti, vt dictum eſt s̃. proximè
per tex. in d. l. fi. §. Et ſi quidem. C. de cura. furio. in l. De
creationibus. C. de epiſ. aud. not. Bar. in l. j. ff. de confir.
tuto. & talis curator, qui datur furioſo vel mẽtecapto,
dat̃ principaliter perſonæ, vt not. Saly. in l. In copulan-
dis. C. nup. impuberi aũt curator non poteſt dari ẽt à
milite. l. Impuberi. ff. de admi. tuto. not. Bar. in l. j. ff. de cõ
fir. tuto. & ſic non ſolum adulto, cuius intellectus ſa-
tis ſirmus, ſed nec etiam impuberi dari poteſt à patre
curator teſtamento.
7 Quartò not. ibi, Decreto † Prætoris vel Præſidis. ꝙ cõ
firmatio curatorũ fit decreto Prætoris in vrbe, & in pro
uincijs decreto vnius ex magiſtratibus, qui præſidis ap-
pellatione veniunt l. j. ff. de offi. Præſi.
Sed pulchrum dubium eſt, ex quo ſtatutũ eſt, ꝙ cu-
ratores dentur ab eiſdem magiſtratibus, à quibus dan-
tur tutores, vt in hoc § in prin. & hodie ſtatutum ſit tu
tores dati, ſi facultas pupillorum non excedant quin-
gentos aureos, etiam a maioribus magiſtratibus in §.
Sed hoc iure. s̃. de Attili. tuto. an hodie poſſit curatorũ
datorũ in teſtamẽto cõfirmatio fieri ab illis magiſtrati
bus in illis caſibus, quamuis hic tex. dicat, ꝙ à præſidi-
bus confirmantur. & mihi uidetur, q̃ ſic, quia nõ eſt du-
biũ curatores dari poſſe etiã ab ijs magiſtratibus in ter
minis illis, unde non eſt ratio, cur qui põt dare nõ poſ-
ſit confirmare. Videmus. n. ꝙ dabantur olim tutores à
Cõſulibus ex cõſtitutione Claudij Imperatoris, de quo
dictum eſt s̃. in tit. de Attili. tuto. §. Sed ex his. ꝙ tñ illo
tempore confirmatio fiebat à Conſulibus d. l. j. ff. de cõ-
fir. tuto. unde pariter ita hodie puto faciendum.
In glo. i. Dic unico uerbo, ut dictum eſt s̃. in §. fi. de
Attili. tuto. ad quem locum reducta eſt omnis materia,
& declaratum quinam magiſtratus poſſint tutores da-
re, unde petenda ſunt, quę hic referre iterum ſuperua-
caneum duxi.
Cætera dic & declara, ut hic p Io. Fab. qui proſeq̃tur
duo cõtraria, quę uidebant̃ obſtare diſpoſitis in hoc. §.

## §. ITEM INVITI.

1 *Tutor inuito dari poteſt.*
2 *Curator adoleſcenti inuito non datur.*
3 *Curator pupillo inuito ad litem non datur.*
4 *Curator furioſo & prodigo datur etiã nemine petẽte.*
5 *Pupillus, & furioſus ſolent æquiparari, & quando.*

Curator

6 *Curator nemine petente dari potest hereditati iacenti, & ad cuius instantiam.*

7 *Curator principi inuito datur.*

8 *Procurator ad petendum curatorem constitui potest.*

9 *Curator in litem datur inuitis.*

10 *Curator ob litem, quam pupillus habet cum tutore, non datur pupillo inuito.*

11 *Inuitus dicitur qui cogitur ad volendum.*

12 *Curator certæ rei, vel causæ datur.*

13 *Iudex non impartitur officium suum, nisi petatur.*

14 *Pupillus numeratur inter miserabiles personas, & quando.*

15 *Iudex impartitur officium suum non petitum promiserabilibus personis.*

16 *Curator non est dandus illi, qui dicit se velle intentare restitutionem in integrum, quando dubium est, an sit minor, ne dando curatorem dicatur parere aduersario præiudicium.*

17 *Curator ad lites an detur inuitus.*

NON potest cómodè diuidi propter vnicú literæ contextum, in quo vulgatissima regula præponitur, à qua vous tantom casus excipitur, & eius ratio assignatur, vt patebit ex declaratione text. Curator inuito non datur nisi in litem. h. d.

Casus in tritissima, & vulgatissima iuris regula non esset figurandus: dubiũ tamen faciebat generalis quædã æquiparatio, quæ à legibus constituta censetur inter tutores, & curatores, vt sup. eod. §. 1. dictũ est, vnde quem-
1 admodũ inuito † tutor dari potest. l. Necnon. ff. de tut. & cura. dat. ab ijs ita videbatur dari posse etiã curator inuitis adolescentibus, cuius contrarium dicitur hic ea ratione, quia cùm aliquẽ habere intellectum iura præsupponant adolescentes, quibus omnium eorũ bonorũ dispositioné concedunt, meritò noluerunt illis, nisi petentibus dari curatores: existimarunt enim iura eo ingenio pollere adolescẽtes huius ætatis, vt, si facultatibus minimè superesse posse cognoscant, curatoré petant: excipitur tamen casus, quãdo in litem. s. datur curator, nam tunc ne iudicium eludatur, datur curator. l. Acta. ff. de re iudi. cum simil. de quibus paulò post.

2 Primò not. ꝙ † curator non datur inuito adolescenti,
3 vt hic dicitur † idẽ est in curatore dãdo pupillo ad litẽ l. Qui habet. §. Si pupillus. ff. de tute. ibi, Sed nõ aliter, q̃ si ipse petat cui dari oportet. & ibi, Nisi pñti, & postulãti.
4 Limitatur tñ hic tex. vt nõ † habeat locũ in curatore furiosi, & prodigi, quia his dat curatorẽ iudex etiã ex officio nemine petente, ita est glo. sing. in l. Hæc autem. in glo. 1. ff. ex quib. cau. in poss. eat. quam ibi sequitur Bart. per tex. in l. Fulcinius. §. Adeò. ff eod. tit. loquitur tamen in curatore ad litem, qui etiã adolescenti inuito datur, vt hic: quare autẽ pupillo non detur curator, nisi petenti. d. §. Si pupillus. furioso autẽ sic, vt d. glo. 1. cùm alias soleant æquiparari pupillus, & furiosus glo. in l. 1. C. de
5 cura. furi. Respõdetur ꝙ † benè furiosus æquiparatur pupillo, qui fari non potest, sed pupillo, qui fari potest, non l. In negotijs. ff. de reg. iu. declarat ibi Dec. in 2. not. nam pupillus, qui fari potest, habet aliquem intellectum, furiosus nullum, ideo magis ei est succurrendum. §. Pupillus. infrà de inuti. stipula. Prætereà cùm iura loquuntur de petitione, debent interpretari in eo, qui petere põt. l. 4. §. Toties. ff. de damn. infect. & facit tex. in l. 1. §. Adipiscimur. ff. de acqui possess.
6 † Secundò limitari potest. vt curator dari possit nemine petente hereditati iacenti gl. in l. 1. in ver. Conditio. ff. de cura. bon. dan. Alex. in consi. 2. Discussis. in fi. lib. 5. Sed tu dic, ꝙ dator ad instantiã creditorum, vt eis satis, fiat, vt colligitur ex dictis Bar. in l. Si Bona. C. de bon. autho. iudi. possi. Bal. i l. Cùm debitoris. C. de iudi. cum si. vt per Alex. in l. Si constante. §. Si exhæredato. in prin. ff. sol. matri. Dec. in consi. 400. Viso. col. 4. in prin.
7 Tertiò limitatur tex. noster in principe, † nam ei inuito datur curator, vt dicit Domi. in c. Grandi. de supp. neg negli. Prælat. lib 6. Ias. in l. Licèt. C. de testa. mili. in 2. no. in fi. & fuit limitatio Oldra. in cõsi. 60. Quæstio talis est an tutela Regis. Io. de Ana. in rubr. de delic. puer. Felyn. in c. Cùm vigesimũ. col. 2. in fi. de offi. deleg. & hoc per tex. in d. c. Grãdi. Et in omnibus prædictis casibus sciendũ
8 est, ꝙ † potest constitui procurator ad talẽ curatorem petendum Bar. in d. l. Mutus. §. Is. ff. de procura.
9 Secundò no. ꝙ † adulti accipiunt etiã inuiti curatorẽ in litẽ, rõ est, vt dixi: alioquin. n. si esset conuẽtus, & non defenderetur, iudiciũ esset nullũ. l. Acta. ff. de re iud. si verò ageret, iudiciũ esset nullũ, quia nõ habet legitimã personam standi in iudicio l. 2. C. qui legi. pso. vnde vtroq; casu iudiciũ eluderetur, ideo est, ꝙ ad litem faciendã cura
10 tor datur inuito adolescenti. Sed quare est, ꝙ † si dandus est curator pupillo ob litẽ, quã habet cũ tutore, nõ dat inuito. l. Qui habet. §. Si pupillus. ff. de tute. & tñ adulto ad litẽ datur inuito, vt hic, quã diuersitatẽ videt considerasse gl. in l. j. in verb. Officio. C. q pet. tuto. Sed tu dic, ꝙ d. gl. nõ benè sensit, nã vis est, an agat, vel conueniat pupillus: si enim agit, vt in terminis. d. l. Qui habet. §. Si pupillus. & tunc cum non habeat legitimam personam stãdi in iudicio, nisi cum tutore, vel curatore l. 1. & 2. C. qui. legi. perso. ideo debet petere curatorem, nec dator ad litem inuito pupillo, quando vult agere, quia nemo agere compellitur toto titul. C. vt nemo agere, vel accu. compell. sed quando conuenitur, tunc datur inuito rationibus suprà allegatis. Et aduertẽdum est ad illud, qđ hic dicitur (præterquã in litem) ꝙ. s. in litẽ accipiũt inuiti adolescentes curatores, nam declara, ꝙ non datur
11 illis simpliciter inuitis, sed ideo dicitur dari inuitis, † qa coguntur ad volẽdũ. l. Ait prætor. §. permittitur. ff. de minori. etiã captis pignoribus, vt declarat glo. 1. d. l. Ait Prætor. §. Permittitur. & ita declarãdus est tex. ĩ d. l. Qui habet. §. Si pupillus. versi. Idemque Cassius. ff. de tute. sequitur Saly. in l. 1. C. qui pet. tuto. Dic tamen, ꝙ non cogitur ad volendum in specie hunc, vel illum in curatorẽ, sed cogitur velle in genere: potest enim ipse ex pluribus sibi aliquẽ eligere, de quo miratur Bart. in d. §. Si pupillus. & declarat glo. in d. versi. Idemq;. Hæc tamen cessant in infante, contra quem siquis agere velit, aut potest per iudicem petere ei dari curatorem. l. 1. C. qui pet. tuto. aut sit missio in possessionẽ bonorum eius. l. Hęc autem. ff. ex quib. cau. in possess. ea.
12 Tertiò not. ꝙ † curator potest dari certæ rei, vel causæ, cuius contrarium est in tutore. §. Certę. suprà qui testa. tuto. dar. poss. vt ibi dictum est, facit text. in l. Cùm semel. ff. de tute. to. tit. C. de in lit. dan. tuto. facit etiam l. In copulandis. C. de nupt. cum vulg.

In glo. 1. Conclusio glo. est, ꝙ tutor datur inuito d. l. Nec nõ. ff. de tuto. & cur. dat. ab ijs. l. 2. ff. de tute. ex quo etiã sequitur, ꝙ nemine petente, & iudicis officium ad
13 hoc implorãte, tutor dari poterit: † quamuis enim regula iuris sit, ꝙ iudex officium suum non impartiatur, nisi petatur l. 4. §. Hoc autem. ff. de dam. infec. tamen poterit iudex etiam ex officio nemine petẽte tutorem dare Bar. in l. Hæc autem. & in l. Fulcinius. §. Adeo. ff. ex quibus cau. in possess. eat. pro quo videtur tex in l. 1 ff. de iurisdictio. omn. iudi. cuius rationem assignant ibi, Alexand.
14 Soc. & alij, † quia cum pupilli connumerentur inter miserabiles personas. C. quando Imper. Inter pupill. & vid. not. in cap. Significantibus. ff. de offi. deleg. meritò index

etiam

etiam non petitum officiú suum impartitur.l. Nec quicquam.§.Aduocatos.ff.de offi.Procon.& leg.l.fi.§. Sed & si quis.C.de admi.tuto. & in hanc sententiam videntur omnes transire in d.l.1.Solus Dec.ibi in 5.not. dicit, ꝙ hoc sibi non videtur verum,quia primò habemus regulam generalem,ꝙ iudex non impartitur officium suum, nisi petentibus.d.§.Hoc autem. Præterea tex.in d.l.1.ff. de iurisdict.om.iud.videtur contrariú probare:cú enim tutoris constitutionem ponat Iurisconsf.cú datione bonorú possess.& cú missione in possess.quæ non dantur nisi petentibus,eodē modo videtur ēt, ꝙ constitutio tutoris aliquo petenti fieri debeat,pro qua opi. Dec.allegat tex.quē dicit esse in terminis in l.2.C. de offi. eius, qui vi.alte.ge.ibi,Tutores,seu curatores petētibus dare, & in l.1.§.Magistratibus.ibi,Ita demum tenetur, si moniti non dederint.& s͂m Dec.tex.in l.Illud,cum l.seq.ff.de tuto.& cura.dat.ab ijs,nō probat,quia ēt ꝙ ibi dicatur, ꝙ possit dari tutor absenti,ignorāti, & inuito, hoc tamen intelligendum est aliquo petente. Nec obstat s͂m eum, quod dicitur pupillos esse miserabiles ꝑsonas, q̃a hoc est falsum,nisi sint pauperes,vt dicit idem Alex.in l.1.ff. sol.matr.col.3.quod confirmatur ex rub.ponderata per Alex.C.quand.Imper. inter pup. & vid.quia ibi ponuntur miserabiles personę tanquam differentes à pupillis & viduis,& sic argumentum Alex.retorquetur. Et licèt Cur.iun.in d.l.1.in 3.exemplo dicat, ꝙ d. rub.probat ex eo,quia in materia iurisdictionali Imperator æquiparat pupillos,& miserabiles personas, tamen talis ęquiparatio non videtur extendi debere contra generalem regulam.d.§.Hoc autem.sed stare in terminis proprijs, & satis est (vt dixi) ꝙ per copulam ponitur in d.rub. quo casu constat esse diuersas, nec miserabilium appellatione contineri pupillos,glo. in rub. ff.de iur. & fac. ignor. & dicit Curt. ꝙ opi.Decij confunditur per d. l. Necnō.ff. de tuto.& cur.dat.ab ijs, quod videtur falsum stantibus prædictis, quia potest dari inuitis tamen aliquo petente per dicta iura allegata per Dec. Mihi tamen magis placet opi.cōtraria,videlicet, ꝙ iudex ex officio etiā nemine petente tutorē pupillo dare possit, quod probo primò ex regula generali l.Qui potest inuitis.ff.de reg.iur. si enim inuito dare pōt,ergo ignoranti,ergo non petēti quod dixit tex in d.l.Necnon.ff. de tuto. & cura. dat. ab ijs.Secundò pro hoc iudicio meo est casus in l.1.§. Magistratibus.ff.de magistr.conuen.ibi, Si moniti non dederint.si enim non liceret magistratibus ex officio dare tutores,quod dubiú esse poterat,ꝙ magistratus ipsi nō tenebantur, si non erat petitus tutor:patet ergo, ꝙ ita demú tenētur actione De magistratibus conueniendis magistratus ipsi,si officiú petitú non sunt impartiti, secus,si non sint moniti, quia tunc quàmuis dare possint, tamē nō tenentur dare.l.Non quicquid.ff.de iud.cú si.ꝓ qua opi.v͂r facere quod dixit Iulius Capitolinus in M.
„ Philosopho: De curatoribus verò, cùm antea nō nisi.l.
„ Lectoria,vel ꝓpter lasciuiā,vel ꝓpter dementiā daren-
„ tur,ita instituit,vt oēs adulti curatores acciperent non
„ redditis causis, licèt sciā,& hoc quoq; cauillari posse.

In ea.glo.ibi,Itē videtur cōtra Glo.tam hic, quàm in d.l.1.in fi.in verb. Cōmitti. declarat, ꝙ benè rerú suarú administratio adultis committitur etiā ante 25.annum, quia curatores inuiti non accipiunt,vt hic, sed benè gesta ab illis vsque ad maiorem ętatem rata non sunt, de quo dubitare solet Budæus,vt ipse testatur in suis Annotationibus in Pandectas in d.l.1.ff. de mino. propter dictum Iulij Capitolini,de quo supra proximè.Sed in hoc nulla cadit dubitatio,nimis enim clarum est, vt de hoc dubitare non valeamus, ꝙ curatores inuiti adulti non accipiunt,vt in tex.nostro.

In glo.in ver.In litem.Distingue, ꝙ aut pupillus vult agere,& non cogitur accipere curatorem etiam in litē, quia etiam non cogitur agere, & si aliter ageret quam cum authoritate curatoris,repelleretur tanquā non habens legitimam personam, & ita procedit tex.in d.§. Si pupillus. nam ibi contra tutorem agere volebat:si verò conuenitur,tunc cogitur in litem accipere,vt hic,ne iudicium reddatur elusorium, vt dictum fuit suprà in figuratione casus,& in nota.& declarat Alexan.in l.Tutori.C.de neg.gest.

16 Iuxta hanc gl. volo vos scire vnú in hac materia,ꝙ† si quis petat, seu petere velit restitutionem in integrum tanquam minor,& læsus,& petit sibi dari curatorē ad litē illā exercendā, iudex nō debet dare,si dubitari aliquo modo possit ipsum esse maiorem, ne scilicet dando curatorem pariat præiudicium aduersario, qui vellet illú dicere esse maiorem,& illi restitutionem non competere,vt voluit notabiliter Bal.in l.Idem fiet. ff. de testamen te.quam legit cum §.Propter litem.l. Iure nostro. eod. tit.in 6.no. sequitur Alexan. in consi. 21. Viso processu col.5.versi.Confirmo per id.lib.1.

17 Verum autem iste curator ad lites detur† inuitus,est quæstio inter Doct.nam aliqui volunt, ꝙ detur inuitus per l.fi.C.de admin.tuto. vbi aduertendum est, ꝙ tex.loquitur propriè in curatore ad litem, vt patet ex verbis tex.in prin.tamen contraria opi.videtur cōior,videlicet ꝙ curator generalis ad negotia detur inuitus.d.l.fin.curator verò ad lites non detur, nisi volens per tex. in l. Qui habet.§.Si pupillus.ff.de tute.ita tenet Bal.in l. Tutori.vbi Alex.C.de neg.gest.allegat Iac.de Arena ibi:frustra enim exigeretur præsentia illius in d.§.Si pupillus.si cogeretur accipere curā,& eius munus esset necessariú. l.Qui potest inuitis.ff.de reg.iu. & idem voluit Saly. in. l.Tutori.& Cy.in d.§.Si pupillus.Contrarium tamen tenet idem Bal.in d.§.Si pupillus.& Io.Fab.hic per generalitatem.l.fin.C.de admi.tuto.Bal.in l.Quæ fortuiti[illegible] 6.versi.Sed dubitatur de curatore dato [illegible] C. de pign.actio. Puto veriorem [illegible] opinionem distinguēdo maximè,vt facit Bar.in d.§.Si pupillus.vt scilicèt detur volens, possit tamen cogi ex causa, vt de curatore bonis dando dicitur in l. 2.§. Quęritur ff. de cura.bon.dan.& effectus est maximus, quia quando curator iste cogeretur ex necessitate officij, & muneris subire onus tutelæ,tunc nō de leuissima culpa teneretur.l.Quicquid.C.arbi.tute.sed si esset voluntarius,tunc æquipararetur ꝓcuratori ad litem, qui etiam de leuissima culpa tenetur.l.A procuratore.C.mand.de quo vide Bal. in d. l.Quę fortuitis. vbi suprà:cogitur tamen iste curator ad litem satisdare rem pupilli saluam fore, non tamen tenetur facere inuentarium de consuetudine, vt dicunt omnes hic post Bar.in l. Et si ad species. ff rem pup. sal. fore.Sunt tamen eius bona obligata adulto, cuius est curator,sicut obligata bona curatoris ad negotia.l. Pro officio.C.de admin.tuto.ita dicunt Bal.& Alex.in l.Properandum.§.fi.in vlt.nota.C.de iudi.

## §. FVRIOSI QVOQVE.

1 *Ad agnatos deducendus est, prouerbium.*
2 *Mentecaptus à furioso distat, & quomodo, & quomodo cognoscatur.*
3 *Morbus perpetuus quis dicatur.*
4 *Superesse non posse suis rebus quid significet.*
5 *Furiosi, & prodigi sunt in cura agnatorum.*
6 *Cura furiosi & prodigi vndè duxerit originem.*
7 *Prodigo non interdicit administratione lex, sed iudex.*
8 *Prodigus post interdum non obligatur naturaliter, secus ante.*
9 *Prodigo interdicta in antecedentiam administratio cēsetur, si dedit curatorem iudex.*

Prodigus

10 *Prodigus æquiparatur furioſo.*
11 *Prodigo etiam non petenti datur curator.*
12 *Prodigus cui æquiparetur, furioſo an pupillo, an adulto.*
14 *Prodigus ſibi quærit.*
15 *Cura furioſi, & prodigi dicitur legitima, & quando.*
16 *Curator datur mentecaptis, mutis ſurdis, & perpetuo morbo laborantibus.*
17 *Aduerſatiua cum copula, prout eſt dicto (ſed &) natura eſt repetere qualitates præcedētis diſpoſitionis.*
18 *Pupillo furioſo datur, tutor non curator.*
19 *Prodigo adulto an detur curator, vt adulto, an verò vt prodigo.*
20. *Curator furioſi & ſimilium an deſinat eſſe curator ſtatim deficiente defectu illo.*

Diuiditur in tres partes: in prima ponitur qualiter furioſi & prodigi curatores accipiunt ex l. 12. tab. in ſecunda, ꝙ illis deficiētibus prætores, vel præfectus vrbi Romæ, præſides aūt in prouincijs curatores dant: in tertia ampliatur qđ dictū eſt de furioſis & prodigis, & extendit ad mētecaptos, ſurdos, mutos, & perpetuo morbo laborantes. ſecūda ibi, Sed ſolent. tertia ibi, Sed & mētecaptis. Furioſis, prodigis, mentecaptis, ſurdis, mutis, & ꝑpetuo vitio laborantibus datur curator. h.d.

Caſus in tam generali regula non eſt niſi literaliter figurandus: ratio enim dubitandi in præſenti caſu fuerat generalis diſpoſitio tex. noſtri in prin. huius titu. vbi dictum eſt, puberes curatores accipere, vſq; ad 25. annū, quo fieri videbatur, vt qui iam 25. annum exceſſiſſent, non viderentur aliquo modo ſub cura eſſe, quemadmodum & qui ad pubertatē peruenerunt iam tutores accipere minimè poſſunt. ſup. ti. 1. in princ. tamen contrariū deciditur, idq; optima ratione. Cūm enim legū omniū intentio ſit, vt homines rebus ſuis bene vtantur, prohibeantq;, quantum per eas fieri poteſt, ne quis patrimonio ſuo abutatur. §. fi. ſup. de his q̃ ſunt ſui vel alien. iur. (præter enim curam illam, quam ſubditorum habere, & ſic priuatorum, intereſt reip. ſub ſe diuites, & locupletes habere ſubditos Auth. vt iudi. ſine quoquo ſuffra. in prin.) videntes aliquos eſſe maiores 25. annis, qui rebus ſuis ſupereſſe non poſſunt, nec rerum ſuarum curā gerere, vt decet, vt opem ferrent ijs, qui aliorum auxilio in rebus ſuis tuendis egere viderentur, voluerunt eos auxilio regi, & ideo ſiquis furore correptus ſit ita vt animi iudicium amiſerit, vel ſi quis vitio prodigalitatis afficiat, cum quò ad dilapidationem bonorum eum quaſi furioſum reputent leges voluit lex. 12. tabu. eſſe in legitima cura agnatorum, & gentilium. Ita, & qui mente captus eſt, & ſic quaſi ſine mente, vnde & nomē etiā ſumpſit, cum pari ratione egeat auxilio alterius in tuendis ſuis voluerunt leges in cura eſſe. Demum ij omnes beneficio hoc legis iuuantur, qui propter corporis vitium ita impediuntur, vt ſuis rebus supereſſe non poſſint, veluti mutus, ſurdus, & qui perpetuo morbo laborant, his enim omnibus iura ſubueniunt eadem pietate.

1 In tex. ibi, In curatione, &c. † Inualuit hinc prouerbiū apud priſcos, vt cum dicerent ad agnatos deducendū, quem furioſum ſignificare vellent M. Varro lib. 1 c. 2. de Re ruſtica: Duo (inquit) imprimis ſpectaſſe videntur Itali homines in colendo, poſſent ne fructus pro impenſa ac labore reddere, & verū ſaluber locus eſſet an non: quorum ſi alterutrū decollat, & nihilominus quis vult colere, mente eſt captus, atq; ad agnatos, & gentiles eſt deducendus; nemo enim ſanus mente debet velle impēſam ac ſumptum facere in culturam, ſi videt non poſſe refici. Columel. lib. 1. cap. 3. de Re ruſti. Porcius quidem Cato cenſebit in emendo inſpiciendoque agro præcipuè duo eſſe conſideranda, ſalubritatem cœli & vbertatem loci, quorum ſi alterutrum deeſſet, ac nihilominus quis vellet incolere, mente eſſe captum, atque eum ad agnatos, & gentiles deducendum: neminem enim ſanū debere facere ſumptum in cultura ſterilis loci, nec rurſus peſtilenti quamuis feraciſsimo pinguique agro, dominum ad fructus peruenire. id quod etiam Budæus in l. 2. ff. de orig. iur. annotauit, & latius attigimus hic in annotation.

In tex. ibi, Ex l. 12. tab. Hoc idem ſumitur ex verbis Vlpiani in l. 1. ff. de cur. furio. Lege (inquit) 12. tab. prodigo interdicitur bonorum ſuorum adminiſtratione, quod moribus quidem ab initio eſt introductum, ſed ſolent hodie prætores, vel præſides, ſi talem hominem inuenerint, qui neq; tempus neq; finem expenſarum habet ſed bona ſua dilacerando, & diſſipando profundit, curatorem ei dare exemplo furioſi, & tandiu ambo erunt in curatione, quādiu vel furioſus ſanitatem, vel ille ſanos mores receperit. Quo in loco animaduertendum eſt legem hanc. 12. tab (cuius verba hęc erant.

Prodigo bonorum ſuorum adminiſtratio interdicta eſto.

Si furioſus exiſtet, agnatorum gentiliumq; in eo, pecuniaq; eius, poteſtas eſto. vt teſtatur M. Cicero li. 1. ad Heren.) ſumpta eſſe ex moribus Gręcorum: id enim ſignificare voluit Vlpia. cùm dixit, Quod moribus quidē ab initio introductum eſt. iuxta tex. in §. Et non ineleganter. ſuprà de iure nat. gen. & ciui. id quod & aduertit Accur. ibi, In huiuſmodi igitur cura prius fuit l. 12. tabul. ſumpta (vt dixi) ex moribus Græcorum, quæ de furioſis locuta eſt, & de prodigis poſtea idem eſt ſeruatū einſdem exemplo, quo in numero, & mentecaptos fuiſſe credendum eſt ex verbis Colum. & Varronis ſuperius relatis, & docemur hoc etiam ex verbis l. 2. C. de cura. fur. ibi, Si igitur citra decretum præſidis fundus mentecapti etiam ab agnato eius tibi pignore nexus eſt. Innuit enim mentecaptum ſub cura eſſe legitima agnati. Æquum enim fuit omnibus proſpicere, qui quòd ad bona ipſorum pertinet, furioſum faciunt exitum, vt inquit diuus Pius in l. Ijs qui. ff. de tuto. & cura. da. ab ijs. hoc poſtea extenſum eſt ad debiles iſtos, qui ſuis rebus ſupereſſe non poſſunt l. Et mulieri. ff. de cura. furio. l. Dabimus. §. 1. cùm l. ſeq. ff. de priui. credi. ea pari æquitate, quàm diuus Pius conſiderat, quod edicto prætoris factū eſſe optima ratione credendum eſt. Nec refragatur d. l. Et mulieri. quam quidam ita intellexerunt, vt muti, ſurdi, & perpetuo morbo laborantes edicto prętoris non comprehenderentur, nam non loquitur d. l. de edicto prætoris introducente curam de his debilibus, ſed de inducente priuilegium creditorum, de quo in d. l. Dabimus. §. 1.

2 In tex. ibi, Sed & mentecaptis. † Mentecaptum à furioſo differre nemo eſt, qui neſciat: vbi. n. quis in rabiē aut furorē agitur, atq; huc & illuc temere fert, furioſus eſt: vbi verò mens abeſt, ea amentia, dementia, fatuitas, inſania dicta eſt, & qui ea animi affectione tenetur, inſanus, demens, amens, & mentecaptus dicitur: id quod Cicero ſatis expreſſit libr. 3. Tuſcula. Quæſtio. dum inquit, Itaq, non eſt ſcriptum, ſi inſanus: ſed ſi furioſus eſſe incipit ſtultitiam enim cenſerunt. i. inconſtantiam ſanitate vacantem, poſſe tñ tueri mediocritatem officiorum, & vitæ communem cultum atque viſitatum: furorē autem eſſe rati ſunt mētis ad omnia cęcitatem. quod vel atrabili, vel iracundia graniore, vel timore, vel dolore commota mente ſępe contingit, vt eodem libro teſtatur Cicero. Mentecaptus verò dicitur is, qui ſuæ mentis compos nō eſt, ſed cuius mens ex eius po-

tellat e

flaie abijt,vt inquit Festus, quã differentiam nostrates
etiam senserunt Bal.enim in l.2. C.de cura. furi.mente
captum cum intelligit,qui furorem habet latentem, fu
riosum verò qui patentem, & in l. Si furiosi.C.de nup.
vbi mente captum esse dixit,cui mens deficit, & animi
consiliũ,nullum tñ furorẽ extrinsecus ostendit, sed sub
quadam latenti animi quiete sine mente est. Cognoscũ
tur aũt potissimùm ab effectibus: eũ enim propriè men
tecaptum dicimus,qui ꝑ vicos deridẽda loquitur. l. Ob
quæ vitia.ff.de ędi.edic.quem tex.ad hoc not. Ange.in l.
Si cũ dotem.§.Si maritus.ff.solu.ma.l.Iis qbi. §. Diuus.
& ibi glo.in versi.Ex sermonibus. ff.de tuto. & cura. da.
ab ijs.Ille ẽt qui nescit exprimere quod vult, & sermo-
nẽ habet inordinatũ aut memoriam, dr̃ mentecaptus,
vt inquit Domi in c.1.§.Si verò.in prin.de cleri.ægro.&
in c.Filij.in prin.in 4.no. de hære.lib.6.alios aũt modos
cognoscendi, & probandi quem mentecaptum ponit
Deci.in consi.448.Vis tota.io princip.

3 In tex.ibi,Et qui perpetuo morbo laborant.† Perpe-
tuũ morbũ intellexerunt leges, quãdo nulla subest spes
sanitatis iuxta tex.in l.Si cùm dotẽ.§.Si maritus.ff.solu.
ma.& clarius declarat Vlpianus in l.pen.ff.de vaca. mu-
,, ne.Prętor(inquit)eos, quousq; intelligit operam dare
,, non posse adiudicandum,pollicet se excusaturũ: forte,
,, ꝙ quis in perpetuum operã dare non pôt, ꝙ in eam va-
,, letudinẽ incidit,vt certum sit eum ciuilia officia subire
non posse.Non ergo intelligas perpetuũ morbũ. i. son-
ticum,sed perpetuũ(vt dixi)in quo nulla sit spes sanita
tis,sitq; talis, vt impediat perpetuò, ne quis suis rebus
superesse possit. Potest enim morbus sontius esse, non
tñ perpetuus: is enim morbus sonticus dicitur, qui ita
molestus est, vt impediat rẽde qua agit, expediri.l.Mor
bus.ff.de verbo.signi.Hinc & sonticam causam dixerunt
antiqui, quæ tàm grauis est,vt iustum prębeat impedi-
mentum, in quo significatu Nęuius accepit authore
Festo.

In tex.ibi,Quia suis rebus superesse nõ possunt. Hoc
4 modo†loquendi vtuntur passim Iureconsulti, quoties
significare volunt aliquem non satis esse suis negotiis
expediendis, vt habetur in l. Quæsitum.ff.de re.iudi.in
fin.sumunt enim aliquando pro interesse, vt ibi, & in l.
Et qui.ff.de postu.in l.1.de procu.in l.in eadem causa. ff.
ex quib.cau maio. nõ memini tamen in hoc significatu
legisse verbum hoc apud receptos authores.

5 Notatur primò ex hoc tex.ꝙ † furiosi,& prodigi sunt
in curatione agnatorum ex l.12.tabu.concordat tex. in
l.1.ff.eo.sed iuxta hoc declaranda sunt aliqua,in quibus
6 Docto.laborare videntur.†Et in primis clarum est legiti
mam curã furiosi ex verbis l.12.tab.inductam fuisse, nã
hoc Iustinianus hic testatur, & iurisconsultus in l.1. ff.
de cura.furio.prodigo autem l.12.tabu.non fuerat ꝓui-
sum,vt daretur curator,sed tantummodo l.12.tabu. in-
ductum fuerat, vt prodigo bonorum suorum admini-
stratio interdicta esset:sed cum distitutus esset, nec ipse
per se bona sua administrare posset, datus est postea cu-
rator prodigo non ex verbis l.12. tab. sed ex mente ipsi⁹
ad exemplum furiosi,quod probant verba Iurisconsul-
ti in l.1.ff.de cura.furio. ibi, Sed solent hodie pręto res,
,, vel pręsides,si talẽ hominem inuenerint, qui neq; tem-
,, pus, neq; finem expensarum habet,sed bona sua dilace-
,, rando & dissipando profundit,curatorem ei dare exem
plo furiosi,verba enim illa(exemplo furiosi)ostendunt
hanc curam nõ ex verbis l.12.tab.sed ex mente,& senten
tia ipsius,vt probat tex.suprà de leg.par. tute. in princi.
,, ibi,Exemplo patronorum recepta est alia tutela,quæ &
,, ipsa legitima vocatur,vt ibi dictum fuit,quod quamuis
videatur repugnare verbis tex.nostri,tamẽ ita intelligẽ-
dus est,vt sint in curatione ex l.12.tab. quemadmodum
etiam parentum tutela dicitur legitima & ex l.12.tabu.
extensum enim est ex paritate rationis ad omnes nom
natos in tex. nostro.Hi autem curatores legitimi sunt,
qñ.s.extant agnatis idonei, alias enim illis non idoneis
existentibus,prætores & præsides dant ex inquisitione.
l.Sępe.ff.de cura.furio. & ita est intelligẽdus noster tex.
vt etiam intelligit glo.2.hic,& est tex.clarus in l.fin.§. Si
nautem testamentum.C.de cura furios. & indicant ma
nifestè verba Theophili hic,dum inquit, Sunt autem in
,, agnatorum curatione,quemadmodum i l.12.tabu. cau
,, tum est,ac Romæ,quidem pręfectus vrbi aut pętor. in
,, prouincijs uerò præsides furiosis, & prodigis ex inqui-
,, sitione dant curatores, cum aut nullus extat agnatus,
,, aut qui extat inutilis est administrationis,Qñ ergo sunt
agnati,in furiosis & prodigis, aliisq; huiusmodi homini
bus datio curatoris necessaria non est à iudice: sed si
ꝑ se agnati non suscipiant curã furiosi aut mẽte capti,
ita ꝙ ventum sit ad iudicẽ,ante oĩa cognoscere oportet
prætorem aut præsidẽ,an furor:aut amẽtia ficta sit,vt de
Vlysse legimus apud Ciceronem lib.3. Offi.qui subter-
fugiendę militię causa fauorem simulauit, & de Iunio
Bruto legimus apud Liuiũ lib.1.quo tutior esset.l.obser-
uare.ff.de cura.furio.quo cognito si est agnatus idone⁹,
non dat iudex curatorem,nec etiam ipsum agnatum,sed
interloquitur deducendum hominẽ illum, de quo agi-
gitur, ad agnatos,& gentiles, vnde nata est prouerbia-
lis illa figura, de qua diximus in tex. Quòd si non furio-
sus aut mente captus sit is, de quo agitur, sed prodigus
7 tunc hoc cognito iudex interdicit administratione,† nõ
enim lex interdicit administratione,sed iudex l.Iulianus
ff.de curator.furio.l.patri filio.ff. de minori. & ita tenẽt
communiter Doct.in l.Is cui bonis.ff.de verb.obli.Nec
obstat tex.in l.1.ff.de cura.furio.ibi,l.12. prodigo inter-
,, dicitur bonorum suorum administratio: quia non de-
bet intelligi,vt lege interdicatur,sed ꝙ authoritate legis
vt declarat etiã ibi gl.sicut etiam dicuntur dari curatores
ex lege,qui dantur à iudice.fun[illegible]tuto.in prin.&
quamuis cura prodigi dicat legitima, tamẽ nihil attinet
hoc ad interdictionẽ bonorum:fateor enim, ꝙ facta in
terdictione lex ipso iure defert curam agnato, sed hic
non agimus de cura, sed de interdictione, & licèt non
8 obligentur naturaliter d.l. Is cui bonis hoc est verũ post in-
terdictum,antè enim obligantur, vt ibi dr̃, ex quib.tol-
lunt rationes Ripæ ibi in 3. no. qui videtur contrarium
sentire.Siue ergo sit ei interdicta administratio à iudi-
ce,siue sit declaratus prodigus etiam absque interdicto
(hoc enim satis est l.Quid tamen §. Si arbiter.ff.de arbi.
ſm Bal.in l.1.ff.de cura.furio.cuius opi. communiter te-
netur in d.l.Is cui bonis.vt dicit ibi Are.) tunc si adsunt
agnati idonei,lex defert curam illis,ꝙ si non sint, iudex
dat ipse curatorẽ,vt dr̃ in tex.nostro,& clarius declarat
9 Theophilus.† Quinimmo si iudex præuia causæ cogni-
tione,& cõperto,ꝙ aliquis sit prodigus, absque alia in-
terdictione declararet, vel ad agnatos deducendũ prodi
gum, vel cognito ꝙ non adsint saltem idonei, curatorẽ
dedisset, censetur in necessarium antecedens interdicta
administratio.l.Illud.ff.de acquiren.hæred. Bar. in l.Vbi
autem.ff.de rei vendication.ita decidit Bar.in d.l. Is cui
bonis.per tex.in l.Si curatorem habens. C. de in integ.
resti.minor.

10 Secundò no.principaliter ſm Ang.hic, ꝙ † prodigus
æquiparatur furioso, pro qua æquiparatione est tex. in
l.Fulcinius.§.adeò versicu.planè.ff. ex quib. can.in poss.
ea.cũ si.allegãtis hic ꝑ eum, facit regula l.furiosi. ff. de
11 reg. in. & ꝓpter † hanc æquiparationem dicit Bal. in l.
Qui habet.in prin.ff.de tute. ꝙ prodigo ẽt non petenti
potest dari curator,qa furioso ęquiparatur, & dicit Bar.
12 in l.Ex facto.col.6.ff.de vulg.& pup.ꝙ †,pdigo substitui
potest,sicut,furioso,& tradit Alexand.ibi, & Dec. in d.l.
13 Furiosi.†Hęc autem æquiparatio nõ est perpetua, quia
prodigus

prodigus quandoq; furioso, qñq; adulto procuratorē ha
benti æquiparatur, vt latè tradit Alex.in d.l.Is cui bo-
nis. vbi Iaſ.ff.de verb.obl.AEquiparatio enim furioſi &
prodigi procedit optimè quò ad hoc, vt prodigus non
obligetur alteri, ſicut nec obligatur furioſus, ſed quo
14 ad acquirendum † ſibi, videt potius æquiparari pupillo,
qui ſibi acquirere poteſt, vt tradit Alex.in d.l.Is cui bo
nis.& Deci.in c.paſtoralis.col.3.de iudi.& in d.l.furio-
ſi.Item nec quò ad ſe obligandum ex delictis, quia pro
digus delinquens punitur, & obligatur ex delicto, ſicut
minor, glo.in l.Si quis in tantam. in 3.q.& ibi Bar.col.
3.C.unde ui.Bar.in l.Is cui bonis.col.fi.verſicu.Quæro
nunquid prodigus delinquendo.ff. de verb.oblig.& ibi
Pau.de Ca.in fi.Alex col.4.Iaſ.col.8.Ang.in l.Fulcinius.
§.adeò in fi.ff.ex quib.cau.in poſſ.eat.Pau.de Caſt.conſ.
583.in cauſa.col.fi.lib.j.Alex. conſi.24.Opportuè col.
2.lib.j.Dec.in l.furioſi. col.ij.ff.de regu.iu.Bertrā. cōſi.
248.Donatio.nu.8.lib.j.eſt tex.in l.Sed & ſi ex parte.§.
Quaoquam.ff.quod cum eo.

15 Tertiò no. ꝙ † cura furioſi & prodigi dicit cura legiti
ma, & huiuſmodi curatores dicunt legitimi, quod pro-
bat ex illis uerbis, Ex l.12.ta.ad idem eſt tex. clarus in
l.Sępe.ff.de cura.furio.ibi, Cùm ille legitimus inhabi-
lis ad eam rem videatur. Hoc autem verum eſt, cùm cu
ra ad agnatos deferi, nam quando iudex ipſe dat cura-
torem furioſo uel prodigo, proculdubio curator ille
non dicitur propriè legitimus, licet largo modo poſſit
dici legitimus, tāquam authoritate legis datus, tex.eſt
in l.De creationibus.§ Sinautem.C. de epiſc. audi.qui
eſt eadem lex cū l.fi.C.de curato.furio.licet variata in
uerbis à compilatoribus, ut ſæpiſſimè admonuimus, &
uoluit Bar.in l.Cui eorum.§.In curatoribus.ff.de poſtu.
ꝙ in furioſo & prodigo curator ſit legitimus, in aliis ve
ro, de quibus inferius, ſemper curator dicat datiuus, &
idem voluit in l.Sæpe.ff.de cura.furio.per glo.in d.l.De
creationibus. in ver.Lex aūt & idem uoluit Bar.in l.Si
furioſi.C.de nup.per tex.noſtrum.& idem uoluit Deci.
in conſi.274.col.pen.circa med.Putarem tñ contrariū
defendi poſſe per tex.noſtrum, ut inferius dicet in glo.
j.quæ tangit hanc differentiam inter curatores furioſi,
& prodigi & aliorum.

Quartò no. ꝙ Romæ præfectus uel prætor, in prouin
ciis præſides dant curatores, quod intelligēdum eſt, ut
dent declarādo locum eſſe legitimo curatori, vel dādo
cum effectu, quod intellige, ut declarat hic Theoph.qñ
aut nullus extat agnatus, aut is, qui extat, inutilis eſt ad
miniſtrationi, ut.ſ.dictum eſt.

16 Quintò no. ꝙ † non ſolùm furioſus & prodigus, ſed
mētecaptus, mutus, ſurdus, & perpetuo morbo laborās
curatorē accipiunt, id aūt ſm aliquos non ex lege, ſed
a iudice, de quo, ut dixi, videbimus in gl.j.

In gl j.Glo.tenet eandem ſententiam in d.l.de crea-
tionibus. vt.ſ.curatores legitimos accipiant tantum fu-
rioſi & prodigi, alii verò accipiunt datiuos, & vſ de mē
te glo.in verſi. impuberes.ſ.de fiduci.tut.in prin.& vo-
luit Dynus in l.amiciſſimos.§.fin.ff.de excuſa.tut.& te
nuit Cyn.in d.l.de creationibus. in princip.Et hanc ſen
tentiam confirmat hic Ange.reſpondendo ad tex.in §.
Et hæc dicimus in Authen.vt ii, qui oblig.ſe perhi.hab.
res minor. Mihi contraria ſententia veriſſima videt, vt
mentecapti, ſurdi, muti, & perpetuo morbo laborantes
ſub cura ſint agnatorum legitima, quando extant ido-
nei per tex.noſtrum, qui ſub eadem forma verborū di-
ponit huiuſmodi debilibus dandos eſſe curatores, ſi-
cut & de furioſis & prodigis dixerat. Si ergo verba illa,
Sed ſolent &c.interpretationem recipiunt agnatis de-
ficientibus vel inhabilibus, pari rōne ſequentia illa ver
ba (curatores dandi ſunt) eodem modo debent intelligi
17 propter illam aduerſatiuā † cum copula (ſed &,) cuius
natura eſt repetere qualitates præcedentis diſpoſitio-
nis, aduerſando tamen in facto iuxta notata per Bar.in
l.Mariti.ff.de adul.Bald.in l.Omnes populi.col.9.ff.de
iuſt.& iur.Alexand.in l.filius a patre.ff. de lib. & poſth.
Licet enim l.12.tab. nō eſſet diſpoſitū niſi de furioſis,
tamen poſtea ſubſequentes leges interpratate ſunt ex
mente l.12.tab.& eius ſententia, vt puſio facta in fu-
rioſo extendat etiam ad illos alios debiles, quæ exten-
ſio non per hoc facit, quin talis cura dicat eodem mo-
do legitima, ſicut dicit cura furioſi, quemadmodum vi-
demus parentum emancipantium tutelam eſſe legiti-
mam, quæ per extenſionem inducta eſt.ſ.de legi.par.tu
re.in prin.&.ſ.dictum fuit, & hoc probari videtur in l.
2.C.de cura.furio.ibi, Si igitur citra decretum Præſidis
fundus mentecapti etiam ab agnato eius tibi pignori
nexus eſt, qui tex.quamuis euitari poſſit propter verba
ſuperiora, quæ uidentur loqui in furioſo, attamen non
uideo ego rationem diuerſitatis, quare cura prodigi de
beat eſſe legitima, cura autem mentecapti non, cum ſu
perius demonſtrauerim l.12.tab locutam fuiſſe tantū
de furioſo, & videmus, ꝙ tex.in d.l.Et hæc didicimus.
pariter dicit leges introducere curam furioſorum, &
amentium, & aliorum. Nec valet reſponſio Ioan.Fab.&
Ang.hic, ut ille tex.intelligatur, vt.ſ.leges prouideant,
ſed diuerſimodè, aliquando.ſ.ipſo iure per legem, ali-
quando per iudicem, nā hoc eſt violare illū tex.Et tex.
noſter, qui ab eis ponderat in illa aduerſatiua, probat
contrarium, vt ſ.dixi, quia retinet eaſdem qualitates, vt
quemadmodum in ſuperioribus dicitur, ꝙ ſolent præ-
tores dare curatores furioſis & prodigis, & hoc intelli
gitur agnatis non exiſtentibus, ſaltem idoneis, eodem
modo intelligi debent verba ſequentia dum loquitur
de mentecaptis & aliis, vt ſ.dandi ſint curatores, agna-
tis non exiſtentibus.

In glo.2.Gloſ.benè interpretatur per tex.in d.§.Sin-
autem.& eſt tex.in d.l.De creationibus §.Sinautem te-
ſtamentum.& explicat hic clarè Theoph.vt dictum eſt.

18 In glo.in ver Dare. Prima cōcluſio glo.eſt, ꝙ † ſi furio
ſus pupillus ſit, vel mētecaptus, ſurdus, mutus, aut per-
petuo morbo laborans ſimiliter pupillus ſit, tunc non
datur curator ex l.12 tab.ſed datur tutor: lex enim 12.
tab.quę de cura furioſorum loquitur, ita accepta eſt, vt
ad pupillos non pertineat, çtati enim potius quam de-
19 mentiæ cōſulitur, tex.eſt clarus in d.l.Qui habet.§.Qđ
autem.ff.de tute. Sed dubium eſt in minore 25 annis,
qui ſit minor & prodigus, nam attenta concluſione pre
dicta ſequitur, ꝙ erit ei dandus curator vt adulto, non
aūt vt prodigo, quod fatetur glo.in l.i.in gloſſ.i.C.de
cura.furio.per tex. in d.l. Qui habet. quinimmo Bar.in
l.Si curatorem habens.C.de in integ.reſti.mino.dixit,
ꝙ ſiquis ſit minor & prodigus, non poteſt ei dari cura-
tor tanquam prodigo per tex.in d.l.Qui habet. Sed ad-
uertendum eſt, ꝙ ex hoc inſurgit maximum inconue-
niens, quia adultus etiam curatorem habens obligatur
naturaliter.l.j.ff.de nouatio.prodigus autem, cui datus
eſt curator, non obligatur naturaliter.l.Is cui bonis.vn-
de Bar.& alii, quos refert Alexand.ibi, ſentientes hanc
difficultatem communiter dicunt, ꝙ huiuſmodi adul-
to, qui & prodigus eſt, interdicenda eſt adminiſtratio &
poſtquam interdicta erit adminiſtratio, tunc dandus e-
rit curator nō vt prodigo, ſed vt minori, & ita commu
niter practicatur.

20 Pro perfectione huius §.quærendum † eſt de uno, qđ
attingit Iuriſconſ.in l.i.ff.de curato.furio.hic autem ab
Imperatore fuit omiſſum, videlicet, an ipſo iure recu-
perata ſana mente.vel ſanis moribus. vel ſanitate deſi-
nat curator furioſi, prodigi, vel alias huiuſmodi debi-
lium, eſſe curator, & tex.in d.l.i.hoc expreſſe dicit ibi,
Quod ſi euenerit, ipſo iure deſinunt eſſe in poteſtate
curato-

curatorum.& Doct.in d.l.Is cui bonis. communiter sequuntur hanc sententiam,& quando clarum & notorium est ipsos sanos mores vel sanam mentem recuperasse, tunc ipso iure desinant esse curatores per illum tex.q̃ si non sit notorium,tunc communiter volunt ibi Doctor. q̃.sit necessaria sentētia declaratoria, & idem voluit Bar.in d.l.de ætate.in ultim.q.primę.par.ff.de minor.Tu die,q̃ statim recuperata sanitate ipso iure curator esse desinit etiam ante declarationē, si probari possit ipsum recuperasse,quia sit probabitur,aut declarabitur iam bimestri(puta)elapso prodigum recuperasse sanos mores, ualebunt gesta per eum etiam ante declarationem, sed hoc nesciri poterit,nisi secuta declaratione, quando non est notorium Exigitur ergo declaratio non ad finiendam curam,sed ad probationem & ad tollendam pręsumptionem illam ortam ex decreto & interdictione administrationis: illa enim declaratur ipsum recuperasse sanos mores, non autem tollitur cura, quia natura declarationis est nihil tribuere. l.Hęredes palàm.§. Siquis post.ff.de testamen. sed inducit probationem, quę releuat postea ab onere probandi ipsum sanos mores recuperasse, & ita declarandum est, quod & uoluit Ripa in dict.l. Is cui bonis.column.11.

## §. INTERDVM.

1 *Interdum:ostendit regulam in contrarium.*
2 *Furti agere potest ille,cuius interest.*
3 *Curator datur pupillo in locū tutoris legitimi minus idonei,& qualiter dicatur minus idoneus.*
4 *Tutor dari non potest habenti tutorem.*
5 *Curator datur pupillo in locū tutoris testamētarij uel datiui minus idonei.*
6 *Prælato impedito datur coadiutor:& quando.*
7 *Solet:hoc uerbū non denotat necessitatē,sed potestatē & quando.*
8 *Iudex tenetur deferre iuramentū necessarium secundū communem opinionem.*
9 *Curator datur tutore ad tempus excusato.*
10 *Item:huius dictionis natura ē cōmunicare qualitates.*
11 *Cæcus*
*Surdus* } *dari tutores non possunt.*
*Mutus* }
*Furiosus* }
12 *Insanus similis est ægrotanti.*
13 *Tutor si in furorem incidat,qualiter prouideatur pupillo.*
14 *Furiosus semel præsumitur durare,quomodo hoc ītelligatur.*
15 *Tutor ultra centesimum lapidem non cogitur administrare.*
16 *Mater tutrix statim adito iudice & testata uoluntatē suam de secundis nuptijs desinit esse tutrix.*
17 *Intellectus.l.Siquis tutor.ff.de tute.*
18 *Tutor.i.curator,quando ita exponatur.*
19 *Tutorem habenti quare tutor non detur.*
20 *Ratio non est quærenda, ubi clara est decisio.*
21 *L.Non omnium.ff.de legi.qualiter intelligatur.*
22 *Contrarius sensus sumendus est ad limites uerborū directorum.*
23 *Curatoris dati pupillo non habēti tutorem quæ nā sit potestas.*

Diuiditur in tres partes: primo ponit tres casus, in quibus curator datur pupillis: in prima enim ponitur, quando legitimus tutor non est idoneus. in secunda quando testamentarius & datiuus: in tertia quando tutor se ad tempus excusat secunda ibi, Item si testamento. tertia ibi, Item loco tutorum.

Tutore minus idoneo existente,vel ad tēpus excusato, datur curator etiam pupillo.h.d.

Casus facilè figurari potest, cum enim suprà in prin. visum sit curatores accipere adolescentes iam puberes vsq; ad 25.annū non uidebat aliqua rōne posse dari curator pupillo,reclamante.d.regula in princip. tit.nostri apposita:quo non obstante deciditur contrarium,cùm enim leges noluerint pupillos aliquo casu carere defensore & administratore,cū hoc publice interesse putauerint legislatores,viderentq́; tutoribus vel non idoneis existentibus, vel ad tempus excusatis pupillos remanere sine pręsidio, nō dederunt interim alium tutorem propter iuris regulam prohibitiuam, quæ habet,q̃ tutorem habenti tutor dari nō possit, sed dederunt curatorem,qui etiam,ne offendatur alia regula iuris,quę habet,q̃ curator detur puberibus,potius rerum pupilli administrator quam curator intelligitur,vt dicit tex in l.Solet.ff.de tute.

1 Primò no. secundum Ang. hic,q̃ dictio† hæc (interdum)posita in princ.tex nostri ostendit, q̃ regula est in contrarium scilicet q̃ pupilli regulariter curatores nō accipiunt, & benè dicit, non allegat ad hoc aliquid nō
2 ad hoc bonus tex.in l.Interdum.ff.de fur.Est enim† regula, q̃ ille, cuius interest, possit agere furti.l.Cuius.l. l. eius.ff.eod.ti.vnde Iurisconsultus volendo ponere casus,in quibus etiam ille, cuius interest, nō habet furti actionē, vtitur hac dictione(interdum)in [illegible] dum. & sic ostendendo regulam in contrarium,ad idē tex.in l.admonendi.ff.de iureiu. quem ibi notat ad hoc Ias.col.3.in lect.& col.2.in repe.facit tex.in l.Interdum. ff.de cond.inde.gl.in l.fi.ff.vt in poss.lega.in l.Qui aliena.§.Interdū.ff.de acq.her.no.in l.Legitima.ff.de pact. ponit Dec.in l.In actionibus.in glo in ver.Planè.col.9. ff.de in litem iur..

3 Secūdò no.q̃† legitimo tutore minus idoneo existēte datur pupillis curator:ideo enim alius tutor loco tutoris legitimi minus idonei nō subrogatur,vt dicit tex. quia tutorem habenti tutor dari non pōt ex regula iuris, de qua dicemus proximo notab.tex.in hoc est clarus,sed tota uis consistit in intelligendo illa verba(non sit idoneus(nam diuersè possunt interpretari,& ex diuersa interpretatione diuersa insurgeret decisio. penitus contraria dispositioni §.nostri.Nam si intelligeremus minus idoneum eò, quia non ex fide tutelam gereret,tunc non est uera decisio tex.nostri,quia alius tutor subrogatur loco eius §.fin.j.de suspect.tuto.quod tamen nō simpliciter verum est in terminis nostris, in quibus loquimur in tutore legitimo & sic consaguineo, nam tunc non simpliciter remouetur, etiam si nō ex fide tutelam gereret, sed secundum distinctionem Bar.in l.Si tutor aliquo.ff.de suspect.tuto.vt aduertit gl.i.quę intelligit hanc(ut ita dixerim)idoneitatem rōne paupertatis,uel quia sit minus industriosus, quam oportet: & quantum est respectu paupertatis, optimè hoc probat tex.in l.pietatis.C.de suspect.tuto. & in §.fi.j.de suspec. tuto.vbi ponderandus est ille tex.dum dicit,q̃ si fidelis & diligens sit tutor, quamuis pauper sit, non remouet vt suspectus:non enim dicit simpliciter,non remoueri, sed q̃ non remouetur vt suspectus.Potest enim ex causa ei curator adiungi, si datiuus vel testamētarius sit,& forsan si legitimus, vt in tex.nostro, & dicit ibi glo.Sed difficultas

difficultas est in tutore legitimo parũ diligente & in-
dustrio, an ei curator adiungatur, vel potius loco legiti
mi tutoris subrogetur curator, vt uidetur innuere tex. no
ster, quod ego ad officium iudicis spectare existimo d.
l. pietatis. d. l. si tutor aliquo. Intellige ergo hunc tex.
dũ dicit, si non sit idoneus, vel de non idoneo faculta-
tibus, vel de alio naturali defectu, qui impediat curam
rerum pupillarium, dummodo non sit uitium perpe-
tuum, nã tunc datur alius tutor l. Cõplura. ff. de tute. & vi
debimus in glo. ac etiam si (puta) senio sit confectus, vel
in aliquam inciderit aduersam valetudinem l. Solet. ff.
de tute. nam tunc datur curator habenti tutorem, qui
curator, quando datur ratione impedimenti, vel quia
tutor non sit ita industrius, datur altero de duobus mo
dis, aut à iudice, aut ab eodẽ tutore authoritate tamẽ
iudicis accedente, ut utrunq; probatur in l. Solet. ã. alle
gata, & declarat ibi Bar. & officium huius curatoris fi-
nitur vel finito impedimento tutoris, vel finita tutela,
cum datus sit ad supplendum alterius defectum, ut de-
clarat idem Bar. in d. l. Solet. & est tex. in l. i. C. quando
tut. u el cura. esse des.
4 Tertiò no. regulam iuris, quę habet, q † tutorem ha-
benti tutor dari non possit, concor. tex. in l. Licet. C. in
quib. ca. tut. hab. tut. da poss. l. Cùm iure. C. qui pe. tut. l.
Si sororis. C. qui da. tu. poss. Aduertendum tñ, q olim tu
torem habenti tutor dabatur à prætore, qui prætorius
appellabatur, quod succedente regula hac postea fuit
immutatum. §. fi. s. de auto. tuto. de ratione huius regu-
læ, cùm glo. nostra in verb. Dari non potest. hoc attin-
gat, videbimus ibi.
5 Quartò no. q † non solũ curator pupillo datur, si legi
timus tutor idoneus nõ sit, sed etiam si testamentarius,
aut datiuus insufficiens sit ad tutelam administrandam,
adiungitur ei curator, dummodo non dolo malo uerse
tur in tutela administranda, tunc. n. ut suspectus remo-
uendus est l. i. §. Ostendimus. ff. de suspect. tuto. §. fi. j de
suspect. tut. & ad decisionem tex. nostri facit secundum
6 Ang. tex. in c. i. de cleri. ęgrotan. lib. 6. vbi habetur, q † im
pedimentum prelati facit, ut detur eidem coadiutor, &
quia fuerunt quinq; opi. circa hoc, an & quando detur
coadiutor perpetuo, vel remoueatur, videnda sunt quæ
ponit Pet. de Anchar. in d. c. j. Talis enim coadiutor &
curator datus pupillo tutorem habenti, magis rerũ pu-
pilli administrator intelligitur, quam curator. d. l. Solet.
ff. de tute. non enim inconuenit, ut alteri delata sit tute-
la, alteri bonorum administratio l. In fideicommissi. §.
Cum Pollidius. ff. de vsur. nam & si mater ibi bona reli-
quisset coniuncto, ex quo tamen & fundum prælegaue
rat, & hanc uiam uidebatur elegisse, vt potius coniun-
ctis sanguine, quàm tutoribus, rerum suarum admini-
stratio commissa esset, debentur fructus bonorum ex
mente disponentis, & sic patet, q ibi alteri erat tutela
commissa, quod intellige ab alio quam à matre. § per-
missum. s. de tute. alteri. s. Pollidio fideicommissario ad-
ministratio bonorum pupilli. Tamen dici potest, & ibi
Pollidius non administret bona illa ut bona pupilli,
quippe, cùm in eis sit institutus, uidetur administrare
ut propria, sed benè uerũ est, q cùm grauatus sit resti
tuere bona illa pupillę, cum ad certam ætatẽ uenisset,
ex mente testantia tenetur non solum bona relicta resti
tuere, sed etiam fructus, cum appareat testatricem vo-
luisse Pollidium stare contentum fundo prælegato, &
hoc propinquo committere uoluisse, non ut suos fru-
ctus interim faceret, sed ut lubricum tutelę effugeret,
quo fit, ut ille tex. non faciat in proposito eius, ad quod
eum adducit Ang.
Quintò no. ibi, Solet ei curator adiungi. q hoc pote
stati iudicis & eius arbitrio remittitur, cõcor. tex. in d.
l. pietatis. C. de suspect. tuto. in l. Solet. ff. de tute. hoc e-
7 nim uerbum (solet) non † necessitatem dicit, sed potesta-
tem. l. i. C. quomo. & quan. iud. ubi Barto. uolẽs tradere
circa hoc doctrinam distinguit, q aut insurgit contra-
rium alterius legis, & tunc dicat potestatem, non neces
sitatem. l. Et post edictum. ff. de iudi. qui tex. non loqui-
tur in uer. (solet,) sed in uer. (debet,) melior est tex. in l.
admonendi. ff. de iureiur. nam tex. ibi utitur verbo (so-
lent) & tamen importat necessitatem propter tex. in l.
In bonę fidei. C. de iureiur. Nam communis Doctorum
8 conclusio est, q iudex † tenetur deferre iuramentum ne
cessarium, ut ibi aduertit etiam Ias. si uero non incide-
remus incontrarietatem, dicit Bar. q si illud, cui adiici-
tur, habet rationem vniformem in quolibet casu, & in
ducit necessitatem l. i. ff. de alim. & cib. leg. l. 2. §. Meritò.
ff. ne quid in lo. pub. si uerò habet difformem, & exponi
tur pro (potest,) ut est tex. in d. l. i. C. quo. & quand. iud.
cum qua doctrina solent communiter transire Doctor.
Mihi uidetur aliter distinguendum, ut dictio (solet) rela
ta ad iudicem non inducat necessitatẽ sed rem in arbi
trium eius transferat. l. Non quicquid. ff. de iudici. l. i. C.
quo. & quand. iud. l. pietatis. C. de suspect. tuto. cum si. q
si diuersa ratio suadeat id, quod solere fieri dicimus, ne-
cessitatis esse, tunc dicar necessitatem ex regula iuris,
quæ habet, q ubi est diuersa ratio, diuersum ius consti-
tuendum sit. l. Illud. ff. ad l. Aqui. Siue ergo diuersitas ra
tionis procedat ex diuersitate alterius legis aut contra-
rietate, siue quia aliter ex recta iuris ratione statuendũ
sit, nihil refert, & ita possunt omnia iura declarari, quæ
de hac dictione loquuntur.
9 Sextò no. q † tutore ad tempus excusato non datur a-
lius tutor, sed curator: cum enim sit spes, ut tutor pri-
mus, tutelam reassumat, nõ potest alius tutor dari, quia
locus tutoris non euacuatur, & obstat regula iuris, de
qua in tex. nostro, q habenti tutorem tutor dari nõ po-
test, concor. tex. j. de excus. tu. §. Item ij. qui reip. in l. Tu
tor petitus. §. fi. de excus. tuto. Quòd si in perpetum ex-
cusentur aduersa (puta) ualetudine, uel alia causa, tunc
alius tutor datur. j. de excu. tuto. §. Item propter aduer
sam valetudinem. l. i. C. qui mor. bonus tex. in l. Idem
Vlpianus. ff. de excus. tuto. in prin. Hic autem curator, q
datur excusato ad tempus tutore, durãt durãte eius ex-
cusatione: cessante enim priuilegio uel impedimento,
& sic causa excusationis reassumũt illi tutelam, cura-
toris uero officium expirat, ita probat tex. in d. §. Item
qui reipublic. in illis verbis, Interea curator loco eo-
rum datur.
In glo. i. Declarata fuit hæc gl. s. in. 2. no. tex. enim no
ster nõ potest intelligi in eo, qui nõ ex fide tutelam ge-
rat per d. l. pietatis. quod ostendit versiculus sequẽs ibi,
Nec tñ fraudulenter negotia administret. iuncta dictio
10 ne (item) cuius natura † est communicare inuicem quali
tates. l. In repentendis. ubi Bar. ff. de leg. 3.
In glo. in uersi. Dari non potest. Glo. ponit sex fallen-
tias regulę, de qua in tex. nostro, nam in casibus in glo.
enumeratis tutorem habẽti tutor datur. Prosequamur
singulas partes glo. & quò ad primam limitationẽ im
11 primis sciendũ est, q cæcus, † surdus, mutus, uel furio-
sus dari tutores non possunt: de cæco est tex. in l. Lumi-
nibus. C. qui pet. tut. de muto & surdo est tex. in l. i. §. fi.
ff. de tute. de furioso est tex. s. qui testa. tuto. dar. poss. §.
Furiosus. & si dentur non ualet datio, ut notant Docto.
in locis prædictis, unde hęc fallentia intelligenda est,
quando post susceptam iam tutelã superuenit tale im-
pedimentum, nam tunc siue extinguatur ipso iure tute
la, ut uoluerunt aliqui, siue excusatio detur, uerum est,
q datur alius tutor in eius locũ: complura enim super
hoc emanarunt senatuscon. ut dicit tex. in l. penul. ff. de
tute. Sed uis est in eo, quod dicitur de furioso, nam nõ
est uerum, q simpliciter detur in eius locum tutor cõ-
tra

tra.d.regulam , quinimò uidetur dandus interim cura-
12 tor,quia qui† in insaniam incidit,similis videtur ei,qui
in aduersam valetudinem incidit , ut dicit tex.in l.Non
solum.§.fi.ff.de excu.tuto.& idem voluit tex.in d.l.Idē
Vlpia.§. Furor.eo.ti.in quib. locis apertè dicitur,q̄ da
tur curator,cuius contrarium uidetur innuere tex.in l.
Post susceptam.ff.de excu.tu.vbi glo.ponderat hoc con
trarium,& soluit vt in ea:Ang.etiam hic conatur declā
13 rare.Tu dicas,q̄†quando quis datus iam tutor incidit
in insaniam,tunc datur curator,non tutor,eò q̄ nondū
certum est furorem futurum esse perpetuum,& ita pro
cedit tex.in d.l.Non solum.§.fin.& in d.l.Idem Vlpian.
14& quod solet dici semel†furiosum p̄sumi durare,ut tra-
dit Alex.in l. Furiosum.C.qui testa.fac.poss.habeat lo-
cum in eo, qui iam confirmatus est in furore.Quando
verò quis ita furit , vt medicorum iudicio perpetuum
futurum sit impedimentum , & tunc datur alius tutor,
& habet locum tex.in d.l.post susceptam.nec ipso iure
desinit esse tutor.l.fi.vbi Bal.C.de admi. tuto.si verò is
ita sit furore correptus , ut habeat dilucida interualla,
tunc proculdubio non datur alius tutor,quia non libe
ratur a tutela,sed datur curator,qui medio illo tempo-
re, quo furor viget.administrat bona pupilli,& ita sunt
qui intelligant supracrispta iura , ut per Ange.hic,quæ
iudicio meo sunt intelligenda in casibus antedictis.&
quamuis cesset furor , non per hoc cessabit cura , sicut
datus curator furioso habenti dilucida interualla non
desinit esse curator,si ad sanam mentem redeat ille,cu-
ius curam administrat,sed interim cessat administratio
l.pen.C.de admi.tuto.

In ea.glo.ibi,Item & si habet tutorem. Ponit gl.aliam
limitationē ad regulam prædictam, videlicet , quando
pupillus habet latè] diffusum patrimonium ,nam vltra
15 centesimum lapidem† non tenētur tutores administra-
re.l.propter litem.§.fi.ff.de excu.tuto.quare si se excusa
uerint ab administratione illarum rerum, quæ sunt ul-
tra centesimū lapidem.proculdubio dandus erit à præ
side illius prouinciæ alius tutor , quamuis regula sit,q̄
habenti tutorem tutor dari non posse , ut dicit tex in
d.l.propter litem.§.fi.& est tex.in l.pupillo.ff.de tuto.&
cura.dat.ab iis.dispensarunt enim iura ob mutuum cō-
modum pupillorum & tutorum,ut veniretur contra d.
regulam,& hoc est ex eo,quia cum lex tribuat excusa-
tionem tutori vltra centesimum lapidem quò ad bona,
à quibus excusatur , habetur iam pro non tutore,vnde
cum alius tutor detur ad illa bona limitatè,non censet
dari tutorem habenti,quia respectu illius partis bono-
rum non dicitur habere tutorem uerè.& quamuis tex.
in l.propter.& in l.fi.C.in quib.cau.tu.hab.tu.dar.poss.
videantur velle,q̄ hoc casu detur curator, quando bo-
na sunt in diuersis, locis,ita q̄ tutor sit impotens ad ea
administranda tñ nihil obstant.Illa enim iura intelligū
tur in casibus,in quibus tutor non habet excusationē,
sed eget aliquo auxilio,tūc enim quia durat tutela quo
ad omnia, obstat rigor regulæ, de qua in tex.nostro,&
datur curator tanquam quidam bonorum illorum ad-
ministrator potius, quā curator.l. Soler.ff.de tute.Nec
dicas,(vt voluerunt aliqui)q̄ exponenda sunt vnum p̄
alio tutor & curator. & q̄ vbi dicitur. q̄ habenti tuto-
rem alius tutor datur , intelligitur.i.curator,quia hoc
apertè demonstrat falsum per tex.in l.Licet.C.in quib.
cau.tuto.hab.tu.da.pos.vbi tex.dicit,q̄ in locum suspe-
cti,excusati,defuncti,vel relegati alius idoneus tutor eli
gitur:nō ergo potest intelligi curator,cum dicat(alius)
& sic ostēdat esse similem & eiusdem speciei,sicut erat
primus.Sit ergo conclusio,q̄ si bona sita sint in diuersis
locis,ita q̄ tutor habeat excusationem iuxta tex in d.l.
propter litem § pe.& tunc dabitur alius tutor cōtra re
gulam hanc ex ratione superius allegata:si verò non e-
runt eo loco sita, vt præstent excusationem,sed præstēt
impedimentum & difficultatem administrandi.adiun-
getur curator non tutor.d.l. propter.& l.fi.C.in quib.
cau.tuto.hab.tut.dar poss.

In ea.gl.ibi , Item & mater.Glo.& Doct.iudicio meo
decipiuntur tam in dicto, quā in ratione, nam hæc nō
est fallētia ad regulā tex.nostri,quia isto casu tutorē ha
benti non datur tutor contra regulā nostram,nec hoc
ideo est in casu nostro propter vicinitatē actuū , & quia
16 mox abire speretur, ut dicit glo.Et q̄†hoc sit verū præ-
supponendum est,q̄ mater tutrix statim adito iudice
& testata voluntate sua de secundis nuptiis contrahen
dis desinit esse tutrix secundū receptiorem opin.quam
firmat Bar.in l.Siquis sub conditione colum penul.ver.
Quæro an statim.ff.de testa.tute.& in auth.Sacramen-
tum.versicu.Quæro an statim.C.quand.muli.tute.offic.
fun.poss.Bal.in l.Omnem.col.j.C.ad Tertul.cum simil.
vt p Dec.in c.Ex parte el secundo. col.3.versi.In glo.
Soluta.de appellat.quo fit ut quoniam iudex dat postea
tutorem,etiam q̄ daret statim,non dat tutorem haben
ti,quia iam finita erat tutela matris,& ideo nō est limi-
tatio ad hāc regulam,nec ratio glo.est bona.quia abire
nūc sperat,sed quia iam abiit,& abiit vt suspecta,ut de-
clarat Bar.vbi.s.ideo succedit regula tex.in l.Licet.C.
in quib.cau.tu.hab.tu.dar.poss.videlicet,q̄ in locum su
specti,quia cōuictus & remotus est, alius idoneus tutor
est dandus,unde cum hęc mulier & suspecta sit,p̄pter
animum futurarum nuptiarum , quia iam renunciauit,
vt eidem tutela demandaret, & cōuicta sit ex eius pro-
pria confessione,quòd vult transire ad secūdas nuptias,
& remota ipso iure à l.vt dictū est , ideo alius tutor dat
non quidem contra dictā regulam,quia quando pupil-
lo dat tutor,non dat tutorem habenti,vtpotè iam eua-
cuato loco ipsius matris.

In ea.gl.ibi , Item & qñ ad tempus. Mirū est q̄ glo.in
hoc errauerit , quæ in d.l.pen. [illegible] interpreta-
tionem meritò sibi non placere.Dicas ergo , q̄ tex.in l.
pe.intelligit, qñ in perpetuum remouent , excusantur,
vel releganter,nam tūc alius tutor datur,& satis patet
ex illo exemplo suspecti & cōuicti & remoti tutoris,nā
proculdubio hi non remouentur ad tempus,sed in per
petuum ergo idem de aliis , qui sub una eadem uerbo-
rum conceptione reperiunt expressi , censendū est.l.Eū
qui ædes.ff.de vsucapi.sed clarius decidit hoc tex in l.
Tutor petitus.§.fi.cum l.seq.ff.de excu.tu.vbi Iuriscon-
sultus distinguit,an ad tempus relegatus sit,& detur cu-
rator,an in perpetuum,& tūc se excusat, & alius tutor
datur,vt dictum est.

17 In ea.glo.ibi,Item siquis†tutor.Difficilis est casus d.
l.Siquis tutor.ita vt alias.s.in tit.de capi.dimi.in princ.
in 13.no.putauerim esse difficile contrarium; dicere enim
vt(quantum modò attinet ad casum nostrū)vt ille,qui
nō est captus ab hostibus, sed missus ad eos quasi lega-
tus,ita locū tutelę euacuet,vt sit loc⁹ alteri tutori:si.n.
hoc in iis , qui quasi legati missi sunt ad hostes,uerum
esset, vtiq; apertius hoc uerū esset in iis,qui ut verè le-
gati missi sunt,qui quamuis habeāt excusationem,non
tñ amittunt tutelam, nec ab ea possunt se excusare nisi
durante absentia.§.Item q̄ reip.j.de excu.tu.absurdum
.n.esset dicere , vt plus tribueret quasi legatio,quā vera
legatio:in vera.n.legatione datur curator durante ab-
sentia, in quasi legatione hoc tribueret , vt alius tutor
esset subrogādus.Præterea qua rōne hoc volumus niti,
nā si fauore.d.quasi legati , hoc est falsum,vt dixi,cum
maior fauor debeatur legatis,quibus hoc nō tribuit:si
in odiū , vt videtur innuere tex.dum dicit ( quia ser-
uus non efficitur ( non est dare rationē,quare missus à
repub.sua ad hostes quasi legatus , sed(puta)cum com-
meatu,debeat cadere in hanc difficultatē an sit seruus
effectus

effectus nec ne. Preterea qđ dr̃ de transfuga est apertè cõtra tex.in l.amissione.§.1.ff.de cap.dimi.in l Postliminium.§.Filius.ff.de ca.& postli.reuer.de quo dixi.sup.de cap.dimi.in prin.in d. 13.no.qbus adde, ꝙ Alci. lib.1.c. 15.Parerg putat ideo tutorē in illo casu non effici seruū ēt si transfugiat, quia nec lege pulsus, nec iuregentium captus est, nam vult ēt transfugā non amittere ciuitatē, nisi sit miles, & ita vult soluere cõtrarium d.§.1.& §.Filius, vt ibi loquamur in milite, in l.Siquis tutor. in pagano. Sed aduertendum est, quia non arguit tex.ex retētione ciuitatis, sed libertatis, nec §.Filius.vr̃ restringendus, ad milites tantū, cū in versi. Transfuga aūt.generaliter loquatur de transfugientibus ad hostes, & ad eos, cum quibus nullum bellū, sed nec amicitia est. Posset ita intelligi tex.vt dicamus, ꝙ si tutor non sit captus ab hostibus, sed missus ad eos quasi legatus, & iste sic missus sit receptus postea idest quasi recuperatus, & reuersus ab eis, siue ab eis.s.hostibus transfugerit ad nostros, tutor maneat &c.& ita illum tex.alias intelligebat D. Ansouinus Medices, qui intellectus non potest conuenire illi literæ rum propter dictionem (etiam) quæ implicat casum diuersum à primo, tū quia non diceret, ꝙ postquā receptus esset aut transfugisset ab hostibus, tutor maneret, & interim alius daret, quia si ipse est apud suos, vtiq; non essent necessarius alius tutor, & antè non est cur diuinemus ipsum hoc modo reuersum, præsertim pp verba præteriti temporis (aut ēē receptus ab eis, aut transfugerit.) Præterea non videtur, ꝙ verbū (transfugerit ab eis) conueniat, q̄a non dr̃ transfugere, q̄ aufugiē
18 do reuertitur ad suos. Ego satis putarē posse † exponi illa verba (alius tutor) pro curatore, quamuis in superioribus contrarium dixerim alio proposito reclamante dictione (alius) quæ vr̃ inferre, ꝙ sit tutor, vt erat primus, nā in hoc tex.adest, illud verbū (interim) quod designat non perpetuò dari à præside illum tutorem, sed durante absentia: eodem.n.modo loquendi vtitur tex. in d. §. Item ij qui reipub.ibi, Et interea curator loco eorum dator. qđ eò minus inconuenit, quia videmus tex.in l.3. §.Siquis absuturus.ff.de susp.tut. vbi dicitur (aliū tutorē,) & tñ necessariò est intelligendum de curatore per d. §.Item ij qui reipu.& dicemus paulo post. Legamus igit & interpretemur hoc modo.s. ꝙ si quis tutor non sit captus ab hostibus, sed missus à repu. quasi legatus, & receptus ab eisdem hostibus, vt transfugerit, quia non verè captus aut detentus est, nec verè transfuga, sed simulato id agit, cùm non efficiatur seruus, tutor manet, qui non captus est, sed interea curator loco ipsius datur, nā si intelligerimus, ꝙ daretur tutor; veniremus contra regulam.l.actus legitimi.ff de reg. iu. quia quamuis testator ad tempus possit tutorem dare, iudex tamen nō dat, vt in §.ad certum.suppra qui testa. tuto. dar. poss. & ibi notatur. Aliter etiam declarauimus nonnm intellectum accommodando supra de capi.diminu.in princip. in 13 notab.Cogita, quia est difficillimus locus.

In ea.glo.ibi, Item si reipub.causa. Proculdubio glo. decipitur, nam in locum absentis causa rep. non tutor, sed curator datur, vt est tex.in d.§. Item ij qui reip.& in l.1.C.in quib.cau.tuto.hab.tut.dat.pos.vnde quamuis i d.l.quæsitum.& in d.§.Siquis absuturus.tex.appellet tutorem, & à propria natura verborum non sit recedēdū, vt dicit gl.tñ illa regula non habet locum, quādo ex alia lege constat talē interpretationem capiendam esse. Cū ergo habeamus iam expressum, ꝙ detur curator, nō tutor, facilè capienda erit illa interpretatio, vt tutor pro curatore exponatur cùm vnum verbū veniat appellatione alterius saltem latè sumpto vocabulo, tex.est in §.1. iuncta gl.in ver.ad curationem.in Auth.vt ij, qui oblig. glo.in auth.Minoris debitor.C.qui dar.tut.poss. l. Pater Seueritiā.§. Conditionū verba. vbi gl. ff.de cond.& demonst.gl.in c.1.de obli.ad ratio.Ang.in l.2. C.de confir. tuto.Ias.in l.Si tibi.col.1.ff.si cer.pe.

In ea.glo.ibi, Sed quę est ratio. Quærit igitur glo.de
19 ratione regulæ tex.nostri, quare † tutorē habēti tutor nō detur, cū detur curator habenti curatorem vel tutorē, & responde prout in ea, q̄ rationem vbiq; tenet gl.in l. Non omnium. ff.de legi. in l. Non quasi.§. si.in ver. Reuoluitur.ff rem.pupill.sal. for.& eā prius posuit Azo in Summa, in ti.in quib.cau. tuto. hab. tu.dari pos.& eam vbiq; sequuntur Doct.quam tamen nullam esse dicit, si benè discuteretur, Petr.de Bellaper.in d l.Licet. C.eod. ti.secundum q̄ voluit Ioan.in l. Nō omnium. ff.de legi. vt ibi refert glo.Confirmat Io.Fab.ratione, quam more suo eo tacito sibi attribuit Ang. hic, ꝙ pari ratione non possunt duo insolidum possidere rē, vel habere eiusdē rei dominium.l.Si vt certo. §. Si duobus.ff. cõmod.Ias. hic aliam rationem assignat, quia paria sunt non habere tutorem, vel habere malum & inhabilem ad administrandum l.j.§.Quòd si nemo.ff.quod cuiusq; vni.nom. quæ ratio est etiam de mente Azo. in Summa vbi.s̃.Iac. de Rauā. prout eum refert Albe. in d. l. Non omnium. mouebatur & benè iudicio meo contra rõnē gl.& Docto.& dicebat, ꝙ sicut gl.& Doct. voluūt, ꝙ plenum nō recipiat aliud plenum, & ideo tutor non recipiat superinductionem alterius tutoris, ita deberet esse in curatore, quia sicut plenū non compatitur cum pleno, ita nec semiplenū cum eo, quod est semiplenū, & ideo per hanc rõnem vigetur, ꝙ datus curator secundo loco nō posset habere aliquid illius potestatis, quam ei primus occupauit, quod falsum est, quia quod potest primò datus potest & datus secūdò, sicut in pluribus tutoribus, vt.C.si ex pluribus tuto.per totum. Preterea dicebat Iaco. si hoc esset ratione impossibilitatis, vtiq; non possent dari casus, in quibus habenti tutorem daretur tutor, q̄a impossibilitas repugnaret, sed inueniuntur casus speciales, vt in glo.nostra, ergo cessat d.impossibilitas, quę satis placent, nam authoritate cõstituentiū plura præsertim huiusmodi generales regulæ constitutæ sunt, quæ ad eandem authoritatē referuntur, non aūt simpliciter ad rationem, vt dicit Pau.de Cast.in d.l. Non omniū.& optimè doctor Oldendorp.in sua practica.classe.l.actione.1.& alibi dicit Bal.in l. Gallus.§.Instituens. ff. de libe.
20 & posthu.ꝙ vbi habemus clarā dispositionē † legis seu regulam, non est vlterius quærenda ratio, qđ mihi non
21 placet: quærenda † semper est, sed si non ita concludens inueniatur ex cęcitate intellectus nostri, tribuendum est quod deest authoritati legislatorum, & ita intelligēda est l.Non omnium.quod nota.

In gl.in ver.Curatores.ibi.l. Curator. Dic, ꝙ illa lex non probat à cõtrario sensu, vt dicit gl.hic, & Dy.in d. l.Curator.Vnde contrarius sensus illius est, ꝙ curator, si absit tutor, possit dari, non autem si nullus datus sit
22 tutor: cõtrarius.n.sensus † debet sumi ad limites verborum directorum, vt docet Anto.de But. in c.Cum apostolica.in vlti.notab.de ijs quæ fiunt à prælat. Deci.in l.j ff.de offi.eius.col.so.uersi.Sed tñ aduertendū est. unde ille tex.non probat, sed ad hoc est casus, quem allegat
23 Dyn.in l Curatorē.ff.de † autho.tuto.q̄d ait possit hic curator datus pupillo nō habenti tutorē, declarat Bar. in d.l.curator.ff.de tuto.& cura.dat.ab ijs.De validitate autem argumenti à contrario sensu videbitis in d.l.j.ff. de off.eius qui est locus ordinarius, & materia hoc in loco esset nimis impertinens.

## §. QVOD SI TVTOR.

1 *Actor, qui à tutore eligitur, unde dicatur, contra Theophilum.*

2 *Actor villicus dicitur.*
3 *Tutor ualetudinarius actorem constituit.*
4 *Vel, facit, vt intelligãtur in eodem casu res disiunctę.*
5 *Senectus infirmitati proxima.*
6 *Seniores pracellunt scientia, & maturitate, consilio, & experientia.*
7 *Infirmitas pręstat cõmodũ tutori creandi curatorem.*
8 *Infirmitas excusat à contumacia.*
*Item facit, ut Doctor possit legere per substitutũ nu.* 9
*Et quòd iudex possit causam delegare nu.* 10.
11 *Infirmitatis ratione receditur à regulis iuris.*
12 *Infirmitas numeratur inter necessitates.*
13 *Alia, est dictio implicatiua.*
14 *Necessitatis causa recedemus à regulis iuris.*
15 *Si, denotat conditionem.*
16 *Actor an possit à tutore cõstitui, sine causa, & an debeat de causa constare.*
17 *Causa decreti satis apparere dicitur, quando de ea saltem enunciatiuè constat.*
18 *Solennitates: si enunciata sint in instrumento, prasumuntur apposita.*
19 *Decretum iudicis habet pro se prasumptionem.*
20 *Iudici non creditur de causa.*
21 *Clasulæ generales causam in decreto non probant.*
22 *Actor à tutore eligitur, à iudice confirmatur.*
23 *Actoris bona an sint tacite hypothecata, sicut bona tutoris.*
24 *Procurator substitutus tenetur substituenti, non domino primo.*
25 *Valetudo dicitur tam bona quam mala.*
26 *Actor dicitur aliquando adiutor, aliquando curator, aliquando procurator.*
27 *Oeconomus legendum, non iconomus, & quid significet.*
28 *Oeconomus, cui rerum ecclesiæ administratio committitur.*
29 *Apocrisarius, non hypocrisarius, legendum, & qui sit.*
30 *Syndicus quis dicatur.*

TEx. diuisionem non recepit, & hoc dicit in summa: Tutor iustè impeditus, si pupillus non adsit, vel infans sit, iudicis authoritate actorem substituit periculo suo. h. d. ex l. decreto. ff. de admi. tuto.

Casus ita figurari potest: cum in superioribus dictum sit, q̃ si tutor sit impeditus ita, vt iustam habeat excusationẽ ad tempus, datur interim curator, quęsitũ est, q̃d si infirmitas superuenerit tutori, vel quælibet alia iusta cã & impedimentũ, an tũc def ad tempus curator vt dictũ est: & videbatur, q̃ sic ex p̃dictis, tñ tex. distinguit, q̃ si pupillus, vel infans sit, vel absit, tũc p̃t suo periculo sibi adiutorẽ quendam iudicis authoritate eligere tutor, quẽ actorẽ vocãt, & rõ est, q̃a tunc nõ põt esse à lite cõsultum indemnitati pupilli: cum .n. non sit tale impedimentũ, q̃d præter legitimã excusationẽ, vtiq; nõ veniretur ad curatorem, qui ex persona sua bona administrat, & q̃ (vt inferius dicetur) vtrunq; remediũ simul concurrat, & cùm absit pupillus, vel sit infans, non põt cõstituere procuratorẽ iuxta tex. in l. Neq;. C. de procu. neq; curatorem sibi petere: ideo permisit lex ipsi tutori, qui alias teneretur de male administratis & neglectis, vt actorẽ possit constituere periculo tñ suo, quia actor gerit quodammodo personam tutoris, & ex persona eius, non propria administrat, & cum authoritate iudicis.

1 In tex. ibi, actorem. †Teophilus hic declarat, quare di
catur actor, & dicit, actor ideo vocatur, quia per acta cõ
stituitur. Mihi vr̃ magis actorem ab agendo dici eò, q̃
tutoris personã agit, sicut dicimus actorẽ comędię, &
actores Attelanarum dixit Liuius lib. 7. ab vrbe condi. &
s̃m Vallam lib. 4. Eleg. actor dicitur orator, qui causam
agit, quod clarius docetur ex verbis Ciceronis lib. 3. de
Legi. actor enim (inquit) & moderator effingit non mo
do mẽtem ac voluntates, sed penè vultus eorum, apud
2 quos agit. Videmus præterea villicos actores dici, quos
nunc a faciendo factores uocamus. Paulus in l. vlt. ff. de
offic. præsi. vtitur in hoc significatu, cùm inquit: Pręses
cum cognoscit de seruo corrupto, vel ancilla deuirgi-
nata, vel seruo stuprato, si actor rerum agentis corru-
ptus esse dicetur &c. Vtitur & Iustinianus. infra de in-
iur. §. pęna. in fi. ibi, Vt aliud in seruo actore & Columel.
lib. 1. cap. 7. Ita fit, vt & actor, & familia peccent, & ager
sępius infametur. Et c. 8. Idemq; actori præcipẽdum est,
ne cõuictum cum domestico, & multò minus cum ex-
traneo habeat. Et clarius constat ex verbis Caij in l. s. ff.
quod cuiusq; vniuer. nom. §. Quibus autem. est ergo a-
ctor quidam quasi procurator, videmus enim Vlpianũ
in l Nec ciuitatis. ff. de proc. actorem ciuitatis pro pro-
curatore vsurpasse, & in l. denuntiasse. §. Sed & si per pro
curatorem. ff. de adul.
3 Primò not. q̃ † aduersa valetudo tutoris præstat ei fa
cultatem constituendi actorẽ, cõcor. tex. in l. Solet. ff. de
tute. circa quod aduertendum est, q̃ q̃n aduersa valetu-
do perpetua esset, tunc p̃culdubio excusaref tutor à tu
tela ẽt suscepta, ita est tex. in l. post susceptã. ff. de excus.
tu. & in l. Non solùm. §. si. cum. ll. seq. eo. tit. & tunc alius
tutor daretur. l. Licèt. C. in quib. cau. tu. hab. tur. da poss.
q̃n verò aduersa ualetudo est temporalis, excusatur ad
tẽpus. l. Idẽ Vlpia. alias. l. Sed in hoc. ff. de excu. tu. & tũc
quia tutor tutelã reassumere debet, non alius [illegible], sed
curator datur per tex. in §. præce [illegible] Solet. ff. de tute.
in qua notandum est, q̃ ille tex. potest ponderari, q̃ q̃n
etiam aduersa ualetudo perpetua est, omnino detur cu-
rator, non tutor: nam ibi loquitur simpliciter de aduer
sa ualetudine, & subdit (uel senium ętatis) quod quidẽ
senium est impedimentum perpetuum quotìdie ingra-
4 uescẽs, & tñ datur ibi curator. † Pręterea dictio illa (uel)
ur̃ etiam posse põderari, ut faciat intelligi uerba de ad-
uersa ualetudine loquentia etiam in eodem casu, q̃n. s.
est perpetua, & quotidie agetur l. 1. ubi nota. ff. de reb.
dub. tñ ego in aduersa ualitudine, quæ perpetua sit, ut
ponderat tex. in d. l. idẽ Vlpianus. crederem excusatione
proposita, quæ perpetuò excuset, dandum tutorem d. l.
Licèt. & quod dr̃ de senio ideo est, quia nõ penitus im-
5 pedit: †quamuis enim senectus sit proxima infirmitati l.
Senium. C. qui testa. fac. poss. tñ cum principaliter tutor
ad tuendam pupilli personã datus sit sup. de tut. in prin.
6 & seniores † sapiẽtia, & maturitate polleãt. c. Nisi cũ pri
dem. de renun. & consilio, & experientia plurimùm ua-
leant. c. Ex multa. de uoto. visum est legumlatoribus, ut
retenta authoritate tutoris, & subnẽto de curatore, uel
adiutore iuxta tex. in d. l. Solet. quò ad bona administrã-
da magis consultum sit ipsi pupillo. Intelligas tñ de illo
senio, quod transcendit annos 70. nam tunc possunt se
excusare. §. Item maior. inf. de excu. tutor. benè verum
est, q̃ excusatur volens, vt dicitur ibi, potest se excusa
re. q̃ si nolint se excusare ẽt maiores 70. annis, sed para-
re sibi adiutorẽ, curatorẽ, vel actorẽ, possunt adito iudi
ce alterum impetrare. vt dicit tex. in d. l. Solet. & ibi de-
clarat Bar. Concludo ergo, q̃ in valetudine aduersa, quæ
etiam inuitos remoueat à tutela, vt docet glo. in §. Itẽ
propter aduersam. inf. de excu. to. p̃culdobio def tutor:
in alia, si perpetua sit, q̃a habet locum excusatio, si tu-
tor, se excuset, detur tutor secundum tex. in d. l. Licèt. si

verò

verò non se excuset, sed quærat adiutorem, dandus est
illi curator, vel actor iuxta l. Solet. ꝙ si temporalis, sit ex
cusatio, detur simpliciter curator iuxta. §. præced. si ve-
lit se excusare, ꝙ si malit tueri, & parare sibi adiutorem,
habebit locum tex. in l. Solet.
7 †Secundò no. vnũ ex priuilegijs infirmitatis, est enĩ
causa, vt stante huiusmodi impedimento consulatur tu
tori sic impedito, & rebus pupilli per constitutionem
8 actoris, sicut†videmus excusare à cõtumacia l. Quæsitũ.
ff. de re iudi. c. Tenor. eo. ti. c. Querelam. de procur. cum
9 simil. item tribuere hoc priuilegũ, † vt Doctor possit le-
10 gere per substitutũ Bal. in l. fi. ff. de excu. tu. & iudex† cau
sam delegare, vt concludunt communiter Doctor. post
Bar. in l. 1. ff. de offic. eius. col. fi. per l. 1. ff. de offi. Cons. fa-
cit. tex. in l. Si cui. §. planè. ff. ex quib. cau. maio. in l. Licèt.
11 ff. de arbi. Et est regula generalis, ꝙ rõne†infirmitatis re-
ceditur a regulis iuris, vt latissimè prosequitur Roma. in
l. Si verò. §. de viro. ff. solu. ma. 44. fallen. Dec. in d. l. 1. ff.
de offic. eius. colum. 24.
12 Tertiò no. ibi, Vel alia necessitate, ꝙ† infirmitas con-
13 numerat inter necessitates, †ita enim importat dictio il-
la (alia) §. Sed istæ. infrà de actio. vbi no. quæ est implica
14 tiua, vnde cùm necessitatis causa†recedamus à regulis
iuris, vt latè tradit Dec. in l. 1. col. 9. ff. de offic. eius. Alcia.
lib. 1. de Verb. signi. non est mirum, si contra ordinarias
iuris regulas dispensatum est propter infirmitatem, vt
supra dictum est.
Quartò no. ꝙ ex causa necessitatis, & sic impedimen
ti necessarij, tutor põt actorem constituere authoritate
iudicis: qñ. n. tutores sunt impotẽtes ex aliqua causa ad
administrandam tutelam, tunc prætor permittere solet
constituere actores. d. l. Solet. vt scilicèt, & pupillis, &
tutorib. subueniatur, quæ enim præstant iustum impedi-
mentum, leges non aspernantur, & quamuis aliquibus
casibus, vt in obligationibus facti, pœna ipso iure com-
mittatur, tamen prouident, vt ope exceptionis sit ipsi cõ
sultum, tex. est in l. 2. §. . vbi Ias. in 2. not. ff. siquis cauti.
quia leges non exigunt ab hominibus impossiblilia, sed
cum quis ad id deuenit, vt aliquid non sit suæ potestatis,
lex prouidet, & succurrit, vt hic, & in §. Item propter
paupertaté. infra de excusa. tu. & est trita regula, impos-
sibilium nullam esse obligat[illegible]
Quintò no. ibi, Si tutor aduersa valetudine, vel alia
necessitate impediatur &c. ꝙ facultas creandi actorẽ
15 vr̃ conditionaliter cõcessa per dictionẽ illã (si) †quæ di-
cit conditionem. l. Qui promisit. ff. de cond. ind. gl. in §.
Longe. infra de lega. vbi videbimus, & sic existente illa
causa, vel simili, vnde sequitur, ꝙ tutor nõ poterit acto-
rem sine causa constituere, quod etiam videtur innuere
„ tex. in d. l. Solet. ibi, Quem prætor solet permittere tuto
„ ribus constituere, qui non possunt sufficere administra-
„ tioni tutelæ. Vnde duplex insurgit cõsideratio, prima, an
debeat adesse causa, vt permittatur tutori actorem con
stituere secunda, an de causa constare debeat.
16 Circa primum, † an. s. sine causa ex sola uoluntate tu-
tor actorem creare possit, Bar. in hoc fuit uarius, nam
in l. Decreto. ff. de administ. tuto. tenuit secundum com
munem aliorum sententiam (ut ipse dicit) ꝙ ex sola uo
luntate tutor actorem suo periculo constituat: in l. a-
ctor. ff. rem rat. hab. uidetur tenere, ꝙ causa exigatur quã
uis etiam in d. l. decreto. dicat consulens esse, ut causa ex
primatur, & ex causa fiat. Aduertendũ est, ꝙ Doct. antiq.
fecerunt differentiã inter causam. & necessitatem: aliqñ
enim exegerunt utrunq;, aliquando alterum, quod mi-
hi non uidetur, quia omnia tandem rediguntur ad ne-
cessitatem rectæ administrationis: sine enim causa sit re
spectu tutoris, ut infirmitas, & senium, illa parit neces-
sitatem alterius prouidendæ personæ, quæ suppleat im-
pedimentum tutoris, siue sit ex parte rei, petit, propter
latè diffusum patrimonium, omnino subest necessitas,
quia alias non rectè administrarẽtur bona pupillorum.
Licèt ergo non sit necessitas præcisa, tñ satis est, & sub-
est quædam honesta necessitas, & dũ dicitur in d. l. decre
to. in fi. ꝙ necessariò constituitur actor, non est intelli-
gendum, ꝙ subsit necessitas constituendi actorem, sed
ꝙ eo casu, quo aliter succursum esse non potest pupillo
cum abest, vel infans est, necessariò iudex tenetur acto
rem constituere, quod non est, qñ alia subest causa, de
qua sup. nam tũc solet benè prætor hoc facere, sed non
arctatur necessariò hoc facere, vt diximus. sup. §. præce
dẽti. Odofre. & Vber. de Bobio voluerũt. in l. Neq;. C. de
procu. ꝙ ex sola voluntate tutoris actor possit constitui,
& dicit Alb. de Rosa. in d. l. decreto. ꝙ iudiciorum vsus
admittit actorem constitutum à tutore ex voluntate, &
ꝙ ita ipse de facto obtinuit, & ita etiam voluit Iaco. de
Aren. in d. l. decretò. vbi respõdet ad tex. nostrum, quòd
hic ista duo sunt necessaria, vt ex necessitate constituat.
quod nihil est: nam benè fateor, ꝙ hæc duo requirun-
tur, vt necessariò prætor constituere teneatur, sed ꝙ qñ
est in libera potestate prætoris admittere tutorem, vt
constituat actorem sola eius voluntate, nulla subsisten-
te causa, hoc nõ placèt, tũ quia iudex non impartitur of
ficiũ suum nisi cum causa, tum ẽt quia decretũ exigitur,
vt est tex. in d. l. decreto. quo fit, vt causæ cognitio requi
ratur. Ea quo. n. leges voluerunt prætorem in huiusmo-
di cõstitutione adhiberi, cognoscere debet causam, non
negligere, aut simpliciter permittere, vt dicit optimus
tex. in l. Cũ hi. §. Si prætor. ff. de transac. vbi Bart. & in l.
Sed si hac. §. pe. vbi Bar. & Alexan. ff. de in ius voc. cum si.
Concludo ergo, ꝙ aut sumus in terminis tex. nostri, qñ
infans, vel absens est pupillus, qui est sub tutela, & tunc
superueniente impedimento tutori, iudex cogit cõsen-
tire tutori, vt actorem suo periculo cõstituat, ita probat
tex. in d. l. decreto. in fi. aut pupillus excessit infantiam, &
præsens est, & tunc quãuis hoc soleat cõcedere prætor,
vt actorẽ constituat tutor, tñ hoc non solet facere, nisi
aliqua subsistente causa honesta aut probabili, & ita lo
quuntur d. ll. Ex quo enim hoc prætoris arbitrio relinq-
titur non debet sine causa hoc cõcedere, q̃ æquitate sua
dente dictet subleuandum tutorẽ, & bonis pupilli pro
uidendum ex rõnibus supra allegatis, & in hac opi. ma-
gis communiter resident Doct. vt patet ex dictis Alexã.
in l. Neq; tutores. C. de procu. & Iac. de sancto Geor. ibi.
dicit, ꝙ hæc opi. audacter tenenda est. Est ergo hæc ve-
rior, & cõmunior opi. ꝙ requiratur causa aliqua saltem
honesta, vt declarant Pet. & Folg. in d. l. Neq; tutores.
Circa secundum, an de hac causa cõstare debeat, mi-
hi vr̃ dicendum, ꝙ sic, quia si decretũ iudicis aliter non
valeret per tex. in d. l. Cum hi. §. Si prætor. ff. de trãsact.
& ꝙ debeat causæ cognitio adhiberi per prætorẽ, vtiq;
necesse est, ut de tali causæ cognitione constet, & suffi-
17 cit cõstare, si talis causæ cognitio†enunciata sit in decre
to, uel facta mentio de causa pp quam decretum inter
ponitur, ut no. Bal. in l. Ex his. col. 2. uersi. Itẽ opponit. C.
de test. mil & in l. 1. ff. de reb. eod. ubi alleg. glo. in l. 1. C.
18 de fid. instrum. per quã ibi dicit, ꝙ si in†instrumento, in
quo interpositũ est decretum, sit facta mentio solẽnita-
tum requisitarum, oĩa præsumuntur solenniter acta Arg.
in l. Imperatores. ff. de priuile. credi. Pau. de Cast. in d. l.
Cùm hi. §. Si prætor. ff. de transac. Nec obstat quod dici
solet, ꝙ nõ credit instrumento de ijs, q̃ tpe cõfecti instru
menti interuenire non potuerunt, quia respondet Ange.
19 in d. l. Imperatores. ꝙ † hoc postea operat decretũ iudi
cis, pro quo regulariter præsumitur, ut latè tradunt An
to. de Butr. Abb. Fely. & Dec. in ca. Quoniam contra. de
20 proba. ubi Dec. col. 22. Nec dicatur, non debet †credi iu
dici de causa per not. in l. Si forte. ff. de castr. pec. in l. Si
donatione. C. de coll. quia, ut dicit Alex. in l. Sciendum.

ff.de verb.oblig.col.7.hęc non procedunt in iudice, ꝑ
quo præsumitur,& tradit Deci. in. c.Cùm sit Romana.
in prin.de appel. & in d. c. Quoniam contra de proba.
col.23.& ista opi. tenenda est, vt scilicet sufficiat, si de
causa appareat specificè in decreto:alias enim si,vel enú
21 ciatę non essent, vel essent,† sed per clausulas generales
constaret,nó esset satis, prout post diligentem discussio,
nem opi. prędictarum concludit Alcia. in suo tracta. de
Pręsump.reg.3.in 10.præsumpt.vbi videndum. Pari.cõ
si.12.nu.57.lib. 2.

Sextò no.ꝗ ad hoc,vt tutor possit actorem constitue
re seu magis ad hoc,vt iudex teneatur decernere,& con
firmare actorem nominatũ à tutore,requiritur,ꝗ pupil
lus,vel absit,vel infans sit,& hoc ideo, quia si pręsens es
set & maior infante,posset procuratorem constituere.
l.Neq;.C.de procu.vbi videndum.

22 Septimò no.ibi,Quem velit.ꝗ† actor debet eligi ab ip
so tutore, & ab eo nominari,licèt requiratur confirma
tio,& decretum iudicis, idem vr̃ probari in l. actor.ff.rē
ra.hab.ibi,actor à tutore datus. & l. Solet.ff.de tute.ibi,
prætor permittit tutoribus constituere. In contrarium
solet allegari tex.in l.Si actor.C. de appell.qui potius vr̃.
concordare cum prædictis,dum dicitur,actor à curato-
re ordinatus, & quamuis omnia iura prędicta cauillari
possint,& præsertim tex.noster,dum dicit (constituat)
loquens de iudice,& prętore, tamen iudicio meo debe-
mus tenere,ꝗ & prætor constituat quem velit tutor, vt
dicitur hic,vel tutor ipse eligat,& accedat consensus iu
dicis,in idem enim recidit vtrunq;,vt dicit Bar. & benè
in d.l.actor.in prin.ff.rem ratam hab.effectus autem cõ-
siderari, posset circa hypothecam bonorum de quo pro
ximè decimus.

23 Octauò no.ꝗ † actor, qui in terminis nostris creatur,
creatur periculo tutoris,tenebit.n.tutor de mala admi-
nistratione & negligentia actoris,quãuis etiam bona ip
sius actoris sint tacitè hypothecata, sicut bona tutoris,
& curatoris ſm Bar.in l.actor.col.2.ff.rē ra.hab. tñ Bald.
in l.properandum.§.fi.C.de iudi.dicit,ꝗ ibi habet,ꝗ bo.
na actoris non sunt tacitè hypothecata, quia dũ ille tex.
loquitur de obligatione & hypoteca bonorũ,nõ repetit
aliquid de actore,cuius doctri.sequuntur ibi Alex. Iaco.
de S.Geor.& Ias.quæ ponderatio mihi videtur, ꝗ tolli
possit, cùm adijciat vniuersalem dictionem (omnes.)
Limitant tñ Doct.in eo actore, qui constitutus est à iu-
dice loco tutoris ſm Ias.in d.§.fi.col.fin. & tradit Negu-
san.in tract. de pignori. in 4. membro secundę par. col.
2.Sed mihi videtur, ꝗ decipiantur, qa qñ tutor consti-
tuit ipse actorem,tunc ratio dictat,vt quia periculo suo
constituit,& prætor illum decernit, & approbat, actor
potius teneat ipsi tutori, q̃ pupillo, nisi in subsidiũ, sed
qñ iudex ipse decernit simpliciter, tũc quia vr̃ quodam
modo proprio nomine administrare, & non tanquã qui
dam quasi ꝓcurator ipsius tutoris, sine dubio magis vi-
deretur teneri; & in hoc est maximus effectus in modo
dandi. Sed si rectè res pensitetur, vr̃ vtroq; casu idem cõ
cludendum,quia siue constituat eum tutor, siue consti-
tuat iudex, semper constituitur ille, quem vult tutor,
adeò ꝗ ipsa electio fundatur in persona ipsius tutoris,
& diuersitas practicæ videtur potius verbalis, quàm ef-
fectualis, ideo idem puto vtroque casu statuendum.
Nec me mouet tex. in l. 1.C. de actio. à tuto. dand. quia
ibi nihil de bonorum obligatione,sed tantũ ꝗ tutor per
actorem,si absens est,petere debet,quod hic apertius ex
primitur. Minus probat tex.in l. Mandasti. ff. de nego.
gest.nam hoc casu actor censetur habere mandatum à
tutore,qui eum saltem eligit:nec l.pro officio. C. de ad
mini.tuto.me mouet, quia hic nõ disputatur, an actor
teneatur(hoc enim fatendum est)sed cui teneatur,tuto
ri,an pupillo.Idem dico de l.Dabimusq;.§. 1. de priuile.

24 credi.quod confirmari potest, quia procurator† substi-
tuens agit ipse contra substitutum actione mandati, qa
ipsa tenetur,non dominus, vt dicit tex.in d.l. Si procu-
ratorem.§.Siquis mandauerit.ff.mand. neq; actio man-
dati datur domino,vt prosequitur latè Pau.de Cast.cõs.
105.In anti.vnde eodem modo dicendum videtur in ca
su nostro.

In glo. 1.Glo.videtur verbum illud (valetudine)nõ in
25 tellexisse;vtrunque.n.significat per se posita† valetudo,
bonam.s.malam,sanitatem,& infirmitatem, & vtroque
modo Latini scriptores vsi sunt,nam Cice.li.4 Offic.sic
,, inquit: Si vnumquodq; membrum sensum hunc habe
,, ret, vt posse putaret se valere, si proximi membri ab se
,, valitudinem traduxisset.Idem ad Seruium Sulpitiũ:Scri
,, psit ad me te molestè ferre, ꝗ me propter valetudinem
,, tuam,cũ ad vrbem accessissem,non vidisses.Et alibi,pro
,, pter valetudinem domo non exeo. Sed hic nulla cadit
dubitatio propter verbum adiunctum dicitur enim hic
(aduersa valetudine.)

In glo.in ver. Necessitate. Puto hanc omnem mate-
riam in arbitrio iudicis residere d.l.Solet.ff.de tute.l.de
creto de admi.tuto. cum simi. Causę enim enumeratæ
in legibus allegatis in glo. considerabiles, & honestæ
sunt,tamen de his optimus iudex perpendet tanquã de
non determinatis à lege.l.1. ff. de iure delib.cum simil.
Circa secundam partem glo. dictum fuit suprà ꝗ causa
exigitur,quæ conueniens & honesta videatur iudici,cu
ius decretum expectatur:siue ergo sit illa necessitas, si-
ue honestas,vt in muliere tutrice,puta, matre, siue alia
quælibet æqua excusatio aut Impedimentum,potest ad
actorem constituendum deueniri:cessante autem causa
vel ea non expressa,secus,vt dixi supra in 5.nota.

Io glo.absit.Eo enim casu,quo nec infans nec absens
est pupillus,non venitur necessario, nec cogitur iudex
constituere ad petitionem tutoris actorem, quia aliun-
de potest sibi prouidere tutor per constitutionem fa-
cere procuratoris iuxta d.l.Neque. Poterit benè iudex, si
iusta causa allegetur, constituere, sed non cogitur, vt
est tex.in d. l. decreto. & in dict. l. Solet. & dictum fuit
suprà.

Io glo.in verb. actorem. in prin. Aduerte, quia gl. in
aliquibus codicibus est corrupta; nam dicit glo. ꝗ ille
26 q̃ i tex.nostro vocatur† actor,alibi vocatur adiutor tute
læ,in l.Solet.ff.de tute.alias curator, vt in l.In omnem.
ff.de tuto.& cur.da ab ijs alias procurator,vt in l.Neque.
circa quam benè aduertit Ioann.Fab. hic, quem sequit
Ang.ꝗ glo.male dicit,nam benè verum est,ꝗ in l.Solet.
dicitur adiutor tutelę, sed non est nomen proprium hu
ius officij & muneris, vt actor, sed circunscribitur ibi
eius officium & causa, quare adiungatur, aut detur in
subsidium ipsi tutori, quod patet ex eo, quia in eodem-
met casu præcisè Iuriscon.in l.decreto.ff. de admi.tuto.
appellat illum actorem. Nec in l. In omnem.ff. de tuto.
& cura.da.ab ijs verbum (curator) ponitur pro actore,
sed propriè. Ibi enim tutor aberat causa repub. & ideo
in eius locum interim dabatur curator,non actor, ut in
§.præcedenti,& in §.Item ij qui repub.infrà de excusat.
tuto.& minus probatur in l. Neque. C. de procu. quòd
procurator ponatur pro actore,quinimmò ibi ponitur
,, procurator ad differentiam actoris in illis verbis, Neq;
,, tutores, neque curatores ex sua persona in re pupilli,
,, vel adolescentis procuratorem facere possunt, sed a-
ctorem constituere. Sunt ergo in iure seperata voca-
bula, licèt late sumpto vocabulo veniat, quandoque
vnum appellatione alterius,quod non est præsentis spe
culationis.

27 In ead.glo.ibi,Item Iconomus. †Legẽdum (œcono-
mus)est enim generale nomẽ(œconomus,)& significat
ordinatum ac diligẽtẽ administratoẽ rei familiaris,quo

fit,

fit,vt translatum postea fit ad eos, qui prçponuntur rebus ecclesiæ administrandis iuxta. tex.in d. l. Iubemus la.2.C.de sacrosan.ecclesi. quod patet ex eo,quia in d.l. Omnes.ponitur pro fideli & diligéte dispensatore pauperum. Receptum tñ hodie est apud nostros,ut œconomus propriè dicatur ille,cui res ecclesiæ traduntur administrandę & gubernãdæ,vt dicit Bar.i d.l.Iubemus.& glo.9.q.3.c.Cũ simus.&c.Quoniam. el 2.16.q.7.cuius materia aggredi esset nimis vagari extra propositã ma-
28 teriam:hoc tñ dicãt œconomũ,cui vniuersalis administratio rerum ecclesiæ committitur,clericum esse debere.d.c.Quoniam.c.In quibusdam.89.distin.gl.2. in d.c. Cum simus.bonus tex.in c.2.ubi Anto.de But.in 3.no. de æta.& quali.Spec.in ti.de œcono.§.j.ver.Item ꝙ laicus.Dec.in c.2.col.9.ner.Extra glo.de indi.

In ea.glo.ibi ,Et nihilominus dicitur hypocrisarius. Legendum(pocrisarius,)& dic , ꝙ non solum non est
29 idem cum†œconomo,sed valde diuersum nomẽ,quod patet ex uerbis tex.allegati p gl.in d. Authẽ.quomo.o-
,, por.Epis.§.Et Et neq; ullum. ibi,Aut apocrisarios,aut
,, œconomos Et paulo post: Hanc aut per eos,qui res a-
,, gunt sacrarum ecclesiarũ,quos apocrisarios vocãt,aut
,, per aliqnos clericos huc destinatos,aut per œconomos suos.Ponuntur enim vt diuersa nomina, & hoc idẽ animaduerti potest in §.Reuerẽdissimi.in Auth.de sanctis. Epis.apocrisarius.n.dr̃ nũcius Papę vel Episcopi, vt colligitẽ apertè ex tex.in d.§. Reuerendissimi. & est tex.in c.Significasti. de electio.in c.Conuenientibus.j.q.7.dicti autem sunt(ut puto)apocrisarij , eò ꝙ decedunt & seu secedunt ad partes longinquas,ut responsum mittentibus referant suorum mandatorũ,apocrisin.n.Grçci decesionem seu secessionẽ & responsum appellant.

In ea.glo.ibi,Itẽ syndicus. Inepta est deriuatio glo.
30 nam quãuis syndicus†propriè dicatur,qui ut patronus ad cõmunem causam defendendam mittitur, ut declarat abundè Budæus in d.§.Defensores. & Suidas testatur syndicos dici plures causidicos uel pcuratores,qui causæ patrocinentur,tñ in iure aliter accipitur,ut patet ex tex.in d.§.Defensores. Dicitur enim reipub.vel uniuersitatis alicuius defensor, & qui ad agendam uel defendendam certam causam eligitur,ut ibi dicitur.& apertius hoc apparet in l.i.§.Quibus aũt.ff.quod cuius. uniuer.nomi. dum dicitur, ꝙ quibus permissum est habere corpus collegii, permissum est ad exemplum reipub.habere res cõmunes,arcam communẽ,& actorem siue syndicum,per quem tanquam in rempub.quod cõmuniter agi fieri oporteat, agatur & fiat.Idẽ probatur in l.i.ff.de mune. & hono.in prin.ibi,personalia munera sunt defensio ciuitatis.i.vt syndicus fiat,& melius in l.Item eorum.§.Sed hodie.ff.quod cuius.vniuer.nomi. ubi postquam Iureconsultus dixit decretum non ualere,per quod quis est constitutus defensor diuersarum
,, controuersiarum,subdit , Sed hodie hęc omnia per syn
,, dicos solent secundum locrorum cõsuetudinem explicari.De officio autẽ syndici & modo constituendi non est hic tractandũ, cum gl.tantum nominis significationem explicet, curiosior legat Aug.hic.

In ea.glo.ibi uel etiam dic , ꝙ differunt. Aduertendũ est, ꝙ gl.in d.l.i.ff.qđ cuiusq, uniuer.nomi.in uer.Syndicum,constituens differentiam inter actorem & syndicum uult actorem illum dici,qui ad unã tãtum causam est constitutus, syndicum generaliter, quod est falsum, si actorẽ accipimus prout in tex.nostro , si uerò acciperemus , prout accipitur, ad differentiam rei conuenti, tunc benè dicitur actor, qui unam causam agit,sed actor,de quo loquimur nos, generaliter mandatũ habet à lege tam ad negotia quam ad causas.

## RVB. DE SATISDATIONE TVTORVM. VEL CVRATORVM.

CVM superius separatim explicata sint quæ ad tutores & quę ad curatores pertinent,transit ad materiam communem utriusq., ad satisdationes, excusationes,& remotiones:& prius ponit de satisdationibus tutorum & curatorum,quæ cõtinuatio elicitur ex uerbis Theophili hic.

### NE TAMEN.

1 *Ne,hæc dictio redditiua rationis.*
2 *Tutores }satisdare tenentur rem pupilli saluam fore*
*Curatores } uel adolescentis.*
3 *Satisdatio Rem pupilli saluam fore est prætoria.*
4 *Actio ex satisdatione Rem pupilli saluã fore est ciuilis ex stipulatu,& in personam.*
5 *Diminuere & cõsumere differunt secundum Angel.& de ueritate,*
6 *Satisdatio non censetur prouidere pupillo accedẽte malo animo tutoris.*
7 *Satisdatio non prouidet uxori circa sæuitiam uiri.si ea nimis magna sit.*
8 *Tutores & curatores satisdare coguntur officio iudicis,*
9 *Verba si dirigantur ad iudicem, oritur officium iudicis. quod limita ut ibi.*
10 *Tutores testamento dati nõ satisdant,etiam si dẽtur emancipata nu.11.*
*Limitatur tamen nu.12.*
13 *Patris consilium optimum filio censetur.*
14 *Matris affectio erga filium est eadẽ quæ patris,uel forte maior, sed leges de iudicio non ita confidunt.*
15 *Tutor datus ex inquisitione non satisdat,si legitimè datus sit.*
16 *Tutor ut legitimè datus censeatur,quæ exigatur.*
17 *Tutor datus etiã ex inquisitione à minori magistratu satisdat.*
18 *Satisdatio Rem pupilli saluã fore quid cõtineat,et qđ in ea ueniat.*
19 *Satisdatio Rem pupilli saluam fore exigit fideiussorẽ,*
20 *Cautionis plus esse solet in rem,quã in personam,tamẽ fallit,aliquando.*
21 *Satisdatio si fideiussoribus adhibitis faciẽda & præstãda sit , non liberatur quis præstãdo pignora , uel facto deposito.*
22 *Satisdatio simpliciter reqsita nõ exigit fideiussores necessariò.*
23 *Stipulatio prætoria regulariter fideiussores nõ requirit.*
24 *Perpetuum.i. generaliter uerum.*
25 *Edictum perpetuum quod dicatur.*
26 *Perpetuum.i.durante uita.*
27 *Perpetuum dicitur secundum subiectam materiam.*
28 *Perpetuum.i.30.anni.*
29 *Perpetua concessio.i.usq; in tertiam generationem.*
30 *Perpetuum.i.donec pœnituerit,& aliquando pro centum annis nu.31.*
32 *Perpetuũ propriè dicitur quod est sine temporis præfinitione.*

33 *Probibitio alienationis non excedit quartũ gradũ, nisi fiat in perpetuum, quo casu durat in infinitum.*
34 *Curator testamento datus & confirmatus nõ satisdat, nec datur ex inquisitione.*
35 *Tutor uel } datus à matre an satisdet, & confirmetur Curator } ex inquisitione.*
36 *Mulierum sexus fragilis & infirmus.*
37 *Tutor datus in codicillis non satisdat.*
38 *Præsumptio iuris & de iure non admittit probationẽ in contrairum*
39 *Præsumptio iuris & de iure, quæ dicatur,*
40 *Intellectus l. Cum uerò. §. Subuentum. ff. de fideicommiss. liber.*
41 *Obreptio non consideratur in decreto, sed in sententia diffinitiua.*
42 *Tutor datus ex inquisitione, quãuis non satisdet, tenetur iurare se facturum utilia &c.*
43 *Tutores dati à maioribus magistratib. ex inquisitione non satisdant, & quare, secus si sine inquisitione, si uerò dati à minore magistratu sint, satisdant, siue dati ex inquisitione, siue non.*
44 *Tutelarum datiuarum quæ sint species.*
45 *Tutelarum diuersitatẽ nõ facit diuersũ modus dãdi.*

Diuisio manifesta est, siquidem in principio ponitur, q tutores & curatores satisdare tenentur, postea ponuntur duæ limitationes: prima in tutore testamentario, secunda in dato à iudice ex inquisitione. secunda ibi, Sed hoc non est perpetuum.

Tutores & curatores omnes satisdant exceptis testamentarijs & datis ex inquisitione. h. d.

Casus literaliter figurandus est in tã clara regula iuris, cuius ratio etiam assignata est in tex. tamen nos aliquantò altius repetemus. Visum est suprà quãta diligẽtia leges prouiderint ac prospexerint tã pupillis q̃ adultis minoribus, ne propter eorum infirmum consiliũ aliquid detrimenti paterent, vnde & de tutoribus & curatoribus illis prouisum est, qui suppleat quod ętati deest eijsq; amplissimam, vt vidimus, potestatem in bonis ipsorum leges permiserunt, sed quia hęc omnis prouisio huc tendit, vt prędictis personis & eorum bonis cõsultum sit, eadem ratione fuit maximè p̃cauendũ, ne talis potestatis in damnum eorum verteret propter occasionem, quam habent tutores & curatores in administrandis bonis pupillorum vel minorum, ideo ius ciuile dedit plures actiones, & adinuenit plura remedia contra d. tutores, & curatores, & inter alia voluit ipsos teneri ad satisdandũ rem pupilli saluam fore, ne quid detrimenti paterẽtur ex dolo aut negligentia eorum, & eorum bona diminuerentur aut consumerent ab administratoribus, qui magis de pręda, quam de administratione, soliciti essent, vt in simili dicit tex. in l. Si minoris in fi. ff. de admi. tuto. Excipit tñ tex. tutores testamentarios eò, q fides eorum & diligentia à testatore probata est: testimonium enim illud paternum, cuius consilium optimum filio semper leges existimarunt. l. fina. in prin. C. de cura. furio. facit, vt leges credant eum, quem testator elegit, fidum & diligentem futurum in administrando. Excipit & datos ex inquisitione, quia idonei electi sunt: cum enim in inquisitione cognouerit prætor an diligens, an bonę fidei, an locuples sit, & decreuerit illum tutorem, pręsumunt leges omnes qualitates abesse ad eo, qui ita electus est, quæ suspicionem afferre solent.

1 Primò no. ibi, Ne tamen. q† dictio ista (ne) est redditiua rõnis. Ideo. n. dr̃ inuentam esse satisdationem, ne pupillorum &c. & est ad hoc etiam tex. in §. Sed ne creditores. j. quib. alie. lic. & est vulgatum.

2 Secundò no. q† tutores & curatores satisdare tenẽtur
3 rem pupilli saluam fore, quę† quidem satisdatio & cautio prætoria est: videmus enim inter prætorias cõnumerari. l. i. §. i. ff. de præto. stipula. & licet Oldendor. alibi dicat hanc satisdationem prætoriam esse propter verba tex. in §. j. hoc ti. ibi, Vt edicto pretoris cauetur. aduertẽdum est, q illa verba respiciunt prouisionem illam, de qua in seq. §. non ipsam inuentionem cautionis; verum tamen est, vt dixi, hanc esse pretoriam satisdationem,
4 quãuis actio ipsa, quæ† ex satisdatione ipsa postea orĩ sit ciuilis ex stipulatu. l. 3. §. Generaliter. ff. rem pupil. sal. fo. & ideo dicitur in personam, quia prouenit ex ipsa stipulatione, qua promissum est rem pupilli saluã fore. l. 1. ff. rem pupil. sal. for. quæ quidem stipulatio fuit aliàs apud Iurisconsultos dubitatum an valeret, & conclusum q sic, vt patet in l. Illa stipulatio. ff. de verb. obli. licet enim non contineat certum factum eius, qui promittit, tamen nec continet alienum.

5 Tertiò no. ibi, Cõsumantur † vel diminuant, ſm Ang. dr̃iam inter cõsumere & diminuere, vt hoc. s. totũ importet, illud in parte qđ dicit esse notandũ pro ꝓprio significatu verborũ. Certè si Ang. diligentius perpẽdisset barbariẽ horũ librorum Institutionũ, nõ ita ponderasset ꝓpriũ significatum uerborum ex verbis Triboniani, tñ verum est, q vis propria huius verbi (consumere) est significare in totũ tollere, & ad nihilũ redigere, vt passim apud Grammaticos legit: Iurisconsultus tñ in l. 1. ff. de vsufruc. earũ rerum quę vsu consumun. dixit (tolluntur vel minuunt.) Aliquando tñ inuenit consumere pro in parte tollere, sed plerunq, adiungit verbũ, ex quo huiusmodi significatio deprehendatur.

6 Quartò no. q† satisdatione vr̃ consuli indemnitati pupillorum vel adultorum, q qđ dic verum non apparente aliter malo animo tutoris vel curatoris, & sic in dubio, alias enim qñ iam cõstat tutorem uel curatorem malè versatum esse in rebus pupilli, satidatio nõ censet ꝓuidere indemnitati ipsius. vt est tex. j. de suspec. tu § fina. quippe satisdatio maleuolũ animũ nõ mutat, sed potius diutius grassandi in re familiari facultatẽ & occasionẽ
7 præstat. l. Qui satisdatio. ff. de suspe. tu. Endẽ modo† vxorẽ consulit aduersus sæuitiã & malã viri conuersationẽ, si tñ sæuitia excedat modũ, tunc satisdatio non cõsulit indẽnitati mulieris, & ideo nõ restuuit viro, sed thorus separatur. c. Literas, in fi. de resti. spolia. cum simil.

8 Quintò no. ibi, Curet prætor. q† ex his verbis deprehẽdit, q tutores & curatores cogunt satisdare officio iudicis: nã videmus, q nulla introducta est actio ad cogẽdos eos satisdare, unde ꝑ hęc verba patet, q ad hoc cõpellunt officio iudicis, & pignoribus captis, vt §. sciendũ. in fi. j. eo. ad idẽ tex. in l. j. §. Exigere. ff. de magist. cõne. vbi loquẽs de hac cautione dicit, Exigere aũt cautionẽ
9 nẽ magistratus sic oportet. & est regula generalis, q† qñ verba dirigunt ad iudicẽ, orit officium iudicis ad illa, de quibus agit, expediẽda. l. Solent. ff. de alim. & cib. leg. ubi Bar. l. Quòd minor. in fin. iuncta. j. ff. de minor. & est. gl q̃ semper allegat ad hoc, ubi Doct. tradunt, in l. Si soror. C. de coll. & pręsertim Dec. ibi, ubi limitat qñ uel uerba ipsa respiciunt executionẽ simpliciter, uel qñ tñ subiectę materiæ aliud dictat, quę vltima limitatio vera est, prima verò confundit ꝑ istum tex. & quia locus est ordinarius, & materia nimis extranea est, videnda sunt, quę ponunt Docto. in d. l. Si soror &, in l. Si pascenda. vbi Dec. post. Soc. C. de pact.

10 Sextò noto, q† tutores testamento dati non satisdãt, quia eorũ fides & industria à testatore approbata est,

& hoc

& hoc certius est, ut dicit tex.in l.Testamento.la secun
11 da.ff.de testa.tut.quod† amplia nõ solum quando dátur
filio in potestate, sed etiã si dentur filio emancipato: si-
cut enim nulla exigitur tunc causæ cognitio in cõfir-
matione huius tutoris ꝑpter uim paternę electionis,
quæ inquisitionẽ iudicis supplet §.fi.ĩ.de tute.eodẽ mo
do non satisdat, ut dicit ibi gl.in uer.Sine inquisitione.
& est tex. in l.Qui à patre.ff. de confir. tuto. facit l. De
creationibus.C.De Epis.& cler.& in l.i.ff.de cõfir.tuto.
quod etiã alia ratione probari potest, quia si datus cũ
inquisitione non satisdat, ut probatur in tex.nostro, &
ꝙ electio paterna inquisitionẽ suppleat, talis electio de
bet esse eiusdẽ effectus, cuius fuisset inquisitio, sed illa
liberaret à satisdatione, ergo & illa etiam liberat. Hæc
12 tñ omnia iudicio† meo limitáda sunt per tex.in l.In cõ
firmãdo.cũ ll.seq.de confir.tuto.nã aliquo casu etiã pn-
to iudicẽ posse cogere etiã testamẽtariũ tutorẽ satida-
re.Quemadmodũ enim prætor ex sententia l.tenetur
oino confirmare electũ à patre, & sine inquisitione, qñ
eget cõfirmatione.l.i.ff.de confir.tuto.l.Qui à patre.eo
tit.§.fi.ĩ.de tute.& tñ in eo confirmando animaduerte-
re debet Prætor, an patris uoluntas durauerit: si enim
per aliquod tempus ante mortẽ cõdidisset testamentũ,
in quo tutores nominasset, ęquus iudex cõsiderare de-
bet, an interim nesciente forsan testatore facultatibus,
vel moribus lapsi sint tutores, vel aliquę forsan inimici
tiæ interuenerint cũ patre, uel cũ fisco contractũ aliquẽ
dánosum fecissent, nã his casibus Prætor utilitatẽ pupil
lorũ sequi debet, non scripturam testamẽti, uel codicil
lorũ, vt dicit tex.in d.l.In confirmando. & in l.Vel cum
fisco & in l.Vtilitatẽ.ff.de confir.tuto.eodẽ modo in il-
lis casibus, in quibus confirmatio tutoris non est neces
saria, quia tutor datus est à quo oportebat & cui opor-
tebat, & quomodo, & vbi oportuit, vt dicit tex.in l.j.ff.
de cõfir.tuto.si ante aliquod tẽpus datos fuisset à testa-
tore, q tẽpore mortis nesciebat tutorẽ, vel mores, vel
statum rerũ familiarium mutatos, puto Prætorẽ posse
cogere etiã ipsum ad satisdandũ sequendo potius utili-
tatem pupillorum, quàm patris electionem d.l.Vtilita
tẽ.video enim & inquisitionẽ & satisdationẽ ferè iisdẽ
pedibus ambulare iuxta glo.in d.§.fi.ĩ.de tute.
13 Septimò not.ꝙ† cõsilium & electio paterna pręsumi-
tur optima ꝑ filio, facit tex.in l.De creationibus.C.de
,, Epis.& Cler.ibi, Paterno patrimonio pro satisdatione
sufficiente. facit tex.in l.fi.in prin. C.de cura.furio.ibi,
,, Quis enim talis affectus extraneus inueniatur qui uin-
,, cat paternũ & in l pe.§.De uno.ff de ritu nupti.ibi, At-
,, tamẽ summmæ affectionis auitæ intuitu huiusmodi nu
,, ptię cõcedẽdę sunt.& in l.Humanitatis intuitu.in prin.
C.de impub. optimus tex.in l.Nec in ea.ff.de adul.ibi,
,, Ideo autẽ patri, non marito, mulierẽ, & omnẽ adulterũ
,, permissum est occidere, quia plerunque pietas paterni
nominis consiliũ ꝑ liberis capit.ad idẽ tex.in l.Illi qui-
dem.in fi.ff.quod met.cau.ibi, Cùm magis pro affectu
14 parentes in liberis terreántur. Et quàmuis eadẽ† affectio
in matribus existimetur & maior per tex.in l.Assiduis.
uersic.Quis enim earum non misereatur.C.qui poti.in
pignore habe.& arguit in pulchro casu Decius in cõsi.
56.col.5.tamẽ lex de iudicio & consilio earum non ita
confidit, vt uidebimus paulò post propter infirmum
eius sexus plerunque iudicium.
15 Octauò not.ꝙ† tutores dati ex inquisitione non satis
dant ex ratione apposita in tex.cùm enim adhibita cau
sę cognitione dati sint, & pro electione & decreto iudi
cis dantis præsumatur, lex existimat eos idoneos: quod
intellige, quando in eius datione seruata sunt illa qua
tuor, de quibus habetur in l.Naturali.§.j.de confir.tu
to.Quãdo enim quæritur, an rectè tutor ex inquisitio-
ne datus sit, quatuor sunt perpendenda, an dederit qui
dare potuerit, & an ille acceperit, cui fuerat dandus, &
is datus sit, cuius dandi facultas fuerat, & pro tribunali
decretum sit interpositum: si enim aliquid ex his cessa-
ret, sine dubio non pręsumeretur pro datione, & ideo
17 cessarent omnes effectus inquisitionis. Itẽ † limita tex.
nostrum, quoties dati essent tutores (ut alias dicebam)
à minoribus magistratibus, nam hi omnino tenentur
satisdare rem pupilli saluam fore.l.i.C.de tuto.& curat
qui non satisda.§.Nos autem, ĩ.de Attili.tuto.Ang.Are
ti.in d.§.Sed ex his. ĩ.eo.tit.
18 In glo.Satisdẽt.Satisdatio† hæc est, ut pupillorum, seu
minorum res saluę. & sine detrimento sint, ideo appel-
latur Rem pupilli saluam fore, & ex ea debetur omne
id, quod tutor, uel curator ex administratione debet. Si
quid igitur tutorem dare facerẽue oportet, id per hanc
satisdationem cogitur dare facere, alias enim salua res
esse non uidetur.l.Cùm rem saluam.ff.rem pupill.sal.fo
re Quinimò quia aliter salua in totum res dici non po-
test, tenebitur tutor, uel curator, qui ita satisdedit. ad
omne id, quod interest pupilli, uel minoris ob non red
ditam rationem, & sic ad usuras & fructus medii tẽpo
ris, quo tutor reliqua non restituit post finitam tutelã
uel curam.l.Si postea quàm.ff.rem pupill.sal.fore.l.i.ff.
de usur.l.2.C.de usur.pupilla.
19 Subdit glo.hanc satisdationem† cum fideiussore præ-
standam, allegat ad hoc tex.in l.Non quasi.in princi.ff.
rem pup.sal for.qui tex.hoc non dicit, sed dicit caueri
per satisdationem, ut hic, sed benè hoc probat tex.in d.
l.Prętoriæ stipulationes la ultima .ff.de præt.stipu.nã
nõ cauetur aliter, nisi interuenientibus fideiussoribus,
ut ibi dicitur, nec depositio auri, uel argenti, uel pigno-
rum datio, uicem supplet satisdationis, ut dicit ibi text.
20 quàmuis plus† cautionis esse soleat in rẽ, quàm in per-
sonam.l.Plus cautionis.ff.de regu.iur.cum simil. Ex quo
enim lex exigit satisdationem cum fideiussore, necessa-
riò debent interuenire fideiussores, alias enim non cen
21 setur satisdatum.l.i.ff.qui satisda.cogan. Est enim† com-
munis opi.Doctorum ꝙ si lex in satisdatione exigat fi-
deiussores, tunc nõ suppleatur datis pignoribus, uel
facta depositione auth.Offeratur.C.de litis contesta.sin
22 lex.exigit simpliciter satidationem, & tunc† fideiussores
non requiratur necessariò, ita tenet glo.communiter
approbata.in d.l.prætoriæ.& in d.l.i.ff.qui satisd.cogan.
ubi ita cõcludunt Alex.Soc.& Ias.post alios ibi asseren
tes ita communiter teneri, unde cùm hic simus in sa-
tisdatione Rem pupilli saluam fore, quæ prætoria est, &
iam per d.l.prætorię.ita sancitum sit, ut pignorum da-
tio & depositio non sufficiat, dicemus fideiussores exi-
23 gi, & quamuis sit ferè communis opi.Doct.ꝙ† in præto
riis stipulationibus non obstante text.in d.l. prætorię.
non requiratur fideiussor necessariò post Bar.in d.l.præ
torię tamen d.opi.mihi non satisfacit contra uerba ex-
pressa illius tex.exponere enim, ut Doct.exponũt. nihil
aliud est, quàm uim uerbis d.l.facere, & ad l.fi.ff.quo
lega.& ad l.1.§.Iubet.ff.de colla.bon.videtur respoode-
ti posse, ꝙ prætoriæ stipulationes regulariter fideiusso-
rem exigunt. d.l.prætorię.si tamen aliquæ reperiantur,
in quibus aliter statutum sit, nõ est trahendum ad alias.
l.i.§ Stipulationum.ubi hoc no.Io.de Imo.ff.de præto.
stipul.quę nota & considera.
24 In glo.in uer. perpetuũ.† Glo. primò exponit, id est
generaliter uerum, simili elocutione usus est Iurecon-
sultus in l.Nensennius ff.de neg.gest.§.Tractatũ. & ali-
bi diligens obseruator plures apud Iurisconsultos in-
,, ueniet. Corne.Celsus lib.2.c.10.Antiqui (inquit) primã
,, Vltimamq; ętatem sanguinis detractionẽ sustinere n-
,, posse iudicabant, postea uerò usus docuit nihil ex his
,, esse perpetuum. Dum uerò glo.postea dicit, ꝙ ꝑpetuũ
aliquando dicitur generale, ut in l.Edita.C.de eden.ad

uerte, quia ibi gloss. & Docto. male intellexerunt illud
verbum, quia non animaduertunt quid esset edictum
perpetuum, de quo etiam fit mentio in l.2.ff.de statu
homi.in l.Cognitionũ.§.Minuitur.ff.de uar.& extraor.
25 cogni.in §.In his.in procœmio.ff.nam† olim edicta Prę-
torum erant annalia, eatenus enim durabant, quatenus
eorum magistratus, qui ea edixerat l.ij.§.Eodem tempo
re.ff.de origi.iur.q̃ si successor ex præcessoris edicto ali
quid in suum edictum transtulisset, appellabatur edictũ
translatiuũ, de quo frequens mentio est apud Cicero
nem: sed quia ambitioni locus dabatur, fiebantq; quo
tannis mutationes in iure reddendo, ut huiusmodi abu
sus tolleretur, lata lege fuit sancitum, ut Prætores ex
perpetuis edictis ius dicerent, ut est author Ascon.Pa-
dianus. Saluius deinde Iulianus omnia Prętorum edi
cta, ex quibus ius reddebatur, sub congruis titulis po
sita distinxit, & interpretatus est, ut etiam aduertit ac
curatissimus Alcia.lib.2.Dispun .c.xxvij.Dũ ultimo lo
26 co glo.dicit perpetuum† dici.i.duráte uita, ut est tex.in
d.l.j.ff.pro soc.ubi not.dic, q̃ perpetuum aliquando ca-
pitur durante uita propter subiectam materiam, ut est
propriè in l.i.s.allegata, tradit gloss.in clem.i.in uerb.
Eius.de reb.eccle.non alien.& ideo optimè Deci.in cõ
sil.521.col.v.interpretatur, quòd ista clausula apposita
in instrumento, Ad habendum, tenendum, possiden
dum, fruẽdum, usufructuandum, & ad faciendum
perpetuò quicquid marito placuerit, ex quo ibi tracta
batur de usufructu, qui finitur morte usufructuarij.§.
Finitur.j.de usufruc.l.3 §.fi.ff.quib.mod.usufruc.amit.
27 debeat intelligi duráte uita ipsius mariti, natura†enim
huius dictionis est, ut capiatur secundum subiectã ma-
teriam secundum Alex.Ias.& alios in l.1.ff.solu.mat.An
dr.Sicu.in consi.20. lib.4. Deci. in c.At si clerici.§. De
adulteriis. col.4. in fi.de iudic.in c.In pręsentia.col.xx.
de probat.Et hinc videmus, q̃ etiam aliquando intelli
gitur pro decennio, glo.in l.Nam Imperator.ff.de le-
gi.Fulg.consilio.156.Visis.col.pen.Bal.& Saly.ibi.per il
lum tex.in l.Aduersus.iuncta glo.in uersic. Certos an-
nos.C.de usur. vbi dicit accipi pro triennio, decennio,
& pro xx.annis, Ange.in l.Minimè per illum tex.ff.de le
gi.Alex. consil.182. Viso. col.3.vers. Pręterea in dictis.
lib.7. circa quæ uidendum est quod dicit Bal.in l.Quòd
si nolit.§.Si quid ita.in priori lectu.ff.de ædil.edic.Ali-
28 quando intelligitur p̃ xxx.annis, ut †j.de perpe.& tem
29 po.actio.in prin.aliquando† concessio perpetua intelli-
gitur usque in tertiam generationem, ut notat Calde.
30 in consil.ult.de uer.signi.aliquando † idest donec pœni
tuerit glo. in c.Clericos.de cohab.cleri.& mul.in c.Re
periuntur. in uer.Perpetuo.i.q.i.& sic uerissimum est, q̃
hæc dictio accipitur secundum subiectam materiam, vt
dictum est, & tradit Anto.de Bu.consil.48.circa med.
Ias.in d.l.1.in j.notab.ff.solu.matri terminatur.n.eius si-
gnificatum secundum quòd suadet id, de quò disputa-
31 mus, & ideo alibi Bar.voluit terminari centum† annis
in l.Si usufructus.ff.de usufruc.leg.Alex.in consil.90.&
32 in consi.85.col.j.lib.j.tamen eius propria†significatio
est, q̃ nulla habet temporis præfinitionem, vt dicit Bar.
ubi s.& Bal.declarando illum tex.in l.Ex facto.ff.de hæ
re.insti.allegat tex.in l.Debitor.ff.de pigno.& idẽ Ang.
in d.l.Ex facto.col.fi.Et ideo dispositio testatoris, q̃ bo-
na debeant perpetuò esse in aliquo loco, intelligitur si
ne aliqua pręfinitione temporis, vt concludit Deci.in
consi.472.col.pen.& est tex.in l.purè.§.fi.ff.de doli ex-
cep. in leg. Annua.§. fina.ff.de ann.leg. in l.An usus-
33 fructus.ff.de usufru. & ideo dici solet, quòd† quamuis
prohibitio alienationis non excedat quartum gradum,
ut notat Ang in §.Nos autem. per illum text.in Au-
then.de resti. fideicom.tamen si prohibitio facta fit in
perpetuum, durat in infinitum, ut tradit Alex. in con-
sil.56. in princ.lib.j. in consil.59. lib.3. & in pulchro
casu consuluit Deci.in consil. 516. colum.v. in prin.

In glo. Probata est. Ampliat glo. tex.nostrum, dum
loquitur de tutoribus testamento datis, vt etiam hoc
34 ex identitate rationis extendat ad curatores † testamẽ
to datos, quia quamuis curator non detur testamento.
§.j.s.tit.j. tamen datis cõfirmatur decreto prętoris vel
præsidis, & dixi ibi in notabilibus, nam secundum glo.
hi etiam liberatur a satisdatione propter testimonium
paternum: ex quo etiam infertur, quòd confirmatio il-
la fit sine causę cognitione & inquisitione, quemadmo
dum confirmatio tutoris dati a patre filio emancipato,
quod adde iis, quę posui in d.§.j.& pro hoc est tex.cla-
rus in l.Si filio.ff.de confir. tuto.quo fit, ut testimoniũ
illud paternũ supplens inquisitionẽ suppleat etiam sa
tisdationem l.fi.§.fi.de confir.tuto. quæ notanda sunt,
quia glo.in d.§.fi.in uerb. Non debere.dicit, quòd ideo
non satisdat curator, quia datur ex inquisitione, quod
est falsum, & contra tex.in d.l.Si filio.& probat etiam
tex.in l.i.ff.eod.tit.de confir.tuto.in quo errore videtur
etiam fuisse hic Ioan.Fab.in prin.
35 Limitat glo.i tutore uel curatore dato† à matre, vt.s.
satisdare teneatur, allegat ad hoc l.j. in fi.ff.de confir.
tut.& in l.j.eo. titu.C.vtraque lex probat, q̃ tutor uel
curator testamento matris datus non solùm confirman
dus est, sed requiritur inquisitio, hoc dicit tex.expres-
sus in d.l.j.C.de confir.tuto.ibi, Et quidem inquisitione
habita. Idem probat tex.in l.i.in fin.ff.de confir.tuto.dũ
vult, quòd dati ab alio quam à patre, si ueniant confir-
mandi, id fieri debeat cum inquisitione, & per conse-
quens in generalitate illa complectitur etiam matrem,
vt ibi aduertit glo. & in hoc differt à dato à patre, sed
quantum ad propositam materiam nõ differt, quia etiá
datur à matre & confirmatus non satisdat. ita est [illegible]
l.s.ff.de confir.tuto.sed dic, quòd [illegible], quòd
fit electus à matre, & [illegible]ratione, qua non satisdat tu
tor vel curator datus à patre, sed quia est confirmatus
cum inquisitione, nam inquisitio illa facit illum cense
ri idoneum, ut in tex. nostro, quod aduertit Dynus in
d.l.2.& post eum ibi Alberi Glo.subdit rationem diuer
sitatis, quare secus sit in matre, quod intellige ut.s.q̃
secus est, quia in dato à matre inquisitio adhibetur, in
dato à patre non, non autem intelligas quò ad satisda-
tionem, quia neuter satisdat, sed diuersis rationibus, ut
dixi paulò antè, & dicit hoc ideo esse, quia firmum &
prudens pręsumitur consilium paternum, quod secus
est in matre: nam (vt dixi) quamuis amor in utroque
36 saltem par consideretur à l. tamen indiciũ mulieris in-
firmum esse leges existimarunt, & fragilitatem illius se
xus valde perhorruerunt, vt.j.quibus alie.lic.in fi.prin.
pro qua ratione facit tex.in l.ij §.Verba itaque.in fin.ff.
ad Velleia.ibi, Infirmitas enim fœminarum &c.facit
etiam tex.in l.i.ff.eod.tit.ibi, Sed etiá periculum rei fa
miliaris.& in l.Si mulier perfectæ.C.eod.tit.ibi, Ex con
sequentia suæ fragilitatis.ad idem tex.in c.Ex parte.el j.
de priuileg.& in l.Si pater.in fi.C.de sponsa.dicetur fœ
minarum consilium plerunque aduersus propria com-
moda laborare, & dicit Bal.in rub.C.de rerum permu.
vers.Item quare donatio.quod consilium mulierum est
inualidum, & quòd hoc est naturale & immutabile, &
fuit dictum Aris.lib.j.Poli.c.fi.quod latius persequitur
Cice. in Ora. pro. L.Murena Et hinc plura adempta
sunt, de quibus in leg.ij.ff. de regu. iur. ut ibi latè
prosequitur Deci.

Quod de tutoribus testamento datis dicitur, ampliat
37 glo. ad datos †in codicillis per tex. in l.3.ff.de testa.tute.
ubi idem dicit de tutoribus testamento datis, & de da-
tis in codicillis testamento confirmatis. Tu dic idem si
non essent confirmati testamento, nam quamuis datio
mero

mero iure non valeat.l.Sæpe.ff.de verb.sig.l. Si ita scrip
sero.ff.de condi.& demon tamen Prætor uel Præses eos
confirmare tenetur l.i.ff.de confir.tuto.ibi,Aut in codi
cillis quidem non confirmatis.quo casu etiam non sa-
tisdant propter paternum iudicium,sicut non satisdat
etiam tutor datus à patre filio emancipato, in quo re-
quiritur confirmatio,vt s.dictum est.

In glo.in ver.Idonei.Glo.primò ponit hanc conclu-
sionem,quòd hæc præsumptio,quę insurgit ex decre-
to prætoris uel præsidis post inquisitionem factã & ad
38 hibitam in datione tutoris,fit præsumptio † iuris & de
iure,contra quam non admittatur probatio in contra-
rium.Ea enim est natura istius præsumptionis,quæ dici
tur iuris & de iure,ꝙ contra eam non admittitur pro-
batio in contrarium. l. Antiquę. C. ad Velleia. l.fi.C.ad
Macedo.l.fi.C.de arb.l.A diuo Pio.§.Si pignora. ff. de re
39 iud. & ratio est,quia † pręsumptio iuris & de iure illa di
citur,quoties lex pręsumit aliquid ex probabilibus cau
sis,& disponit super eo, quod pręsumpsit, ꝙ ita serue-
tur,vel ꝙ ita habeatur, nam tunc dicitur pręsumptio
iuris, quia ius præsumit : dicitur de iure,quia iam est
effectum ius,& sicut contra legis dispositionem nõ ad-
mittitur probatio,quia est necessaria,ita non debet ad
mitti super tali præsumptio, quia iam talis præsumptio
deducta est ad ipsammet veritatem.c. Is qui fidem. ubi
nota.de sponsal.glos.in l.Siue possidetis.C.de proba. &
dixi. s. quib. mod. tute. fini.in prin. Sic itaq; est in casu
nostro,lex pręsumit,ꝙ iudex qui præmittit causę cogni
tionem,det tutorem idoneum,& postquam pręsump-
sit,statuit illum haberi debere pro idoneo, & ideo non
teneri satisdare,igitur contra expressam dispositionem
legis non possumus venire, nec debet admitti proba-
tio.l.prospexit.ff.qui & à quib.& de hac cõclusione la-
tè tradit Alcia.in suo tract.Præsump.in 2.par. in princ.
Concludit ergo glo.ꝙ non admittitur probatio in con-
trarium contra hanc dationem. etiam si verè non esset
idoneus tutor. Limitat hic Io.Fab. nisi notoriè non sit
idoneus, nam tunc (dicit ipse) debet remoueri.l. Tres
tutores.§.fi.ff.de admi.tuto.circa quod in primis consi-
derandum est,ꝙ ille tex.non dicit, ꝙ per hoc debeat
remoueri,si obreptum sit iudici dandi,sed bene ꝙ con-
tutores non debent administrationem huiusmodi tuto
ri permittere,qui sit (puta) notoriè prodigus, unde
diuerso respectu ibi agitur,nam hic idoneitas ipsa præ
sumitur limitatè ad hoc,ut non teneatur satisdare, sed
an aliter postea prouisum sit,& dicit glo. & nos etiam
dicemus paulò post. Ange. hic contra opi. gl. ponderat
tex.in l.Cùm verò.§.Subuentum. ff. de fideicom. liber.
versi.Hoc senatuscõ.vbi si iudex per obreptionem pro
nũciauit competere fideicommissariam libertatem ei,
cui non competebat, talis sententia est nulla, cum si-
milibus allegatis per eum,qui distinguit, ꝙ aut appa-
ret eos non esse idoneos,& datio non teneat saltẽ quò
ad pręiudicium pupillorum, ꝙ si de præsenti non ap-
pateat,sed postea tempore reddendæ administrationis,
& tunc uerum dicat glos.nostra,ꝙ teneatur ille, qui de
dit,ut dicetur paulò post.Sed in primis aduerte, quòd
40 tex.in d.§.Subuentum.non facit in proposito,nã † quan
do iudex dat tutorem ex inquisitione, tunc adhibetur
causę cognitio de moribus, uita, & facultatibus eius.
l.Scire oportet.§.Cum reliquis.ff.de tuto.& cura.dat.ab
iis.igitur ea adhibita non nř, ꝙ decretum inualidetur,
quãuis non sit idoneus per.d.§.Subuẽtum.quem Docto
intelligunt,qñ simpliciter ad simplicẽ assertionẽ partis
fuit decretus tutor, ita intelligit illũ tex. Ang.in l. Ius
pluribus.ff.de iusti.& iur.Alex.in l.Is cui.ff.de uerb.obl.
col.3.uersi.Et ex pręd ctis habes.& clarius ibi Ripa.col.
x.uersic.Et ex hoc tollitur aliud fundam. ubi respondẽt
ad dicta Areti. qui dicebat, quòd ita intelligere illum
tex.erat diuinare.Puto igitur indistinctè verũ, ꝙ tutor
datus à magistratu præhabita causę cognitione præsu-
mať idoneus,ita ꝙ non cogatur satisdare, benè verũ ẽ,
ꝙ si suscepta administratione constaret ipsum male ver
sari in rebus pupilli,proculdubio posset remoueri,ut su
spectus,si vero hoc constaret tempore reddendę admi-
nistrationis,tenebitur magistratus, qui minus idoneũ
dedit.l.AEmilius.ff.de admi.tuto.nam ut dicit gl. si ma-
gistratus tutorem minus idoneum dederit,quia vsus sit
dolo uel negligentia in inquisitione de facultatibus, te
netur, ut est tex. clarus in l.j. §. Neque prætor.& §.Si
pręses.ff.de magis.cõueni.& circa dicta Ang.aduerten-
dũ est ad illud,quod intelligit si fuit obreptum, quia,ut
41 dicit Alex.in d.l.Is cui.distinguere an sit obreptum † vel
non,non procedit in decreto iudicis,sed in sentẽtia dif
finitiua,ut notat Bar.in l.Si is ad quem.ff.de acq.hæred.
& in locis allegatis p Alex.de cuius dicti ueritate alias
ualde dubitaui,sed hęc nõ est materia nostra. Glo. po-
stea limitat,ut quod dictum est in tex.quòd tutor ex in
quisitione datus nõ satisdet,nõ habeat locũ in curatore
furiosi, qui satisdat, q̃uis datus sit ex inquisitione, per
tex.in l.fi.§.Sed siquidem.& §.Si verò non talis. C.de cu
ra.furio.Dic,ꝙ hoc est uerũ in terminis illius §.quãdo.
s.magistratus dans curatorẽ furioso cognoscit illũ non
esse idoneũ facultatibus,nã tũc explorat ab eo fideius-
sio,quod etiam uidetur procedere in aliis curatoribus
& tutoribus,ut.s.si inuenti sint idonei facta inquisitio-
ne,nõ satisdent ut hic,alias autem iudex,qui eos dat,si
inquirẽdo inuenit eos nõ ita,ut oportet,idoneos facul
tatibus,profectò põt ab eis exigere satisdationẽ : benè
verũ est,ꝙ si simpliciter det non exacta satisdatione, qa
tunc videtur vt idoneus approbatus,nõ teneř satisdare,
42 vt hic dicitur.Subdit glo.ꝙ † q̃uis hi dati ex inquisitione
non teneantur satisdare,tenenť tamẽ iurare utilia face
re,& inutilia ꝑtermittere.d.§.fi.in Auth. vt ii qui obli.
per hi.hab.res mino.nam hoc primò fuit de iure Codi-
cis introductũ in curatore furiosi.l.De creationibus.C.
de epis.audi.sed fuit postea extẽsum per.d.Auth.ad om
nes tutores & curatores,vt.s.tenerentur non solùm iu-
rare,sed sub obligatione suorum bonorum ꝓmittere,
vt declarat Bar.in l.Legitimos.ff. de legi. tut. vbi ponit
omnia,quæ sunt ad hoc necessaria,vt tutor possit admi
nistrare,quę.s.tenetur ipse facere,de quo alibi à nobis.
s.dictum est,non repeto.
43 In ead.glo.in fi.tu breuiter dic,quòd † cõmunis Do-
ctorum resolutio est,quòd si tutor vel curator detur à
maiore magistratu causa cognita & per inquisitionem,
tunc non satisdat vt hic,neq; hoc hodie est correctum:
aut dat sine inquisitione,sed ad simplicem alicuius pe-
titionem, & tunc, quia lex non habet super quo præ-
sumat ipsum idoneũ,(cessat.n.fundamẽtum pręsump-
tionis, videlicet ipsa inquisitio) satisdat.l.j.C.de tuto.
vel cura.qui non satisd.aut datur à minore magistratu,
& tũc siue sit adhibita inquisitio,siue nõ,satisdat.§.Nos
aũt.s.de Attili.tuto.ita cõcludit.Bar.in l.Tutores. ff. de
confir.tuto.Cyn.in rub.C.de tuto.uel curato.qui non sa
tisd.& tradit Saly.in l.j.C.eod.titu.qui dicit, ꝙ hoc est
propter maiorem authoritatem, qua nititur fides eorũ
argu.l.Siquis ex argentariis.§.i. ff.de eden. & ita etiam
concludunt cõmuniter Docto.hic,& in d.§. Nos aũt.&
44 ita teneas.Nec dicas,ut dicit glos.ꝙ † tutela datiua cum
inquisitione,& datiua sine inquisitione cõstituat diffe-
rentiam specificam inter tutelas,ita ꝙ debeãt dici qua-
tuor species tutorum,sed sunt tres tantùm,& quamuis
datiuus aliquando detur pręhabita inquisitione,aliquã
do non, per hoc non alteratur natura tutelæ, quia ge-
45 nera tutelarum distinguuntur † ex personis & authori-
tate dantis, non ex modo dandi. Sicut enim aut à te-
statore, aut à lege, aut à magistratu dantur tutores,
ita

ita distinguuntur species tutelarum, unde qnoqno modo detur à iudice, datiuus dicitur arg.l.fi.ff. de fund. instruct. uidemus in testamẽtariis, aliqui dantur testamento, aliqui codicillis, aliqui confirmantur, aliqni non, & tamen secundum cõmuniorem sententiam omnes dicuntur testamentarji, nec modus dandi specificam constituit differentiam.

## §. SED SI EX TESTAMENTO.

1 *Satisaccipere quis dicatur.*
2 *Satisacceptio quæ.*
3 *Tutores plures dari possunt tã à testatore q̃ à iudice.*
4 *Tutela per unum administrari debet.*
5 *Tutor satisofferens præfertur in administrando.*
6 *Tutorum plurium quis administrare debeat.*
7 *Tutor non potest directò cogere contutorem satisdare.*
8 *Permittuntur aliquando per indirectum, quæ directò non permittuntur.*
9 *Tutores plures si sint, & nemo satisofferat, administrat quem testator administrare voluit, quod limitat & declarat vt ibi.*
10 *Patris uoluntas non semper sequenda.*
11 *Pupillus licet ali debeat penes deputatum à patre, tamen aliquando iudex ab eius voluntate recedit.*
12 *Alimenta præstanda pupillo ex dispositione paterna quandoq; alterantur à iudice ex causa.*
13 *Tutor administrat quem maior pars tutorum elegerit, & quando hoc fit.*
14 *Tutores dissentire possunt in eligendo administratorẽ tutelæ, & quid tunc fiet.*
15 *Tutoribus discordãtibus in eligendo, Prætor eligit qui administret.*
16 *Partes Prætoris, id est authoritas.*
17 *Negotia difficilius per plures tractantur.*
18 *Tex. ĩ l. lite si unus. §. Prĩcipaliter. ff. de arb. declaratur.*
19 *Tex. in l. 2. C. quan. & quib. quar. pars debea. lib. 10. declaratur.*
20 *Scriptum dicitur quod ex uerbis scriptis sumitur.*
21 *Scriptum dicitur quod legi potest.*
22 *Scripti hæredes dicuntur expressè nominati.*
23 *Maior pars non disponit in ijs, quæ sunt communia ut singulorum.*
24 *Quod omnes tangit, debet ab omnibus probari.*
25 *Non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri.*
26 *Liberationis fauore factũ à maiori parte ualet in ijs, quæ sunt communia plurium ut singulorum.*
27 *Sorte res nunquam dirimitur inter plures discordes, si de alterius præiudicio agitur.*
28 *Sortis iudicium locum non habet, nisi in casibus à iure expressis.*

Diuiditur in tres partes: in prima ponitur, q̃ tutor satis offerens præfertur in administratione, nisi contutor ipse malit satisdare: in secunda deciditur, cui deferenda sit administratio, si nullus tutorum satis offerat: in tertia extenditur quod dictum erat de testamentariis ad datos ex inquisitione. secunda ibi, Quòd si nemo. tertia ibi, Idem & in pluribus.

Tutor satis offerens administrat, nisi cõtutor satisdare maluerit, nullo autẽ satis offerente præfertur electus à patre, qui si non elegerit, administrat quẽ maior pars tutorum elegerit, uel Prætor ipsis discordantibus. h. d. ex l. Testamento la secunda, cum legibus seq. ff. de testa. tute. & ex l. 3. ff. de admi. tuto.

Casus ita potest figurari: quæsitum fuit pluribus existentibus tutoribus quis administrabit, & uidebatur q̃ omnes, non enim est dare rationem diuersitatis, quare unus magis quàm alter administret, fides enim omniũ uidebatur pariter à testatore, uel magistratu approbata, unde paritas excludere uidebatur omnẽ prælationẽ, cuius contrarium dicitur, q̃ tutor satisdans præferatur cęteris. Cùm enim nihil aliud magis curent iura, quã pupillorum indemnitati consulere. ĩ. eod. tit. in prin. uidetur magis esse cautum pupillo, si is administrat, qui satisdederit, magis enim prouisum est indemnitati eius. ĩ. de fideiuss. in prin. licet enim habeant omnes paternũ testimonium, & fides omnium æquè sit à testatore probata, vel iudice, tamen satisdatio reddit magis cautum pupillum, & facit illũ suæ indemnitatis certiorem, potuerunt enim falli testator & iudex.

Hoc tamen non ita simpliciter procedit, nam contutore eligẽte potius satisdare quàm satisaccipere, admittitur prouocatus, non enim recipitur satisdatio offerentis, qui magis electionem aliis tribuere videtur, vt hic dicitur: at si nullus satisdet, ille administrat, quem testator elegerit: meritò enim sequĩt. Prætor voluntatẽ patris, qui rectè prospexisse cẽsetur filium: q̃ si non sit facta ab eo electio, ille administrat, quẽ maior pars tutorum elegerit, habebit siquidem ille & testimonium patris, vel iudicis, & testimonium aliorum tutorum: q̃ si dissenserint, ipse magistratus statuet per quẽ tutela administrari debeat, nam hoc maximè curarunt leges, vt tutela per vnum tantum administretur, & ne per multos tutela spargat. l. 3. uers. Apparet. ff. de admini. tuto. facilius enim vnus tutor, & actiones exercet & excipit, vt ibi dicitur.

In tex. ibi, Satisaccipere. Quamuis nota sit huius verbi significatio etiã apud Latinos authores, [illegible] tamẽ visum est alienum ab instituto [illegible] apertius declarare.
1 Satisaccipere dicitur ille, qui † alterius satisdationem recipit, vt etiam declarãt Grammatici. Vtuntur etiã hoc verbo Iurisconsulti. Triphonius in l. Pactum. ff. de pact.
,, Pactum (inquit) inter hæredẽ & legatarium factum, ne
,, ab eo satisaccipiatur. Pomponius autem in l. Stipulationum. §. Satisacceptio. ff. đ verb. obl. clarius declarat: ver
,, ba eius sunt hæc: satis autẽ accipere dictum est eodem
,, modo, quo satisfacere, nam quia id, quo quis cõtentus
,, erat, ei præstabatur, satisfieri dictũ est. & similiter quia
,, tales, quibus quis contentus futurus esset, ita dabãtur,
,, vt verbis obligarentur, satisaccipi dictum est. Vnde &
2 satisacceptio, vt ibi paulò antè dixerat, † est stipulatio, quæ ita obligat promissorem, vt ad promissores quoq; ab eo accipiatur, id est qui idem promittant: ita enim legendum est, nõ (expromissores,) ut in vulgatis codicibus legitur, ut aduertit Alcia. c. 2. lib. 1. Parer. Et planius fit etiã hoc ex verbis Ciceronis in Orat. pro Quintio.
,, Si ueretur (inquit) vt res iudicio facto parata sit, iu-
,, dicatum solui satisaccipiat, quibus à me verbis satisac
,, cipiet, iisdem ipse quod peto satisdet.
3 Primò not. q̃ † tã testator, quàm iudex põt dare plures tutores, ad idem tex. in §. Permissum. ĩ. de tute. l. Siquis filiabus. ff. de testa. tute. l. Siquis sub conditione. §. Planè. l. Quòd si plures. l. Si plures eod. tit. & in datis à iudice est tex. in l. Simul plures. ff. de tuto. & cura. da. ab ii s. quã
4 uis hoc maximè curare debeat † prętor, ut tutela p vnũ administretur. d. l. 3. §. Apparet. ff. de admini. tuto.
5 Secundò not. q̃ † tutor satisofferens præfertur in administrãdo cæteris, si nullus aliorum malit ipse satisdare, & ratio est, vt dixi, quia magis cautum est indemnitati pupilli per satisdationẽ, cũ expediat habere plures obligatos, ĩ. de fideiuss. in prin. ĩ. de replica. in fi. non enim alii excluduntur statim, ac vnus ex tutoribus satis

offerat,

offerat, vt dicit tex. in l. Testamento. in prin. ff. de testa.
tute. sed magis à satisofferente videtur optio illis obla-
ta, an potius velint satisaccipere quam satisdare: ꝙ si sa
tisdare eligat, præferuntur, vt hic dicitur, & in d. l. Testa
6 mento. Vnde in hac materia ita dicendum est †pluribus
existentibus tutoribus, quòd si plures eorum prouocat
ad satisdationem, & sic satis offerũt, & apparet quis pri
mò, quis secundò obtulerit, tunc præfertur secundus,
quia ei videtur à primo oblata electio, vt dicitur in tex.
nostro, vt si malit satisaccipere quàm satisdare, præfera
tur: ꝙ si non appareat de ordine, & quis primò satis ob-
tulerit, tunc eligitur magis idoneus, vt intelligunt Bar.
& Docto. tex. in l. Quòd si plures. ff. de testa. tute. si verò
vnus tantũ satisoffert, & tunc si alij tutores consentiũt,
ut ille administret, & eligunt satisaccipere, ei decerni-
tur administratio causa tamen cognita: non enim sim-
pliciter præferendus est, sed animaduertere debet Prę-
tor qualitatẽ personæ & eaillimationem, & quid in ea,
vel alia tutela egisset. Duplex igitur cognitio erit, alte
ra ex persona eius, qui obtulit satisdationem, quis &
qualis sit, altera contutorum, an tales sint, vt contume-
liam satisdationis subire non debeant, ita est tex. multũ
elegans in d. l. Testamento. versic. Non omnino. si verò
malint ipsi administrare, id facere possunt, vt hoc tex.
sin autem vellent ipsi administrare admisso etiam pri-
mo satisofferẽte & satisdare, tunc omnes pariter admi-
nistrabunt. d. l. Testamento. versic. Sed rectè. si verò nul-
lus offert satisdationẽ, tunc habet locum secunda pars
tex. nostri, & dicetur inferius, ita residet Bar. in d. l. Te-
stamento. & est verissima distinctio.

Tertiò not. ꝙ tutor nõ potest à contutore suo exigere
satisdationẽ, vel cogere, vt sibi administrationem relin-
quat directò, sed benè satisofferendo cogit cõtutorẽ,
vel satisdare, vel permittere, vt sibi soli administratio
cõcedatur, vt hic dicitur, ibi, Itaq; &c. Statuit enim hoc
Prætor, vt oblata satisdatione per tutorem alij per quẽ
dam quasi æmulationem commoti veniant ad satisdan
dum, vt dicit hic Theophilus, quod totũ ad beneficium
pupillorum introductum est, vt eis magis sit cautum.
8 Quartò ex hoc correlariè notari põt, ꝙ †aliqua quan
doq; permittuntur à legibus [illegible]
non admitterent cõtra reg. l. Cùm quid vna via. de reg.
iur. lib. 6. Sed responde, ꝙ hic non venitur absolutè ad
illud, quod volebat tutor satisofferens, nam contutore
satisdante ipse nõ admittitur, vt hic dicitur, & sic omno
ipse nõ consequitur administrationẽ, nec etiã omnino
cogit contutorẽ satisdare, quia si contutor velit potius
relinquere administrationem satisofferenti, potest, &
per consequens non læditur regula prædicta.
9 Quintò not. ꝙ †si nemo tutorũ satisofferat, & sit ascri
ptum à testatore quis eorũ debeat secundũ eius volun-
tatem administrare, ille administrabit propter iudiciũ
paternum, qui rectè suis filijs prospexisse putatur. d. l. 3.
10 §. Si parens. ff. de admi. tuto. hoc tamen †non semper est
verum, nam si Prętor cognoscat patrẽ minus perpenso
iudicio tutorẽ illũ dedisse, & ei tutelæ administrationẽ
cõmisisse & mandasse, vel quãdo mutati sunt mores tu
toris, vel lapsus sit facultatibus, his & similibus casibus
Prætor nõ sequetur voluntatẽ testãtis. d. l. 3. §. Quamuis
autẽ. neq; hoc videtur incõueniens: videmus enim le-
ges iubere, vt Prætor tutorem minus rectè datũ in testa
mento confirmet. §. fi. ĩ. de tute. & tamen certis casibus
Prætor potius sequitur vtilitatẽ pupillorum, quàm vo-
luntatẽ & dispositionẽ paternã. l. Vtilitatẽ. de confirmã
11 tuto. l. In confirmando eod. tit. item ꝙ †pupillus alatur
apud eos, apud quos pater testator disponit, & tamen
nonnunquam Prætor ex causa à uoluntate patris rece-
12 dit, & alibi educari† & ali decernit. l. i. ff. vbi pupill. edu.
debe. in prin. Itẽ si pater statuit alimenta pupillo præ-
standa, illa danda sunt, at si vltra patrimonij vires forte
essent, Prętor non sequetur voluntatẽ patris l. 5. in fi. ff.
vbi pupill. educ. debe.
13 Sextò not. ꝙ †si in testamento paterno non sit expres
sum, quis gerere debeat, ille administrat quem maior
pars tutorum elegerit, concor. tex. in d. l. 3. §. Si nõ erit.
Et notandũ est, ꝙ ille, qui sic electus est, cogitur admi-
nistrare, ita probat ille tex. ibi, Ipse gerere debet, & di-
cit glo. in l. 3. §. Si non erit. in verbo, Is gerat. ff. de admi-
ni. tuto. per tex. in l. i. ff. eo. tit. melius tñ facit tex. noster.
Septimò no. ꝙ electio maioris partis reputatur salu
brior & melior, de quo dicemus i gl in ver. Maior pars.
14 Octauo not. ꝙ †tutores possunt dissentire in eligẽdo
administratorem tutelæ, concor. tex. in d. l. 3. §. fi. dissen-
sio autẽ esse potest tam in persona eligendi in admini-
stratorẽ, quam in modo administrandi: si dissentiunt in
persona, tunc si apparet de consensu maioris partis, ille
attẽditur: si in varias sententias scinduntur, ita vt nul-
lus habeat vota maioris partis, tunc Prętor interponit
partes suas, vt hic dicitur, & declarabitur paulò post. Si
verò dissentiunt in modo, puta, quia quidam velint, vt
omnes administrẽt, quidam vt tutela diuidatur, & Bar.
in d. § fi. dicit, quòd fiet diuisio cæteris inuitis arg. l. Et
puto. ff. fam. her. cum simil. allegatis per eum, cuius opi
nionẽ sequitur Ias. hic, sed mihi talis sententia placere
non potest, ut ad uotũ unius cęteri excludantur contra
regulã tex. nostri: quando enim maior pars uult, ut oẽs
administrent, puto eos administrare debere per regulã
tex. nostri, præsertim cùm omnibus administrantibus
melius consultum sit pupillo: si uero nõ constet de uo-
luntate maioris partis, magis uidetur prospectũ pupil-
lo, ut omnia per omnes administrentur, quàm per unũ
facta diuisione. c. prudentiam. in prin. de offi. deleg. ubi
glo. & alij, licet studeat prætor tutelam per unum ma-
gis administrari. d. l. 3. §. Apparet. propter cõmoditatem
maiorem expeditionis negotiorum. Quamuis enim di-
uidentibus tutoribus tutelam ex propria uoluntate nõ
fiat præiudicium pupillo, ne possit quem uult insolidũ
conuenire, sicut quando omnes administrant. l. 2. C. de
diui. tute. tamen ut uotum unius cęteris pręferatur, [illegible]
[illegible] contrarium uerbis tex. in l. 3. in fi.
ff. de admin. tuto. dum conditionaliter loquitur, si tuto
res uelint diuidi, non si unus. Cogita.
15 Nonò not. ꝙ †tutoribus discordantibus in eligendo
prætor ipse eligit, ita intelligendus est iste tex. per tea,
in d. l. 3. §. fi. ff. de admi. tuto. ibi, Si coacti nõ decernent,
16 causa cognita †ipse statuet quis tutelam gerat. Interpo
nere enim partes suas hic nihil aliud importat, quàm
authoritatem & officiũ, unde Vlpianus i l. Si in aliquã.
" ff. de offic. procons. Omnium (inquit) partes, qui Romæ
" ius dicunt, ad ipsum pertinẽt. Et Cic. in Ver. actio. 3. di-
" xit, Non sunt meę partes id facere. Et ad Atticum: Par-
" tes has mihi Cęsar imposuit. melior tex. i l. Et suum. §.
" fi. ff. de pactis. ibi, Si uerò dissentiant, prætoris partes ne
" cessarię sunt. & ita intelligas, non ut ineptè intellexit
gloss. hic.
Vltimò no. ꝙ ea, quę dicta sunt de tutoribus datis te
stamento, habent etiã locum in datis ex inquisitione.
In glo. j. in prin. Dic sm Ang. ꝙ usq; ad uersi. Quòd si
nemo. loquitur de utroq; non ea ratione, quã assignat
Ang. quia præsumatur respondere ad interrogata, quia
hic nulla est interrogatio, sed qa in principio exprimit
de utroq;, & cũ sub una eadẽ cõceptione loquatur, &
sit unus & idẽ contextus literæ, absq; dubio non possu-
mus salua ratione recti sermonis referre magis ad testa
mentariũ, quàm ad datũ ex inquisitione: in uers. autem.
Quòd si nemo. restringit postea se ad testamentarium
propter electionem factam in testamento, & tandem
tex. extendit ad datiuos in fin. uersic. Dum uerò gloss.
dicit,

dicit,quòd eadem habeant locum in curatoribus per
tex.in d.l.3.uersi.Quod in tutoribus. aduertendum est,
quòd ille uersi.loquitur io casu uersi. Quòd si nemo.ut
idem.f.fit in curatoribus,non in offerentibus seu pro-
uocantibus ad satisdandum,ut loquitur hoc principiū:
sed mirum est, quòd glo. in hoc fecerit difficultatem,
cùm tex.noster loquatur tam de tutoribus q̄ de curato
ribus, ibi, Et contutori suo uel concuratori præferri.
& ibi,Vel ut contutor uel concurator.& paulò post e-
tiam in duobus locis.

Glo.quærit tandem,quid dicendum in legitimis tu-
toribus,& arguit gloss.ab identitate rationis, vt.s.ma-
gis consultum sit pupillo ex vnius administratione per
d.vers. Apparet. est tex. de hoc in terminis in l. Legiti-
mos.§.In legitimis.ff.de legi.tuto.versic.An igitur.& io
princ.illius tex.est dictum Ioreconsulti simile ei, quod
„ dicitur in d.versic.Apparet.ibi, Quę sententia vtilitatis
„ gratia admittenda est, vt vni decernatur administratio.
17 Ad id, quod dicitur, q̄ †negotia difficilius curantur
per plures,facit tex.s̄.de iure natu.gen.& ciuil.§. Sena-
tusconsultum. in l. 2. §.Deinde quia difficile.ff.de orig.
18 iur.l.j.vbi.glo.in ver.Nō possunt.† ff.de liber. vniuer.l.
„ Item si vnus.§.Principaliter.ff.de arbi. ibi, Quia res fe-
„ rè sine exitu futura est propter naturalem hominū ad
dissentiendum facilitatem. vbi non intelliges natura-
lem idest ab ipsa natura duce optima nostrarum actio-
num prouenientem,sed à corrupta illa natura, postquā
voluntas illa nostra ex ipsa carne propter lapsum parē-
tum corrupta fungitur vice dominę,atque habenas ip-
19 sa, non ratio, regit sensuum nostrorum,†& in hoc eo-
dem proposito dixit Imperator in l.2. C. quan. & quib.
quar.pars debeat.lib.x q̄ illud communiter negligitur,
quod communiter possidetur,& id dicitur esse natura-
le vitium,quod intelligendum est vt.s̄.

In glo.in ver.Vel satisdare.Glo.voluit allegare.§.seq.
videlicet.§.Sed & si quis stipuletur alij.j̄. de inutili. sti-
pula.satis accipiendo enim rem pupilli saluam fore,al-
teri stipulantur,& valet stipulatio,vt ibi dicetur.

In glo.in ver. Ascriptum. Glo. benè dicit,q̄ sine ex-
pressè electus sit in testamento quis administrare de-
beat,siue colligatur euidens voluntas testatis [illegible]
modo expresso per glo. ille administrabit, quia quāuis
20 tex.hic dicat†(si quidem ascriptum fuerit)satis dicitur
ascriptum,si ex verbis scriptis hoc colligi possit. Illud
enim, quod elicitur ex verbis scriptis, dicitur esse in
scriptis,vt probatur in l.§.Si autem. ff.de hæredi. insti.
& ibi Bar.qui dicit,quòd quamuis sententia debeat fer
ri io scriptis,tamen subintelligitur verbum (condem-
no)& condemnatio subintellecta dicitur esse in scrip-
tis,facit quod voluit Ang.in l. Quoties. per illum tex.
ff.de heredi.insti.tradit Deci.in consil.68.col.4.alias ta-
21 men dici solet, quòd † scriptum dicitur illud,quod le-
gi potest, non quod potest subintelligi: & ideo si fiat
22 mētio de hæredibus scriptis, †debet intelligi de expres
se nominatis,non autem de subintellectis, vt not. Bar.
in l.Qui liberis.§.Hęc verba ff. de vulga. & pup. col. fio.
tradit Alex.in cōsil.173.Visa facti narratione.col.2.lib.
v.Deci.consil.291.col.4.io fin. versi. His pręmissis. quæ
enim tantum extrinsecus veniunt,legi non possunt. Li.
§.Legi autem.ff. de iis quę in testa. delen. & quod legi
non potest, ut dictum est, non dicitur scriptum, in ca-
su tamen nostro satis est,quòd de electione constet, vt
probatur in l.3.ff.de admini.tuto.ibi, Cui testator dele
ganit.& ibi,Si non erit à testatore electus.

In glo.in ver.Maior.Dictum fuit suprà in notab.&
declarat Bar.in l.3.ff.de admi.tut.

Dum verò glo.dicit,quòd statur maiori parti, aduer-
tendum primò est ad tex.in fin. allegatos, nam in l. Per
fundum.& io l.fin.illud ideo est,quia non debet posse
imponi seruitus rei meæ sine voluntate mea, nā in iis,
23 quę†sunt communia ut singulis,maior pars non potest
disponere in pręiudicium aliorum non consentientiū,
ita procedit tex. in d.l.Per fundum.& in d.l.fi. vbi Bar.
24 & Doct.siquidem quod† omnes tangit,ab omnibus de
bet approbari. c.Quod omnes.de regu.iur.lib.6.bonus
tex.in l.In concedendo.ff.de aqua plu.arcen. non enim
25 debet alteri per alterum† iniqua conditio inserri.l.Nō
debet.ff.de reg.iur. vbi Deci. & ita declarat Deci.post
alios in c.Cum omnes.col.2.in fi.in prima lect.de con-
26 sti.Ias.in l.Iurisgētium.§.Hodie.ff.de pact. Hoc† tamen
fallit fauore liberationis,& ita procedit tex.in d.l.Iuris-
gentium. §. fi. & io l. Maiorem. & in l.fi. C.qui bo.ced.
poss.quod pro notab.refert Roma.in singul.99. Credi-
tores.vbi limitatur,tamen dicit Deci.in d. c. Cùm om-
nes.col.3.io 3.limita.quòd talis limitatio intelligenda
est in casu illo expresso tātum,quia ibi ita statutum est:
aliter enim non ita esset,quod mihi satis placet per re-
gulam.l.i.C.de inoffi.do.& hęc sufficiant, quia materia
est amplissima, & latissimè traditur per Deci. & Ias.in
locis proximè allegatis,vnde curiosior poterit petere
reliqua,hoc enim uisum est nimis extra propositā ma-
teriam incipientibus,quibus leuiora tradenda sunt §.
His igitur.suprà de iusti.& iur.

In glo.in ver.Partes.Glo.malè declarat, dicas vt di-
xi.s̄.in ix.notab.Partes enim suas intelligit authoritatē
& officium io eligendo, vt dicitur in leg. Et suum. §.
final. ff.de pac.

Io ea.glo.ibi, Sed cur non committitur fortunę? Gl.
assignat rationem, quia agitur de pręiudicio pupilli,
27& quoties† uertitur pręiudicium alterius,tūc nunquā
sorte res dirimitur:glo.communiter approbant Doct.
hic,& in d. l. fi. C. com. de legatis. & uoluit Bal.in l.Si
duas.ff.de excu.tuto.& ita intelligi debet tex. in l. Duo
sunt Titii.ff.de testa.tute. ibi enim nō recur[illegible]
rem,non quia sumus in q.facti, [illegible] agitur pariter
de pręiudicio pupilli.[illegible] enim dicunt Doct. de. q. facti
uel iuris,posset impugnari,quia hoc nullibi probat, ut
sensit & Deci.in c. Licet causam.col.pen.de proba. Pos
set & aliter ultra gl.responderi,q̄ hic ideo sorte non di
28 [illegible] ad iudicem,quia sors † nō ha
bet locum,nisi in casibus à iure expressis, ut uoluit Bal.
in l.Meminimus.C.quan.& quib.quar.pars deb.lib.x.se
quitur Ias.in l.fi.in prin.col.2.C.commu.de lega. ubi di
cit hoc esse cordi tenendum, ubi uidendum est, siquis
uelit diffusius uidere,quā iudicio sortis uel fortunæ sta
dum sit,nobis satis fuerit satisfecisse dubitationi Accur
sii,& de rationibus legum allegatarum in glo. uidenda
sunt quę ponit Ias.s̄.in glo.in uer.Fortunam.

## §. SCIENDVM.

1 *Actio subsidiaria unde dicta est,& nu.10.*
2 *Subsidiarius palmes.*
3 *Subsidiarius miles.*
4 *Subsidiaria cohors.*
5 *Tutor & } remanent obligati pupillo ex eorum admi-*
*Curator } nistratione.*
6 *Obligatio,quæ oritur inter pupillum & tutorem, ori-*
*tur ex ipsa administratione.*
7 *Dictio (ex) denotat causam immediatam.*
8 *Tutor,qui non administrauit,non tenetur directa sed*
*utili tutelę actione.*
9 *Actio subsidiaria datur pupillis contra magistratus,q*
*non exegerunt satisdationem, uel minus idoneam.*
11 *Actiones contra tutorem quo ordine exerceantur.*
12 *Actio subsidiaria quibus detur,& quando.*

Magistratus

13 *Magistratus nõ tenetur pupillo ob satisdationẽ receptã, si idonei erant fideiussores tempore receptionis, etiam si postea inopes fiant.*
14 *Paria sunt aliquid non fieri uel minus idoneè.*
15 *Paria sunt non esse, uel esse sed inhabilem.*
16 *Paria sunt non extare uel non succedere.*
17 *Paria sunt non facere, uel tempore incongruo facere.*
18 *Ratificatio incongruo tempore facta nihil releuat.*
19 *Actio subsidiaria datur contra heredes magistratus, & quando.*
20 *Tutores, nisi satisdent coercentur captis pignoribus.*
21 *Actio subsidiaria contra magistratum quaenam actio sit, & quàm uariè sit appellata, & quare.*
22 *Intellectus ad l. fi. ff. de magist. conueni.*
23 *Idem diuersimodè accipitur apud Legistas & Philosophos.*
24 *Idem dicitur in genere aliquando, non in specie.*
25 *Vsuræ ueniunt in actione subsidiaria contra magistratum.*
26 *Magistratus quo ordine sit conueniendus à pupillo, & an primò tutores, & quomodo.*
27 *Tutores an & quando conueniantur, ante magistratum.*
28 *Actio tutelæ datur insolidum non solùm ex dolo, sed culpa.*
29 *Beneficiũ ordinis quando habeat locum inter tutores.*
30 *Intellectus l. Lucius la secunda. §. Cùm in testamẽto, ff. de admi. tuto.*
31 *Iudicis & Testatoris* } *factum æquiparatur.*
32 *Tutores quãdo & in qbus casibus unus pro alio teneatur etiam facta diuisione à iudice uel à testatore.*
33 *Culpa in tutela nõ intelligitur regulariter nisi de leui.*
34 *Paria sunt aliquid nõ facere minus tempestiuè.*
35 *Tutores, quotquot sunt, habent insolidum administrationem.*
36 *Idoneè aduerbium quid significet.*
37 *Extra ordinem, quid significet.*

DIVIDITVR in tres partes. in prima ponitur, qualiter magistratus, qui passus est vel non caueri vel minus idoneè, tenetur subsidiaria actione: in secunda extenditur hæc prouisio etiam ad hæredes magistratus in tertia dicitur, qui si tutores vel curatores recusant cauere, pignoribus captis coercẽtur. secunda ibi, Quæ quidem, tertia ibi, Quibus constitutionibus.

Magistratus potest cogere tutores vel curatores satisdare, quòd si passus est eos non cauere vel minus idoneè, tenetur ipse & eius hæredes subsidiaria actione. hoc dicit.

Casus ita figurari potest: quæsitum fuerat, ex quo cõstat, quòd tutores & curatores satisdare rem pupilli salvam fore tenentur. s. in prin. an si non satisdent vel minus idoneè, ex negligentia vel dolo magistratus, qui vel cogere vel respicere satisdationem debebat, ipse magistratus aliquo modo teneatur pupillo: & videbatur dicendum quòd non, ex quo enim magistratus nec contraxit, nec quasi contraxit vt tutor. §. Tutores. j. de obl. quæ ex qua. contrac. nas. nec aliquid promisit vt fideiussor, nõ videbatur ipsum aliqua actione teneri posse saltem pupillo: si enim in administratione officij defecit, videbatur teneri reipub. non ipsis pupillis, cuius contrarium deciditur hic, quòd imò teneantur etiam officiales & magistratus: tenentur autem ex quasi delicto, dum officio suo perperam funguntur, & cum dãno reipub. indemnitati pupillorum & minorum non prouident. Visum enim est legumlatoribus reipub. maximè interesse res pupillorum saluas esse, vt hoc cod. tit. s. in prin. vt ergo eis magis cautum esset, hanc actionem dederunt, quam in hæredes etiam magistratuum extenderunt cum distinctione tamen, de qua postea dicemus in notabilib.

a In tex. ibi, Subsidiariã actionem. Dicta † est actio sub
sidiaria, vt dicit hic Theophilus, eò quòd vltimum qua
si sit præsidium minoribus & pupillis, ita etiam appel-
lat Iurisconsultus in l. j. in prin. & §. Si preses, ff. de ma-
gis. conue. quemadmodum & Columel. lib. 4. cap. 24
2 subsidiarium † palmitem appellat, quem rusticus parat,
vt præsidio sit, quo fit vt etiam præsidiarius appelletur,
3 vt idem Columel. lib. 4. cap. xv. & cap. xxi. & † subsidia-
rium militem dixit Liuius lib. 7. ab vrbe condi. qui sub-
sidio esse possit, profligatis primis aut inclinãtibus. Pau
,, lum (inquit) erat ab dextra editi loci, quem subsidia-
4 rijs repleri placuit. & subsidiarias † cohortes appellauit
,, lib. 9. quæ alij subsidio reseruabantur: Qui † subsidiarias
,, cohortes, quę integræ ad longioris pugnæ casus reser-
,, uabantur, in primam aciem extemplò emisit. Et Cæsar.
lib. 1. Belli ciui. Cæsaris (inquit) triplex, sed primam aciẽ,
,, quam ternę cohortes ex quinta legione tenebant, has
,, subsidiariæ ternæ, & rursus aliæ totidem, suæ cuiusque
,, legionis subsequebantur.

In tex. ibi, Captis pignoribus coerceantur. Theophilus hic exponit idest iussu magistratus aliquid ex bonis eorum capiatur, quod loco pignoris non sit, tamen intelligas loco pignoris pro securitate pupilli, quia iam cautum est pignora non supplere satisdationem. l. prætoriæ stipulationes personas. ff. de præto. stipula. alias enim pertinaciter recusando satisdare, posset tutor vel curator per indirectum consequi quod concedi non oportet. Dicas ergo coerceri captis pignoribus tutores, vt his sumptis & distractis tædio quasi affecti satisdent. Capiuntur enim & distrahuntur in pœnam, vt in simili est text. in leg. i. §. Ex hoc rescripto. ff. de
,, ventre inspi. ibi, Cogenda igitur erit remedijs prætoris in inquirendo, & si venit, respondere, pignoraque eius capienda, & distrahenda, si contemnet, vel mulctis coercenda, hoc enim totum prouenit ex regula illa generali, qua permissum est ius dicentibus iurisdictionem suam defendere pœnali iudicio leg. i. ff. si quis iusdic. non obtemp. & dicemus paulò post cõmodius, hæc satis sint pro declaratione verborum. §.

5 Primò not. secundum Ang. quòd tutor vel † curator
ex administratione sua obligatus remanet pupillo vel adulto, ex qua obligatione dantur postea tot actiones pupillo vel adulto. §. Tutores. infrà de oblig. quæ ex qua. contr. nas. leg. Ex maleficijs. Tutelæ. ff. de actio. & oblig. Licet enim expressè nullum negotium inter eos gestum sit; tacitè tamen tutelam administrando censetur velle omnia eius bona pro administratione prædicta obligata esse: voluit enim hoc lex, vt postquam tutor fit quasi dominus quidam bonorum pupilli, obligatur sit gestorum reddere rationem. leg. i. ff. de tutc. & rati. distrah. in princ.

6 Secundò † not. ibi, Ex administratione rerũ teneri. ꝙ
obligatio, quæ insurgit inter tutorẽ & pupillũ, oritur
ex ipsa administratione, & sic ꝙ causa huius obligatio-
7 nis est ipsa † administratio. dictio enim illa (ex) denotat
causam immediatam l. i. §. Ex incendio. ff. de incen. rui.
naufra. glo. i ver. Ex re. j. per quas perso. nob. acqui. §.
8 Igitur. vbi dicemus. Et hinc est, ꝙ † qui non gessit & ad-
ministrauit, non obligatur actione directa tutelæ, quã
uis teneatur vtili. l. Non quasi. §. i. in fin. ff. rem pup. sal.

fol.

for.quia suo periculo cessauit l.j.ff.de admi.tuto.
9 Tertiò not.q†datur actio subsidiaria pupillis contra
magistratus,qui vel satisdationẽ non exegerint, vel ac-
ceperint minus idoneè,quæ data est ex senatusconsf.au-
thore Traiano facto.l.In magistratus.C.de magis.cõne.
quæ actio vtilis l.j.C.eo.tit.eò quòd cęteris actionibus
in fauorem pupillorum introductis per quandam quasi
interpretationẽ est adiecta quasi vltimum eorum præsi
dium & sacra quædam anchora. Ideo autem eam intro
duxerunt , quia videntur quasi deliquisse quibus curæ
erat indemnitas pupillorum, si satisdationem non ege-
runt,vel minus idoneam receperunt,& ideo talis actio
est in personam , qua,vt in cæteris actionibus rei per-
secutorijs agitur ad damnum , quod pupilli , vel adulti
propterea passi sunt l.j.§. Magistratibus. ff.de magistra.
conueni.
Quartò not. ibi. Quę vltimũ eis pręsidiũ possit affer
10 re. q ideo dicta†est subsidiaria, quia post omnia alia re
media datur,quando non potest esse aliter consultũ pu
pillis,vel adultis aut cæteris , quorũ negotia p alios ad
ministrari oporteat: nã aduertendũ est, q quamuis pro
11 securitate pupillorum inuentæ † sint à iure plures actio-
nes , tamen lex voluit eas non posse ad libitum adulti,
vel pupilli exerceri,sed eo ordine,quo seruato nihil ini
quũ appareat. Nã quando vnus tantũ fuit tutor,vel cu-
rator,& malè administrat,ille ante oẽs cõueniendus est
actionibus à iure proditis:q si plures fuerint,est in po-
testate pupilli cõuenire quẽ vult.l. 2. C.de diui. tute.si-
ne vnus gesserit,siue omnes, vt ibi p gl.& Doct. in quo
alias vidi accuratissimũ Oldendorpiũ errasse: post eos,
ad eorum hęredes actio porrigitur ,vt in hoc §.q si hæ-
redes soluendo non sint,dabitur actio contra fideiusso-
res & hæredes fideiussorum & in subsidium contra ma
gistratũ:quando enim damnum illatũ pupillo aliunde
resarciri non potest , magistratus tunc præstat l. j. ff.de
magis.conue.& apparet i text. nostro,& est bonus tex.
in l. Tres tutores.ff.de administra.tuto.
Quintò not.ibi, Qui satisdationem accipiunt. q ista
verba debent exponi.i.qui accipere tenẽtur,non enim
in oẽs magistratus datur, sed in eos tantũ,q satisdatio-
nem accipere obligati sunt, vt declarat glo.in §.fi.infrà
eod.titul.vbi videbimus,facit tex.i l.j.§. Magistratibus.
ff.de magis.conue.
12 Sextò nota. q †talis actio datur pupillis, adultis,cę-
terisq; personis,quorum bona authoritate legis p alios
gubernantur,quod eum ministerio dictum est,nam ta-
lis actio non datur contutori,si forte ipse damnũ pupil
lo satisfecisset.Pone enim,q duo fuerint tutores, quo
rũ neuter satisdedisset , vnus eorũ inops est, ita q alter
iudicio tutelæ conuentus totum præstat,nã si sciuit cõ
tutorem non satisdedisse, vtiq; non poterit agere con-
tra magistratum,voluit enim hoc.S.C.prospicere pupil
lis non tutoribus.maximè cùm sit quod tutori impute
tur,ex quo vel satisdationẽ à contutore non exegit,vel
suspectum contutorem nõ fecit, ita est tex. in l. Propo-
nebatur.ff.de magis. conue. benè verũ est, quòd si alter
tutorum culpa vacaret, quia nesciisset alterum non sa-
tisdedisse,non erit iniquum etiam ei dari actionẽ con-
tra magistratum.l. Quòd si tutor.ff.eod.titu.
13 Septimò nota. q †hęc actio datur contra magistratũ
siue omnino satisdationem non exegit,siue minus ido-
neam receperit,vt hic,quod intellige,vt satis sit ad tele
uandum magistratum,q fideiussores idonei essent tem
pore receptionis : si enim postea minus idonei,vel mo
ribus,vel facultatib⁹ facti sint, magistratus de hoc euen
tu non tenebitur , magistratus non tenetur futuros ca-
sus & fortunam pupillo præstare, vt dicit tex. in l.j. §.Si
magistratus.ff.de magis.conueni.
14 Octanò nota. quòd†paria sunt aliquid omnino non
fieri , & minus idoneè & legitimè fieri, quam regulam
latissimè prosequitur Iaso. in l. Quoties. ff. qui satisda.
cogan.Deci.in c.Ex tenore.colum.3.de rescript.& ideo
dicit ille text.quòd quoties vitiosè cautum, uel satisda-
tum est,non intelligitur.cautum , aut satisdatum,sicut
15 etiã paria sunt non esse, vel esse , sed inhabilem l. j.§.
fina ff.quodcuiusque vni.nomi. l. Quamuis. §. Si cùm
16 esset.ff.ad Velleia.& ideo †paria sunt nõ extare,vel ex-
tare & non succedere l.2.§.Sed & si fint sui.ff.ad Tertul
17 lian. & paria sunt †nõ facere,vel facere tempore incõ
gruo l.i.C.de diui.tute.l.Etiam.& ibi glo.in ver.Potuit.
ff.de administra.tuto.& l.Tutor qui.§.Si deponi eod.ti
18 tul.Ex quo alias inferebam†ad nullitatem ratificationis
incongruo tempore factæ, vt nullum afferret commo-
dum,ac si facta non esset.
19 Nonò notari†potest, quòd subsidiaria datur non so-
lùm cõtra magistratum,sed etiam contra hæredes eius,
quod non intelligas simpliciter , sed quòd magistratus
tenetur ad omne damnum , hęredes autem solùm de
dolo & latiore culpa tenentur, id quod apertè declarat
text.in l.Non similiter.ff.de magistrat. conueni . Quan-
do enim magistratus tanta fuit negligentia, vt omnem
cautionem omitteret, æquum est eum haberi loco fide
iussoris, vt & hæres eius teneatur , nam ex diui Pij re-
scripto non aliter in hęredem magistratus actio datur,
quàm si euidenter magistratus eum minus idoneis fi-
deiussoribus contraxerit l.Quod ad hæredem.ff.de ma-
gistra.conueni.
20 Decimò not.quòd†si tutores, vel curatores non ca-
ueant & satisdent vt tenentur,coercentur à prætore ca
ptis pignoribus , quod intelligitur , si iussi sint cauere,
& non veniant , vel recusent , nam ob spretam iurisdi-
ctionem in eorum contumaciã possunt puniri captis &
distractis pignoribus ex regula l.j.ff. siquis iusdicen. nõ
obt.& dixi in textu.
In glo.j.Intellige de omnibus,quorum bona [illegible] cu-
ratores administrantur, & de quib [illegible] mus in l.Da-
bimus.§.j.cum l.seq.ff.de priui.credi.
In glo. Accipiunt . Non intelligas in magistratibus,
qui satisdationem accipiunt hoc casu vel illo , quia te-
nentur pariter si non exegerint , vt in hoc §. sed in iis
magistratibus,qui regulariter accipiunt,id est solent ac
cipere , vel accipere tenentur cautionẽ & satisdationẽ
Rem pupilli saluam fore, vt dictum est in notabilibus,
& dicemus in §.seq.
In glo.in verbo, Subsidiaria. Ex hac glo. colligam di-
cta eius per conclusiones ad euitandam confusionem.
21 Prima conclusio est, quòd † hæc actio subsidiaria est
actio vtilis tutelæ,circa quam aduerte, quòd iura circa
hoc videntur variè appellasse hanc actionem , nam vi-
demus,quòd in tex. nostro appellatur actio subsidiaria,
& ita etiam appellatur pluries in l. i.ff. de magistra. con-
ueni. alibi appellatur actio vtilis l.i. l.In magistratus C.
eod.titu. alibi dicitur , quòd conueniuntur actionu ea-
dem,qua conueniuntur tutores,vel curatores & sic tu-
telę,vt dicit hic glo.l.fina. ff. de magistra. conueni. alibi
non exprimitur nomen actionis , sed tantùm dicunt
actione conueniri l.i.§.Neque.§.Diuus Adrianus.§.Exi-
gere.l.Proponebatur.l.Quòd si tutor.l. Quod ad hære-
dem.ff.de magistra.cõne.l.In hæredes. C.eod.titu.Glo.
hic,vt videtis,& in l.i. & in l.In magistratus. C. eod.ti-
tul.& in l.fina.ff.de magistr.ibue.variat, verior est opi.
Hugo.quòd detur vtilis actio in factũ, non tutelæ,quæ
datur,quoties deficit actio, & sic quoties datur in subsi
diũ actio.l. Quoties. ff.de pręscri.verb.cũ gl.facit tex.in
l.Sancimus.la 1.C.de sacros.eccl. Doctores parũ, aut ni-
hil dicunt.Rofre. sequitur opin.Hugolin.nam si simpli-
citer leges appellant actionem,de hac senserunt:si. vti-
lẽ,ideo sic eam appellarunt,quia per interpretationem
adiecta

adiecta est ciuilibus actionibus proditis in fauorem pu
pillorum, vt etiam sensit Oldendor. in hac actione,
& appellatur etiam vtilis in l. Quoties. ff. de prescrip.
verb. eadem ratione. Quoties enim datur actio ex va-
rijs cāsū ciuilium vel criminaliū figuris, vt dr̃ in l. j. in
prin. ff. de actio. & obl. siue in factū aliqđ, vt dicit in l.
Actionum genera. ff. eod. tit. siue ex nouo negotio, vt di
cit in l. Si tibi. ff. de præscrip. ver. agitur actione vtili in
factū: si subsidiariam appellarūt, qualitatē ipsius non ve
rum nomē actionis exprimere voluerūt, qđ vltimū qua
si presidium sit, vt in tex. nostro apparet, & eò ꝙ defi-
cientibus alijs remedijs & actionibꝰ subsidio sit parata
pupillis argu. d. l. Quoties. ff. de præscrip. verb. Solùm su
22 perest† difficultas in intellectu l. fi. ff. de magis. conuen.
vbi dicit eadem actio, cui optimè ibi respondet glo. vi-
delicet, ꝙ est eadem in genere non in specie, sicut & ali
bi dr̃, Mulier, quę damnauit, eadem saluauit: & Eadem
herba, quæ in tuo horto est, est etiā in meo: facit quod
dr̃, ꝙ duorū reorum vna est obligatio l. 3. in fi. de duo.
reis. & tamen diuersæ sunt obligationes. l. Eandem. in fi.
ff. eod. tit. nec inconuenit, vt idem accipiatur in genere,
q̃uis in specie non sit idem, vt de eodem impetu dixit
tex. in. l. Si ager. la. i. ff. qui. mod. vsusf. amitt. & in l. Si nō
sortem. §. Libertus. ff. de condi. indebi. appellantur eędē
operę. i. similes: ad idem bonus tex. in l. Iulianus. ff. de
hære. insti. & tradit Alexā. in l. 2. in fi. princ. ff. si cer. peta.
23 Diuersimodè enim† accipitur dictio (idem) apud Philo
sophos & Legistas, vt pulchrè disputat Alex. de Alex.
lib. 3. Dierum genialium cap. j. & idem (vt dixi) potest
24 intelligi† & rectè, dummodo sit idem in genere, q̃uis di
uersum sit in specie, facit tex. in §. fi. in l. j. ff. de ver. obli.
dum loquitur de eadem lingua. sed ad hoc allego me-
liorem tex. iuncta glo. & qui loquitur in proprijs termi
nis nostris in l. 3. C. de nego. gest. ibi, Actionem eandē
habebit. & tñ ibi non datur actio negotiorum gestorū
directa, vt in primo casu, sed vtilis vel alia in genere, vt
declarat ibi glo. & clarius Bar. faciunt ea, quæ notantur
per Doct. post glo. in l. Dominum. C. de iniur. Conclu-
de ergo, ꝙ contra magistratum non datur vtilis actio tu
telę, vel vtilis negotiorum gestorum, vt dicit glo. sed
actio vtilis in factum, vt ... conclusum est. & ita intelli-
gendus est tex. in d. l. fi. ff. de magist. conueni.

25 Secunda conclusio est, ꝙ† in hac actione, quæ datur
contra magistratum, veniunt vsuræ, sicut in directa tu-
telę vel negotiorum contra tutorem vel curatorē, qđ
rescriptū fuit latū à diuo Seuero & Antonio, vt dicit in
l. fi. ff. de magis. conueni. resarcire enim tenentur omne
damnū, quod passus est pupillus l. j. §. Magistratibus. ff.
de magis. conueni. vnde inferri potest & vsuras venire,
fideiussores tñ magistratus pupillo non tenentur l. j. in
prin. ff. de magis. cōueni. & aduerte ad tex. in d. l. fi. dum
„ dicit, Quoniam constitutum est pœnarū vsuras peti nō
„ posse. ꝙ ibi probatur illud, quod dicebam, ꝙ hæc actio
nascitur quasi ex delicto, & quod soluitur habet speciē
pœnę, & ideo non datur regulariter hęc actio contra
hęredes. l. Non similiter. l. Quod in hęredem. ff. eo. tit.

Tertia conclusio est, ꝙ dicitur subsidiaria aptitudine
sicut actio. l. Aquiliæ aptitudine dicitur pœnalis, quia si
cut illa non semper pœnam continet, sed simplex dam
num, ita hæc non semper est vltimum præsidium, qđ
intelligit esse ex ea regula, quæ habet, ꝙ ad ea, quę fre-
quentius accidunt, iura se referunt & verba in iure de
nominantur. l. Nam ad ea. ff. de legi. & aduerte ad duo:
primò, ꝙ hęc glo. non est Accursij, sed additio ex glos
Accur. alibi sumpta, & incipit ibi, Subsidiaria autem. &
ita vidi in vetustis codicibus.

Secundò aduerte, quia siue gl. siue additio hęc sit, est
corrupta, nam in vulgatis codicibus legitur, Subsidia-
ria autem dicitur pęnalis aptitudine: nam illud ver-
bum (pęnalis) expungendum est omnino, repugnat
enim intentioni glos. & colligitur ex verbis glos. in
leg. i. §. Vsqueadeo. ff. de tute. & ratio. distrah. in verb.
Accipiendum. in fin.

26 Quarta conclusio †est, quòd quādo vnus tantū fuit
tutor vel curator, ille primò conuenitur, postea verò
magistratus. Dic, ꝙ primò etiam conuenitur fideiussor
tutoris vel curatoris, nam si satis non possit exigi ab
eo, tunc deuenitur ad magistratum. l. Aduersus. C. de
magistra. conueni. & hæc conclusio clarissima est.

27 Quinta conclusio est, ꝙ† si plures fuerunt tutores vel
curatores, & omnes pariter tutelam vel curam gesse-
runt, omnes cōueniuntur ante magistratum. l. Lucius.
la secunda. §. pen. ff. de admi. tutor. ibi, alias quidē & c.
l. Duo. ff. de magis. conueni.

Sexta conclusio est, ꝙ si plures fuerunt tutores, &
nullus eorum gessit, omnes conueniuntur ante magi-
stratum. l. Si plures. ff. de admi. tuto. qui tex. hoc nō pro
bat, sed glo. ibi, in ver. Cæteri. secundum Azo. intelligit
ita, licet alleget cōtrarium sensisse Hugoli. qui uolebat,
ꝙ si unus ex tutoribus pluribus, qui omnes contumaci
ter tutelam administrare neglexerunt, sit non soluēdo,
pro ea portione ueniatur prius contra magistratum, q̃
contra contutores. Glo. opi. in his duabus conclusioni
bus, scilicet quando uel omnes administrarunt, uel quā
do nullus, communiter approbatur, ut. s. omnes conue-
niantur in solidum ante magistratum, nec detur inter
eos beneficium ordinis, ut tradit Pau. de Cas. in l. i. C. de
transac. & ratio est, quia cùm beneficium ordinis detur
respectu principalis debitoris, cū hoc casu pariter om-
nes teneantur uel de administratis per omnes secundū
terminos quintæ conclusionis, uel de neglectis per om
nes secūdum terminos sextę, non potest cadere aliquo
modo ordo inter eos, sed magis dabitur auxilium & be
neficium diuisionis, quod uerum erit etiam siue dolo
administrauerint, siue non, uel dolo neglexerint, quia
28 cum natura actionis † tutelę sit, ut detur insolidum, &
non solùm ex dolo sed etiam ex culpa detur d. actio. l.
Quicquid. C. arbi. tut. Bar. in l. Quod Nerua. in x. q. ff. de-
po. nec reperiatur hoc casu concessum beneficium or-
dinis. non per hoc est tribuendum non dolosis, ut de-
clarat optimè Purpur. in l. i. C. de transact. nu. 30. qui ex
hoc etiam infert aliam notabilem declarationem, ut et
habeat locum, si aliqui dolo administrauerint, & aliqui
sine dolo, quia dolo carentes non poterunt excipere, ut
dolosi prius excutiantur, & inter eos habeat locū bene
ficiū ordinis reprobata & restricta opinione contraria.
Pau. de Cas. ibi, quæ non prosequor, quia q̃uis necessa-
ria sint pro declaratione præsentis materię, tamen sunt
extra propositum gl. nostrę, quæ tantummodo uidetur
insistere in ordine in tutores & magistratus in his dua-
bus conclusionibus.

29 Limitari tamen solet hæc conclusio per† Doct. p tex.
in l. Lucius. la secunda. ff. de administr. tuto. in §. Cùm in
testamento. nam ibi fuerunt dati duo tutores, ambo ad
ministrarunt, & tamen conuenitur prius magistratus q̃
alter ex tutoribus, & communiter Doct. intelligūt hoc
ideo esse, quia tutores non sunt eiusdem ordinis, nam
30 ibi vnus† erat testamentarius, alter datiuus. Sed tu dic,
ꝙ ille tex. non uidetur generaliter trahendus ad diuersi
tatē ordinis, sed restringendus in terminis, in quibus lo
quitur, scilicet quādo alter est testamētarius, & alter de
cuius facto agitur, datiuus, secus si unus esset datiuus
alter legitimus, nā eo casu putarē decisionem illius tex.
cessare, quę in duobus principaliter fundat in eo. s. ꝙ
ille tutor testamentarius erat & suspectum alium fece-
„ rat, ibi, Non est visum prius collegam conueniendum,
„ q̃ & suspectū fecerat & testamēto datus est. quinimò pro
facto datiui testamentarius non solùm habet beneficiū
ordinis,

ordinis, sed etiam nullo modo conueniretur, cùm in
fin. ille tex. dicat perinde habendos singulos, ac si in
partes dimidias tutores dati essent, quo casu habet lo-
cum tex. in l. 2. C. de diui. tute.

Septima conclusio sit, quod si aliqui ex tutoribus gesse-
runt, aliqui non, si fuit diuisa administratio per iudicē
vel testatorem, tunc quia (vt dicebam) non gerens non
tenetur ex facto alterius, conuenitur primò gerens, &
postea magistratus, quia non gerens nō cōuenitur l. 5.
C. de diui. tute. glo. allegat. tex. in d. l. Lucius. la secunda.
§. pen. qui tex. non facit, & fuit error, in quo fuerunt ēe
Cyn. Bar. Bal. & plerique alij, qui intellexerunt illum
tex. quando erat facta diuisio inter tutores, de qua ta-
men in illo tex. nulla fit mētio, sed tex. fundatur in duo
bus tantùm, vt proximè dicebam, in eo. s. quod tutor testa
mentarius erat, & alium suspectum postulauerat: quā
uis enim ibi dicat testamentarium tantùm pro ea parte
conueniendum, quam administrauit, non per hoc se-
quitur diuisionem factā esse vel à testatore vel à iudice
dante, & nullibi ille tex. fundat se in diuisione, sed in ra-
tionibus supradictis. Conclusio ergo est, quod facta diuisio
ne per iudicem aut testatorem cōuenit primò gerens,
& postea magistratus, & ratio est, quia non gerens, quā
do est facta diuisio, vt dictū est. ex facto gerentis nullo
pacto tenetur, aut conueniri pōtest d. l. 2. in 2. respon-
so. C. de diui. tute. l. Si duo. ff. de administ. tuto. quæ ita in
telligenda est, & diuisio testatoris & iudicis hoc facit: à
31 pari enim procedunt † regulariter, & stante rationis idē
titate factū iudicis & testatoris æquparant, vt tradit Ias.
in l. Is cui bonis. col. 7. ff. de verb. oblig.

Octaua conclusio sit, quod in quatuor casibus vnus pro
alio tenetur etiam facta diuisione à iudice vel testato-
re, quod tū intellige secundū gl. post magistratum, nam
primò sm eā conuenitur ille, ex cuius facto damnū pu-
pillo illatum est, secūdò magistratus, tertiò collega. Sed
dic, quod est falsum: quia imò tenet prius collega, q̄ magi-
stratus in his casibus, ita enim intelligunt cōmuniter
Doct. in d. l. 2. vbi Saly. hoc dicit col. 4. in 7. q. & ita te-
neas. Videamus sigillatim casus exceptos.

32 Primus est, si tutor † contutorem vt suspectum remo
uendū non remouit, quem casum intellige in terminis
tex. d. l. 2. C. de diui. tute. qui ponit hūc casum, videlicet
quādo p dolū aut culpam hoc factum est: si enim vel do
33 lus vel culpa abesset, nō † teneretur secundum illū tex.
quod intellige de leui culpa iuxta naturam tutelæ cum
similib. vt per Deci. in leg. Contractus. nume. 32. ff. de
regu. iur. cum vulg.

Secundus casus est, qñ tardè remouerūt iuxta tex. in
d. l. 2. qui ponit etiam istum casum, quod eodem modo
intellige, qñ culpa saltē leuis imputari potest contuto-
ri, cur citius illū remoueri non curauerit: si enim culpa
abesset, non teneret actione tutelæ d. l. Quicquid. C. ar
34 bi. tute. & p hoc casu facit, quia † paria sunt aliquid mi
nimè facere, vel facere tardè & minus tempestiuè l. 3.
C. de excus. tuto. facit tex. in l. 2. §. Si simul. à contrario
sensu. ff. ad l. Iuli. de adulte.

Tertius casus est, quādo incœpta iam causa remotio
nis iura pupilli prodidit, vt est tex. in d. l. 2. quæ ponit
hunc tertium casum, colludendo. s. cum aduersario ac-
cusato, vel tergiuersando, licet per hoc non incidat in
S. C. Turpillianū l. j. §. Suspecti tutoris. ff. ad Turpil.

Quartus casus sm glo. hic est, qñ cōtutor videns lap-
sum facultatibus collegam, vel saltem fieri quotidie nō
soluendo non exegit satisdationem rē pupilli saluam
fore qui casus ponitur per glo. in d. l. 2. C. de diui. tute.
in verb. Prodiderunt. allegat. l. Tres tutores. §. fi. ff. de ad-
mi. tuto. in qua nō apparet diuisam fuisse tutelam à te-
statore vel à iudice, vt patet ex themate. q. illius tex. po-
sito in principio illius l. quis ratio d. §. videat generalis.

Quintus casus ponitur per glo. in d. l. 2. in ver. Pro-
diderunt. s. si vnus nō instruat alterū sup eo, qd alter ne-
scit ad suā gestionē pertinere, allegat l. Titium. §. Tuto-
res. ff. de admi. tuto. in fin. qui tex. benè probat, quod ad eo-
rū officium spectat, ne contutorem lateant instrumēta
ad eius administrationē pertinētia, & q̄uis ibi nō dica-
tur, quod si hoc tutores neglexerint significare, teneant, tn̄
Bar. ibi in fi. hoc dicit, & ita intelligit illum tex. quod
tutor, qui negligit ea, quæ ad eius officium pertinent,
tenetur d. l. Quicquid. C. arbi. tute.

Nona conclusio sit, quod si non sit diuisa administratio
inter plures tutores per testatorem aut iudicem, conue
nitur primò gerēs, secundò magistratus, tertiò non ge-
rens exceptis casibus suprascriptis, quæ cōclusio est cō
tra tex. in d. l. 2. in j. & 2. rñso. vbi habet, quod si vel diuisio
nulla facta sit, vel facta sit nō à testatore vel iudice, sed
ab ipsis tutoribus inter se, poterit q sup tutela fuit quē
voluerit ex tutoribus eligere, quia oēs in solidū tenent,
& insolidū cōueniri possunt, ita vt actione electo con
tra alios cedat, facit tex. in l. Diuus. ff. de admi. tut. Si er-
go conclusio, quod siue nulla facta sit diuisio, vt psupponit
glo. hic, siue sit facta sed non à iudice vel testatore, om
35 nes † insolidū conueniunt, ratio aūt ea est, quia cū oēs
tutores, quotquot sint, insolidū administrationē habeāt
l. i. C. si ex plu. tut. nisi diuisa sit à testatore vel iudice d.
l. 2. eo. tit. & vt dixit Ang. de Are. in §. Actionū. col. 23. J.
de actio. etiam si essent mille, omnino quilibet habet
potestatem insolidum administrandi. vt declarat Bar. in
l. i. §. Si plures. ff. de exerci. col. 2. vers. Vt igitur liqueat.
meritò sequitur, quòd eorum obligatio insolidum &
indiuidua sit, vt subtiliter declarat Cuma. consil. 24.
Testator filio. colum. 2.

Limitatur hæc conclusio duobus modis per Alex. in
l. j. col. i. C. de transactio.

Primò per tex. in l. Luciua. §. Cùm testamēto. ff. de ad-
mi. tuto. vbi nō facta diuisione à [illegible] testatore p
mala administratione [illegible] non conuenitur, sed
cōuenit magistratus, et si malè administras nō sit soluē-
do, videlicet, qñ vnus tutor erat datiuus, alter testamen
tarius, intelligēdo & declarādo, vt dixi. s. vltra Alex. quod di-
cit, quod hæc limitatio approbat[illegible] cōmuniter ab omnibus.

Nec obstat sm Alex. quod glo. in d. §. Cùm testamento.
intelligat, quod ibi diuisio facta fuerit à testatore, quia hoc
est cōtra illum tex. in fi. ibi, Ac si in partes. vbi tex. æqui
parabat illum casum casui, in quo facta est diuisio, nul-
lum autē simile potest esse idē. l. Quod Nerua. ff. depo.

Secundò limitat Alex. qñ non diuisa tutela à testato-
re vel iudice quidā ex tutoribus gessit, quidam non, nā
si gerens non sit soluendo, agitur primò contra magi-
stratū, & postea contra non gerentē l. j. §. Nunc tracte-
mus. ver. Vsqueadeo. ff. de tute. & ratio. distrah. & ibi gl.

Tertiò limitat, qñ vnus tutorū administraret finita
tutela, nam pro sic administratis non administrans nō te
netur, nec conueniri pōt. l. Diuus. ff. de admi. tuto. facit
tex. in l. Tutori. C. de nego. gest. tradit Corne. cons. 255.
præsens consultatio lib. j. seq. Purpur. in d. l. j. C. de tran
sact. Ex quibus sit expedita hęc glo. maxima, si quis ma-
teriam velit latius attingere, videat Docto. omnes, &
præsertim moder. in d. l. j. C. de transact.

36 In glo. in ver. Idoneè. Verū est, quod † aduerbium est, quo
„ & authores Latini & Iurisconsulti nostri usi sunt. Vl-
„ pianus in l. Ergo. §. Addici. ff. de fideicom. lib. Si idoneè
„ creditoribus cautū sit de soluendo. Et Cice. de Inuētio,
„ Exordium est oratio animum auditoris idoneè compa
rans ad reliquam dictionem. Et Pompo. eodem verbo
vtitur in l. In reficiendo. ff. de dam. infect.

In glo. in ver. Responsis. Dum allegat. §. Sciendum.
aduerte, quia glo. æquiuocat, hic enim dicitur, quod ex
prudentum responsio actio hæc subsidiaria porrigitur
ad hæredes,

ad hęredes,ibi tex.intelligit,ne ad succeffores in magistratu fit dilata receptio fideiuffionis & cautionis, melius facit tex.in l.Non similiter.& in d. l. Quod ad hæredem.quamuis ibi magis conftet ex conftitutione & rescripto diui Pij id ꝓceffiffe q̃ ex refponfis prudentum.

In glo.in verb.Conftitutionibus. Tex. allegatus per glo.in d.l.2.magis probat,ꝙ ex illa conftitutione non detur eo cafu,de quo ibi,in hæredes actio, quàm ꝙ detur,ut hic dicitur,ideo melius facit tex.in d.l. Quod in hæredem.In aliis eius dictis glo. clara eft, & nos alibi.s. in notabilibus declarauimus,quæ pertinebant ad tex. in d.l.Non similiter.vbi vide.

In glo.in uer.Coerceātur.Glo.allegat cōcor. de hoc dictum fuit s.in vlt.textuali,ubi fuerunt hæc uerba declarata,& dum gl.allegat tex.in l.i.in i.respon.ff. de admi.tuto.dic,ꝙ facit in simili,ficut enim ibi cogitur extra ordinem adminiftrare,& gerere,ita hic cogitur ca-
37 ptis & distractis pignoribus cauere.Extra ordinem autem intellige, id eft remotis folemnitatibus, ut eft tex. vbi declarat glo.& ibi latius dicemus j. de interdic. in fi.& dum allegat tex.in l.4.§.3.ff. de dam. infec. eft §.Si forte.dic ad effugiendum quod Ang. hic fatis impertinenter hæfitare fecit,ꝙ ficut ibi fi recufatur caueri,mittitur ille,cui cauendum fuerat,in poffeffionem, ut obediat,& in pęnam fpretę iurifdictionis,ita hic captis, & distractis pignoribus coercetur:melius facit tex.in d.§. Siquis ex iis.ut dixi in textualibus, & hoc eft quod dicit in fimili tex. in d. l. 3.C.de fufpec.tuto.ftrictioribus remediis,& in l.Siquis.ff.de mune. & honor. & hoc eft etiam quod dicit tex.Prętoris authoritas interueniat in l.i.§.Quid ergo.ff.de uentre infpi.

§. NEQVE AVTEM.

1 *Magiftratus qui funt,qui fatifdationem exigere à tutoribus,uel curatoribus debent, & qui tenentur ob non exactam,uel minus idoneè.*

2 *Vrbis appellatio Roma intelligitur.*

3 *Tabellio } an teneatur ob fatifdationem non exactam Notarius } pupillo.*

4 *Inuētarium tutorum debet continere ualorē bonorū.*

5 *Aeftimatores,fi malè æftimarunt bona, uel pupilli, uel fideiufforis tutoris,an teneantur.*

6 *Fideiuffor,fi dubitatur fit ne idoneus facultatibus,datur arbiter iuris,& requiritur approbatio.*

7 *Fideiufforum approbatores tenentur.*

8 *Fideiuffores quando approbantur ut idonei,exigitur citatio partis.*

DIuifionem commodam non recipit hic.§. Magiftratus,qui fatifdationes tutorum exigunt,hac actione tenentur, non ij, qui tantùm tutores dant.h.d. ex l.i. §. Neque. ff.de magiftra.conueni.

Cafus figuratio facilis eft:cum in fuperioribus dictū fit,ꝙ magiftratus in fubfidium teneatur, fuit dubitatū de quibus magiftratibus tex.loquatur, & videbatur de omnibus,cùm enim lex vfq; adeo curauerit indemnitatem pupillorū,& eorū,qui fub cura funt, ut uoluerit tutores & curatores fatifdare fecundum ea, quę dicit Imperator in prin. tituli noftri. confequens uidet, vt fi magiftratus,qui tutores dant,& ad quorum officiū fpectat hanc cautionem exigere,non curauerint caueri,quafi ex delicto hoc teneantur actione fubfidiaria, vt hic dicitur,fed contrarium deciditur, quòd non omnes magiftratus,quibus ius dandi tutoris eft,hac actione conueniuntur,fed ii tantùm, qui de more folent fatifdationē exigere,& ideo nec præfectus urbi, nec prætor,nec pręfes prouinciæ,nec quifquam alius,cui tutores dandi ius eft ad inftar, fcilicet nominatorum, ut Proconful,Legatus Proconfulis,pręfectus Aegypti, & alii huiufmodi.l.j.ff.de tuto.& cura.dat.ab ijs. Ex enim ratio eft huius decifionis,quia cùm (ut dixi) actio hæc contra magiftratus nafcatur quafi ex delicto, non poffunt peccare,nifi ii tantum,quibus hoc iniunctum eft, vt fatifdationem exigant,fed ad hos maiores magiftratus non pertinet hæc cura,quippe qui fi dant ex inquifitione,lex vfqueadeo confidit de eorum electione, vt tutorem fic electum releuet ab onere fatifdandi,quemadmodum fi à patre electus fuiffet.§.j. s. hoc eod. titu. fi fine inquifitione,tunc cautionis & fatifdationis exactio cōmitti ab his folet minoribus magiftratibus. l. i. §.Si curatores.ff.de magif. conueni.

In text. ibi, Neque quifquam alius Theophilus hic non apponit hęc verba,quæ tamen fuerunt Vlpiani in l. i. §. Neque. ff. de magif. conue.videntur enim parere quandam quafi contrarietatem, videmus enim plurea effe magiftratua, quibus intra quingentos aureos ius eft dandi tutores,qui tamen teneotur hac actione: fed nulla eft perplexitas tum ratione dictionis (alius,) quæ fimilitudinem quandam præfefert, & ideo intelligitur de iis,de quibus diximus in figuratione cafus, & habetur in l.i.ff.de tuto.& curato.dat.ab iis.tum quia iis magiftratibus,quibus intra quingentos folidos ius eft dandi tutores,hæc authoritas tributa eft hoc adiecto, vt fatifdationem fuo periculo recipiant.§.penult.in fi.fuprà de Attili.tuto.ibi,Legitima cautela fecundum eiufdem conftitutionis normam præftanda,videlicet,eorum periculo,qui eam accipiūt.vnde cafus expreffè à lege aliqua exceptus non venit vnquam fub regula.Prætereа verba fequentia declarant & aperiunt hoc,vt de iis magiftratibus intelligendum fit, qui cautionem exigere non folent,quamuis ius dandi tutores habeant.

Not.quod dicitur in tex.quòd ii magiftratus tenentur hac actione,quibus hoc onus incumbere folet, vel ex legis difpofitione,vt in d.§. penult. fuprà de Attili. tuto.vel ex iuffu maiorum magiftratuum,vt fatifdationem exigant,alii non ex ratione, vt dixi in figuratione cafus,quia cùm hęc actio oriatur quafi ex delicto, non poteft culpa imputari magiftratui,qui onus fatifdationis exigendæ non habet, facit text. in l.i.§.Magiftratibus.ff.de magiftr.conueni.& ideo in ordinem decurionum non datur, qui publica tantum tractant, & fi ius dandi,vel confirmandi tutoris in ciuitatibus habeant, quando ipfi non nominant tutores,vel cautionem non exigunt,aut in fe periculum non fufcipiunt.l. i.in prin. ff.de magiftr.conue.l.Aduerfus.C.eod.tit. Ad eos enim tātum fpectat,qui(vt dixi)vel ex difpofitione legis, vel de confuetudine cautionem exigunt,& hoc eft quod dicitur hic(folent:)ita enim legendū eft,non(debent) dicit glo.quod ex verbis Theophili clarius conftat.

2 In glo.i.Benè exponit gl.vt Prefectus vrbi (ita enim legitur in emēdatis libris) dicatur,ideft Romæ per excellentiam. poterat meliùs & propriùs gloff. allegare tex.qui hoc dicit in l.Vt Alpheus.ff. de uerbo. fign. vbi vrbis appellationem ad Romā referri fcribit, id quod apertius inquit Quintil.lib.8.cap.2. dum dixit, quòd illud quod commune eft aliis nomen,aliquando intellectu alicuius rei peculiariter tribuitur, & exemplificat his verbis(vt vrbem Romā accipimus) facit etiam.d.§. Sed quoties. vbi de hac figura latius fcripfimus, ibi videndum eft.

Dum autem glo.opponit de l.Aemilius. in prin.ff.de admi.tuto.dū ibi in prin.dicitur,Magiftratus fui tēpore datis tutorib. &c.fed folutio ex eo.tex. apparet fcilicet per fequentia verba dum inquit,Ceffauerat in exigēda

satisdatione. apparet ergo, ꝙ erat talis magistratus, cui
erat ius dandi tutores cum onere satisdationis exigen-
dæ: intelligendus est ille tex. vt iussu Præsidum dedisset
iuxta tex. in §. Sed hoc iure vtimur. ī. de Attili. tuto. in
pri. distingue, vt dicit gl. & vt clarius declaraui superius.
3 In ead. gl. ibi. Vt tabelliones. Io. Fab. hic dicit, ꝙ † hoc
de tabellionibus non putat verũ, nec iure cautũ reperi-
tur: & si ipse intelligit, vt. s. ipsi cautionē exigāt, dic hoc
verũ, nisi aliter se haberet consuetudo, vt dicit Io. Fab.
sed si uel ita se haberet consuetudo, vel ei æstimatio pa
trimonii pupilli cōmitteretur, vel in æstimādo patrimo
nio aliquid dolo, vel culpa fecerit, quominus idonea
cautio pstita nō sit, habebit locũ actio hæc cōtra ipsum
tabellionē & scribā, & de hoc est tex. in l. fi. C. de magis.
conueni. vbi videtur, ꝙ receptio fideiussionis ad ipsum
aliquo modo spectaret, ut ibi, Fideiussorē acceperat.
In ead. gl. ibi, Aestimatores patrimonii. Dic ꝙ glo. be
nè dicit, ꝙ quādo ad aliquem, vel de more patriæ, vel ex
iniuncto sibi hoc officio spectat æstimare patrimoniũ
pupilli, vt sciatur qui sint idonei fideiussores sm cōsue-
4 tudinē, quæ etiā olim vigebat, vt in inuentariis tutorũ
5 poneretur valor bonorũ sm ꝙ † declarat Saly. in l. fi. C. d
magist. cōueni. si vel dolo, vel negligentia scribæ, uel al-
terius, cui onus hoc iniunctũ esset, malè sit facta æstima
tio, & ob id pupillus damnum incurrat, quia pauperio-
res sint accepti fideiussores, quā oporteret, hoc casu te
6 nentur, † sed benè tex. allegatus per glo. nō probat hoc,
sed ꝙ quando dubitatur de viribus fideiussorũ, idest an
eorũ facultates sint tales, vt idonei fideiussores censeri
debeāt, & super hoc sint electi æstimatores ad æstiman-
das nō pupilli, sed fideiussoris facultates, si malè in hoc
uersati sunt, actio in eos dāda est, & ita loquit ille tex.
in l. i. §. Diuus. ff. de magis. conue. ibi, Ad æstimandas tu-
torũ satisdationes. Datur enim iis casibus arbiter iuris.
l. Arbitro. & l. Si ab arbitro. ff. qui satisd. cogan. declarat
Alci. lib. 2. Parado. c. 5. & Ias. in d. l. Arbitro. vbi ego etiā
post gl. ibi declaraui, facit tex. in l. Si verò. §. Qui p rei.
ff. qui satisd. cog. vbi clarè apparet in casu dubio, an. s. fi-
deiussor sit idoneus, vel non, requiri approbationem,
quod intellige, uel iudicis interloquentis. ut ibi decla-
rat Bal. vel arbitrorum, vt dictũ est suprà proximè. Dum
verò glo. allegat tex. in l. i. ff. de in ius vocan. ille tex. ni-
hil facit, sed optimè facit tex. in d. §. Qui pro rei. & de-
7 clarat Bar. in l. 2. §. Idoneos. ff. ad Tertul. Et ad principa-
le propositum suprascriptum, scilicet ꝙ æstimatores, &
approbatores fideiussorum tenentur, est tex. apertus in
8 l. Cùm ostendimus. §. fi. de fideiuss. tuto. & notabis, ꝙ † in
relatione facienda per d. approbatores, seu in eorum
approbatione requiritur partis citatio, vt cōcludit Ro-
man. in consil. 72. Circa primum in prin.

## RVB. DE EXCVSATIONIBVS TVTO-rum, vel curatorum.

1 *Muneribus à publicis nemo est immunis, sed sunt oĩa necessaria.*
2 *Tutelam & curā difficulter suscipiunt qui Deũ timēt.*

COntinuatio patet per se, cum enim
in superioribus aggressus fuerit Im
perator declarare quæ communia
sunt tutoribus, & curatoribus, vt di
ximus in rub. tit. præced. meritò de
excusationibus, quæ communes &
sunt vtrisq;, sequit, quas, vt optimè
etiam dicit hic Theophilus, lex introduxit, cùm sciret
graues admodũ & molestas esse curas, & sollicitudines
1 huiusmodi negotiorũ alienorum: & cùm lex noluerit
neminem immunem esse à publicis muneribus l. Nul-
lus. C. de decurio. lib. 10. l. Vacuatis eo. tit. sed omnia es-
sent necessaria. l. Munus propriè. in prin. ff. de uerb. sig.
2 & homines præsertim Dei memoria habentes difficul-
ter ad tutelam, vel curam gerēdam soleant accedere. §.
Quoniam autem. in Auth. ut ii, qui oblig. se hi. se hab.
res mino. parcatq; nihilominus lex aliquibus ex causis,
& indulgeat excusationem, meritò subdit Imperator ti
tulum de excusat. tuto. vel cura. quamuis iudicio meo
melius poneretur iste titulus ante præcedentem, quip-
pe cum habens excusationem non grauetur satisdare,
meritò videretur, ꝙ debuisset dicere, quamuis & in C.
adhuc minus rectè sit positus titulus & materia de ex-
cusationibus tutorum, vt poté quæ etia sequitur titulũ
de suspec. tuto. & idē uidemus in ff. satis enim fuit com
pilatoribus materias has vnire aliquo modo, uel verius
cōsarcinare: sed hoc magis deplorari quàm corrigi pōt.

## EXCVSANTVR AVTEM.

1 *Liberorum appellatio oēs descendētes comprehendit.*
2 *Ius liberorum à Lacedæmonibus in 12. tab. translatũ, & quid præstaret. num. 3.*
4 *Cōsulis primò fasces sumebat, qui plures filios haberet.*
5 *Ancillæ. ter enixæ vacabant, quater liberæ erant.*
6 *Prouincia unde dicta.*
7 *Sicilia prima fuit prouincia appellata.*
8 *Prouinciarum differentiæ.*
9 *Superstes, id est testis.*
10 *Bellum } Acies } differunt, & quomodo.*
11 *Plerunque pro maximè, uel frequenter.*
12 *Filij siue in potestate, siue emancipati præstant excusationem.*
13 *Filij quot præstent excusationem.*
14 *Multitudo uerificatur in quatuor, aut quinque.*
15 *Filij mortui non præstant excusationem.*
16 *Tutela ita demum ualet adita hæreditate.*
17 *Terminus appositus etiam tacitè in testamento non [illegible] hæreditatis, etiam si dictum esset (à die mortis.)*
18 *Italia an appellatione prouinciæ contineatur.*
19 *Prouincia diuersimodè accipi potest.*
20 *Prouinciarum plures species.*
21 *Exemplo, id est ad instar.*
22 *Ius liberorũ excusat ab omnibus muneribus publicis.*
23 *Tutela est munus publicum.*
24 *Adoptiui filij non prosunt ad excusationem.*
25 *Naturales tantùm non prosunt.*
26 *Filius datus alteri in adoptionem prodest ad excusationē patri naturali.*
27 *Filiorum appellatione an ueniant naturales tantum, & quando.*
28 *Filius naturalis punitur. L. Pompeia de parricidijs.*
29 *Filij adulterini, incestuosi, & huiusmodi, sunt spoliati omni beneficio iuris.*
30 *Cōcubinatui ius ciuile nō resistit, quàmuis nō assistat.*
31 *Nepos ex filio pmortuo prodest patri ad excusationē.*
32 *Filij quibus casibus subintrent gradum patris ab intestatò, uel ex testamento.*
33 *Superfluum non dicitur quando aliquid replicatur, ut declaratur uel aliquid addatur: idem, si explicetur quod uirtualiter inest.*
34 *Tantùm, hæc dictio exclusiua est, non tamen casuum à lege æquiparatorum.*

Cessante

35 *Cessante causa priuilegij cessat priuilegium.*
36 *Priuilegium debet regulari secundum eius causam.*
37 *Causa si quo tempore adesse debeat, sufficit, ꝙ illo tempore adsit, quamuis postea cesset.*
38 *Qualitas requisita sufficit, ꝙ subsit tempore requisito, quamuis postea cesset.*
39 *Vulneratus in acie & mortuus postea an dicatur per gloriam uiuere.*
40 *Fictiones duæ admittuntur, quando una uenit in consequentiam alterius. (patri.*
41 *Filius captus ab hostibus non præstat excusationem*
42 *Mortuus pro patria dignus est post mortem uiuere per gloriam.*
43 *Intellectus.l.Amicissimos.§.fi.ff.de excu. tut.*
44 *Romæ uel urbis appellatio quousq; protendatur.*
45 *Iure Italiæ concesso quid transeat.*
46 *Priuilegium regulariter restringendum est.*
47 *Priuilegium latè interpretatur, quatenus uerborum proprietas se extendit.*
48 *Munera ciuilia & publica pro eodem supponunt.*
49 *Ius filiorum non excusat ab honoribus.*
50 *Filiorum numerus qualis excuset à muneribus publicis & à quibus.*
51 *Intellectus.l.Siquis decurio.C.de decur.lib.x.*
52 *Lex dubia declaratur ex natura tituli.*
53 *L.Semper.§.Demonstratur.ff.de iure immu.aliter uertitur quàm in uulgatis codicibus.*
54 *Munera publica aliqua authoritate & utilitate, aliqua authoritate tantùm, utilitate priuata, & de ueritate huius distinctionis.*
55 *Tutela quomodo munus publicum sit.*
56 *Aequè, hæc dictio significat omnimodã similitudinẽ.*
57 *Intellectus tex.in l.Athletæ.§.1.ff.de excus.tut.*
58 *Generalis concessio quibusuis uerbis facta non comprehendit ea, de quibus dispositum est, ut specialiter concedi debeant.*
59 *Generalis dispositio non comprehendit legitimam.*
60 *Generalitas uerborum non sufficit, ubi debet fieri expressa mentio.*
61 *Statutum, quòd positionibus expressis uerbis respondeatur, intelligitur, ut per uerba generalia responderi non possit.*
62 *Generalis dispositio generaliter intelligenda est, etiam ꝙ maior ratio sit in uno casu, quàm in alio.*
*Etiam in materia statutorum & odiosa. & nu.63.*
*Et limita & declara pluribus modis nu. 64.*
65 *Generalis dispositio comprehendit ea, quæ alias non cõprehenderentur.*
66 *Generaliter comprehendere uel specialiter enumerare idem sunt.*
67 *Præfatio generalis facit, ꝙ tota dispositio generaliter intelligatur.*
68 *Generalis dispositio comprehendit etiam personas priuilegiatas, dummodo priuilegium non sit in illo casu numer.69.*
70 *Generalis dispositio non comprehendit ea, de quibus specialiter est dispositum.*
71 *Specialiter expressa maiorem uim habent.*
72 *Generaliter expressa dicuntur expressa obscurè.*
73 *Generalis quietatio non porrigitur ad ea, quibus dolus inest.*
74 *Generalis permissio non trahitur ad ea, quibus inest fraus, nec ad iniusta & illicita.*
75 *Confirmatio generalis non comprehendit iniusta.*
76 *Generalis renunciatio non comprehendit futura.*
77 *Renunciatio generalis non includit illam, quæ trahit originem ex facto aduersarij.*
78 *Generalis locutio adiũcta speciali restringitur ad similia expressis.*
79 *Generale dictum restringitur, ne quis indebitè damnũ patiatur.*
80 *Generalitas restricta ad causam non operatur, nisi in ijs, quæ sunt eiusdem causæ.*
81 *Generalis dispositio restringitur per subiectã rationẽ.*
82 *Generalitas restringitur ex natura contractus.*
83 *Generalis dispositio restringitur ad casus cõtingibiles.*
84 *Generalis dispositio non comprehẽdit casus, de quibus disponens disponere non potuisset.*
85 *Generalis dispositio non includit non subditos.*
86 *Dispositio semper intelligitur in casu, in quo fieri põt.*
87 *Generali dispositione censetur semper excepta authoritas superioris. (cipi.*
88 *Generalis dispositio non comprehendit reseruata prin-*
89 *Generalis dispositio non includit personam loquentis.*
90 *Generalis dispositio nunquam ita restringenda est, ut captio sequatur.*
91 *Partus ante natiuitatem quando alteri prosit.*
92 *Serui iuregentium non omnino pro mortuis in plerisque locis præsertim habebantur.*

DIuiditur in quatuor partes: in prima generaliter ponitur regula, ꝙ varijs ex causis tutores excusantur: in secunda ponitur prima & generalior seu frequentior causa.s.propter liberos & declarat per quot qualesq;: in tertia ponitur qui de nepotibus ex filio. in quarta redit Imperator ad declarandum, ꝙ illud, quod dictum est de filijs, intelligitur de superstitibus, nisi in acie cecidissent.

Tres filij naturales Romæ, quatuor in Italia, quinq; in prouinciis excusationem prẹstant, si uiuant, nisi in acie cecidissent, quia uiuere hi intelligũtur, & nepotes ex filio non autem ex filia auo prosunt.h.d.

Casus, vt alias dicebam, in hoc tit. difficilè figurari, sed benè loco casus ratio uniuscuiusq; causæ in hoc titulo enumeratę reddi potest: & cùm in principio dicat Imperator varijs ex causis excusari tutores & curatores, id dicas, vt in rub. dicebam, inuentum esse à iure, vt qui aliqua iusta causa impedirentur, graues illas & molestas curas & solicitudines effugiant, quæ plerunq; sequuntur tutelas & curas, noluit enim l.ciuilis grauare homines ad ea, quę uel impossibilia sunt ipsis, uel naldè difficilia.l.impossibilium.ff.de regu. iur. Subdit Imperator frequẽtiorem excusationem præbere solere ius liberorũ, nam & occupatio circa tuendos & regendos proprios filios, & fauor, qui debetur iis, qui liberis hominibus ciuitatem replent.l.1.ff.solut. matr.merentur, vt patribus, qui plures filios habebãt, priuilegiũ hoc tribuatur & indulgeatur: numerus autem non habet rationem nisi volũtatem legislatorum, quia hic numerus est positiui iuris iuxta ea, quę ponit gloss. in l.1. §.Pueritiam.ff.de postulan. Quòd autem minor numerus in urbe sufficiat quam in Italia, & in Italia minor quam in prouincia, inductũ est, ꝙ plurimis alijs muneribus subiiciuntur ciues Romani, & qui in ciuitate ipsa

Romana degunt, quàm ii, qui uel in Italia uel io pro-
uinciis viuunt.Prçterea in dandis nominibus & in re-
plendis numeris militum & supplementis describẽdis
prius reipublicç operã prçstabant ii, qui in urbe erant,
quàm cçteri,unde quia magis illis egebat respublica,
ideo ampliori fauore inuitabat homines ad generãdũ
sibi filios,& geoerati etiam maiorem præstabãt fauorẽ
propter admixtas aliarum causarum occupatiões. Ado
ptiuos autem propterea dicit non prodesse,quia occu-
patio,quam quis incnerit sua culpa,sibi debet imputa-
ti.c.Damnum.de reg.iur.lib.6.& quia cùm boc priuile
gium tributum sit ad inuitandos homines ad geoeran-
dos liberos,vt ciuitas repleatur, cessat in filiis adopti-
uis quò ad patrem adoptiuum: non enim alium ciuem
habet respub. sed eundem ab alio genitum, cui decet
quòd prçstet excusationem. Nepotes autẽ ita demum
præstant excusationẽ,si decesserit eorũ pater: quousq;
.n.viuit, dat resp. illos patri, qui eorũ curam habere
prçsumit,quamuis io potestate alterius sit patria,n.po-
testas non consideratur in hoc,quod patet,quia & eman-
cipati eacusant vt.s.in prin. buius tea. & arrogati noo
excusant,vt paulò antè dictũ fuit.Declaratiõis illius, ꝙ
filij necesse sit ꝙ superstiot, ut præstẽt excusationem,ea
est ratio,quia cessat ratio occupatiõis & etiam ratio fa
uoris,quia non replet amplius ciuitatẽ,nec respub.po-
test vti opera illius,qui iam defunctus est, quod in ijs,
qui in acie ceciderunt,ideo non babet locum,quia per
gloriam viuere intelliguntur,ut dicitur in tex.& dicam
etiam paulò post in textualibus.

In tex.ibi,Plerunq; autem propter liberos.Quamuis
1 liberorum † appellatio latè pateat,omnesq; descenden-
tes comprehendat,vt prisci illi Iurisconsulti l. 12. tabul.
interpretati sunt,prout & testatur Calistratus in l. Libe
rorum.ff.de uerbo.signifi.tamen non est indistinctè in-
telligendus hic locus,vt omnes nepotes, pronepotes,
& cæteri,qui ex his descendunt,excusationem hãc prç-
stent,sed ita demum si eorum pater de medio sublatus
sit,prout in versi.Item nepotes.colligitur.

In tex.ibi,Si.n.tres liberos superstites &c. Romana
2 ciuitas, † quç.x.tabulas legum à Græcis sumpsit, in hac
immunitate secuta est Lacedæmoniorũ iostitutũ, ut re
3 fert Aristoteles lib.2.Politi.cũ inquit,Cõtraria est † quo
,, dãmodo buic puisioni lex illa circa ꝓlem, volens.n.le-
,, gumlator quãplurimos fore Spartiatas idũcit ciues ad
,, multitudinẽ procreandã.Est.n.illis lex,qui tres genue-
,, rit filios eũ esse immunẽ à custodia, qui verò quatuor
,, immunem esse ab omnibus.qđ iostitutum reprehẽdit
Aristoteles,quia multis generatis necesse est plurimos
esse pauperes, qđ in regione sic distributa damnabile
existimauit philosophus.At Romani ab ipso urbis ini-
tio in hoc maximè animum intenderunt,vt ciuitatẽ li-
beris bominibus replerent, ampliorẽq; facerent. Hinc
& incolentibus plurimas immunitates cõcessisse vide-
mus,vt horum exemplo allecti alii in ciuitatem Roma
nam se cõferrẽt.Hinc & l.12.tabu.inquit,Cœlibes esse
prohibẽto secuta Platonis ꝓceptũ, q existimauit à 30.
ad 35.annum vxorẽ esse viris ducendã,alioquin cõtem
ptorẽ matrimonii puniendũ esse,qđ Censores confir-
marunt,dum bæc lex reprehenderet, dicentes naturam
legẽ procreandi & gignendi sicut & nascendi ꝓscribe-
re.Hinc dotium fauor & priuilegia.nã (vt Vlpianus in-
quit in l.j.ff.sol.ma.)dotis causa semper & vbiq; ꝓcipua
est,nã & reipu.interest dotes mulieribus cõseruari, cũ
dotatas esse fœminas ad sobolẽ procreandã replendãq;
liberis ciuitatẽ maximè sit necessariũ.Hinc & ius libe-
rorum,qđ non rãtũ hoc leuamen patribus iodulget,vt à
tutela & cura aliorum excusent vt hic,sed etiam matri-
bus ingenuis quç tres liberos haberent, & libertinis,q̃
quatuor olim concessit.S.C.Tertullianum regnante A-
driano rogatum,vt ad bona intestatorum filiorum ad
4 mittantur.Hinc & L.Iulia cautũ fuerat, † vt is Cõsul pri
mò fasces sumeret,qui plures liberos haberet, vt eius
legis vim ac rationem refert A.Gell.lib. 2.c. 15.Hinc ꝙ
numerus liberorũ à danda filia in virgines Vestales ex-
cusaret, vt est apud eundem lib. 1. c. 12. Hinc L. Papiç
Poppeæ sanctio,de qua loquit̃ Alcia.lib.3. Dispun. c. 3.
& bene iudicio meo. Egnatius in Suetonium in vita
Claudii refert plura priuilegia ex numero filiorum in-
surgentia,& alibi etiam retulit accuratissimus antiqui-
tatis obseruator Alciatus,nam refert ex Columel. mo-
5 sis ẽt fuisse, vt ancillæ ter enixç vacarẽt, † quater liberæ
essent,legiq; apud Eusebiũ, mulieribus, q̃ plures filios
generassent,vsum lecticarũ permissum fuisse & marga-
ritarum,cçteris denegatum. Legi ego qñq; Persarum
Reges præmia proposuisse ijs,qui vno anno plures fi-
lios genuissent. Hoc vnum tñ volo animaduersum, ꝙ
Procopius & post eũ Alciatus putarunt euersionẽ Ro-
mani imperii inde natam, ꝙ ius liberorum sublatũ fit l.
i.C.de iure libe.cui sententiæ minimè assentiendũ pu-
to,nã tantum abest vt Imperatores in ea lege ius libe-
rorũ sustulerint, vt oĩbus concesserint: verba legis sunt
,, ciusmodi.Nemo posthac à nobis ius liberorum petat,
,, quod simul hac lege omnibus concedimus.Dabatur.n.
olim ius liberorum petenti ab Imperatore, quod sustu
lerunt illi tribueruntq; etiam non petenti à principe,
vt omnes.s.quibus numerus esset liberorum, potirẽtur
priuilegijs & iure liberorum, benè in l.2.abrogatum
est ius liberorum quantum attinet ad.S.C. Tertullia-
num. De hoc iure meminit Vlpia. in l. i. & 2. ff. de va-
ca. & excus. mun.

6 In tex.ibi,Vel in prouinciis.Prouincia dicta ẽ † quasi
ꝙ procul vincat.Sunt enim (authore Festo) prouinciæ
regiones longè ab Italia bello quæsitç, ꝙ eas Po.Roma
7 prouicerit.i.antẽ † vicerit.Sicilia prima fuit [illegible] ꝓ
,, uincia.Cic.actio.4.in Ver.Sicilia [illegible] se ad fidem
,, amicitiamq; Po.Roma.applicuit,& prima omniũ pro
8 uincia appellata est. † Prouinciarum autẽ aliç prætoriç,
aliæ consulares erant,quas explicat Strabo in calce sui
operis:quæ autem subditç,quç liberæ, quç fœderatæ,
quæ hostiles,declarat Alcia.in l.Hostes.ff.de verb.signi.
diuersaq; genera prouinciarum ponit & declarat idem
Alcia.in l.Notionem.§.Continentes.ff.de ver.signi.

In tex.ibi,In adoptionẽ autem dati naturali patri ꝓ-
sunt. Ridicula est hæsitatio Accursii in his verbis, clarũ
enim est interpungendum esse post illud verbum (dati:)
cũ enim superius dixisset adoptiuos liberos adoptiuo
patri non prodesse, dubium oriri poterat an ii, qui
in adoptionem dabantur,naturali postea patri prodes-
sent,quasi dubitandi ansam præberet, ꝙ dando in ado-
ptionẽ videbatur quasi seipsum exuere priuilegio filio-
rum,& respõsum est patri naturali prodesse ex ratione
in signatione casus annotata.

In tex.ibi,Filij autem superstites.Rectius Iurecõsul
tus & Latinè magis in l.i.§.i.& in l.2.§.Incolumes.ff.
de vaca.& excu.mun.incolumes dixit,nõ superstites,&
in l.2.§.i.ff.de excu.in.viuos dixit, quo modo loquendi
vsus est hic Theophilus dicens(inter viuos)quasi com-
9 paratiuè ad mortuos.Superstitem tamen (vt etiã † hoc
obiter aduertas) dixit Plau.in Asin.i. testem, quod &
annotauit Alciatus cap.20.libro.2.Parer.

In tex.ibi,Sed si in bello amissi. Vides hic defunctos
in bello excusationem non præstare, defunctos verò in
10 acie cõtrà,quocirca ẽt diuersum † esse bellũ ab acie.Dic
igit̃ bellũ dupliciter accipi,aliquando pro ipsa pugna,
,, vt apud Salustiũ:in eo(inquit) bello trecẽti milites de
,, siderati. Hermogenianus in hoc significatu accepit
in l.Ex hoc iure.ff.de iusti.& iure.Vlpi. in l. Bello amis-
,, si. in princi. ff. eod. titu. Bello amissi (inquit) ad.tutelç
excu-

excusationem prosunt. Modesti. in l. vlti. ff. de vaca. mune. Ad excusationem oouarum filius defunctus non prodest prætcrquam in bello amissus. Aliquando totum illud tempus, quo in militia sumus, bellum vocatur: ita Liuius Pop. Romanum nullo vnqnam bello, multis autem prælijs victum esse scribit. Et Cice. Philip. 8. Potest (inquit) esse bellũ sine tumultu, & ita accipitor hic, & in l. j. §. j. ff. de incen. rui. nauf. in l. In bello. ff. de capti. & postli. reuer. acies autem propriè secundnm Vegetium lib. 3. cap. 14. est exercitus instructus, & accipitur pro ipso prælio & dimicatione vt hic: qui enim acie instructa occumberet non pugnaus, non præstaret (vt arbitror) hanc excusationem patri exemplo eius, quod dicitur de bello. Quare aciem hic nõ solum pro instructo exercitu, sed etiam dimicãte accipe, qno modo etiam Cicero 2. Tuscula. Non sentiunt (inquit) viri fortes in acie vulnera. Idem ad Torquatum lib. 6. Epis. Nam & si qué exitum acies habitura sit diuinare nemo potest, tamen & belli exitum video. & in Orat. antequam iret in exiliũm. Hostibus (inquit) in ipsa acie, cum præliantur, licet loqui. & ita accepit eandem sententiam explicans Iurisconsultus in l. Bello amissi. ff. eod. ti. quod clarius constat ex verbis Theopholi, qui addit (ipsoq; in conflictu ceciderint.)

In tex. ibi, Qui pro rep. ceciderũt, in perpetuum per gloriam viuere intelliguntur. Hanc eãdem rationem confirmat hic Theophilns. Nam quando ij (inquit) pro repub. perierunt, per rerum gestarom gloriam viuere intelliguntur. Sicut enim prisci illi Romani minimè putauerunt lugendum eum, qui ad patriam delendam, & parentes, & liberos interficiendos venerint, vt refer Marcellus in . l. Minimè. ff. de relig. & sumpt. sune. quare & Horatius sororem occidisse iurè contendi solet, ꝙ virum hostem lugeret occisum, vt est apud Quintilia. lib. 3. cap. 8. quinimò subdit Marcel. ꝙ si pater filiũ, aut filius patrem occidisset venientem, scilicet, contra patriam, sine scelere etiam præmio afficiendum omnes constituerunt, quod & attigit Cicero lib. 3. Offi. ita honoribus prosecuti suot varijs & insignibus, qui pro repub. aliquod memorabile gessissent. Hinc triumphi, ouationes, statuæ, & pleraq; alia virtutis præmia. Quod si qoid aliquis pro repub. molitus esset & occubuisset, nó inuideter voluntati eorum, & hinc qnasi per gloriam rerum gestarom viuentibus hoc tribuerunt, vt eaodem parentibus immunitatem præstarent, quam, si naturaliter viuerent, præstitissent. His enim (inquit Cicero Philip. 9.) maiores nostri, qui ob republicam mortem obierunt, pro breui vita diuturnam memoriam reddiderunt. Atqui (paulopost inquit) & huic, & Tullio Cluuio, & L. Roscio, & Sp. Antooio, & C. Fulcinio, qui à Veientium Rege cęsi sunt, oon sanguis, qui profusus est in morte, sed ipsa mors ob republ. habita honori fuit. Hunc morem etiam ab alijs seruatũ legimus, nam Solon filios eorum, qui i acie pro republica occubuissent, publicè alendos censuit, quod & ego alias, dũ Fani Fortunę præfectus essem, statuendum duxi, dum contra vrbis quietem turbantes ciuium aciem instruxi, quã vnioné appellare placuit, quod decretũ paulo post à Paulo. 3. Ponti. max. confirmatũ fuit, & adhuc durat.

11 No. i. ibi, plerunque. ꝙ † hęc dictio hic non respicit
generaliter oés excusationes simul, sed singulas sigillatim: i. ꝙ hæc excusatio solet esse frequẽtior q̃ aliqua ex alijs, non autem ꝙ sit frequentior omnibus alijs excusationibus simul iunctis: ita enim, si comparatiuè accipiatur, ioterpretandum est hoc verbnm, quamuis ergo libentius acciperem hic quemadmodum in l. Nec quicquam. §. aduocatos. ff. de offi. procon. & leg. vbi accipitur pro (maximè) si vulgata obtineat lectio, in Pandectis enim Florentiois legitur (plurimumq; vel accipiamus in eo significatu, qno vtitur Imperator in l. i. C. de pet. bono. sub. lib. 10. s. propositiuo (frequenter.)

12 Secuodò no. ꝙ † filij, siue i potestate siue emancipati
sint, præstant excusationem, concor. l. 2. §. i. ff. eod. vnde conijcere licet, ꝙ principaliter causa huins priuilegii est fauor publicus & gratitudo quædam, qua prosequi voluit lex Romana eos. qui eidem patriæ ioi ciues generauerat. Quamuis. n. pater emãcipato filio iam maiore non teneret amplius eius curam vt de filio habere, cùm iam factus esset paterfam. nihilominus lex eidem cõseruat priuilegium hoc & immunitatem, vt. s. tanquã benè gestæ rei pręmio potiatur.

13 Tertiò no. ꝙ † tres filii Romæ, quatnor i Italia, quinq;
in prouincijs excusant à tutela, & cura, concor. tex. in l. fi. C. de iis qui nume. filio. lib. 10. & obser aduerte, ꝙ Iu
14 risconsultus in l. 2. §. i. ff. eod. appellat † hunc numerum
multitudinem, ita enim inquit Modestinus: remittit etiam à tutela & cura filiorum multitudo quod non in conuenit per tex. š. de iure perso. in §. fi. vbi dixi, & quę notantur in l. Si vnus. §. i. ibi, Multò post. ff. de arbi. & rescriptum tria continens multa dicitur continere in l. i. §. Hoc rescriptum. ff. ad senatusconf. Syllan. Amplia tamen tex. nostrum, etiam si daretur quis curator mente capto aut ventri l. penul. §. Si à prætore. ff. eo. Limita, nisi daretur quis filio proprio, quem emancipauit l. Amicissimos. in fi. ff. eo. ti. de quo tamen dicemus inferius in gl. in versi. Emancipati.

15 Quartò no. ꝙ † filii, qui tribuere debent excusationé,
necesse est ꝙ sint superstites, concor. tex. in l. 2. §. Numerum autem. & in §. Remittit. ff. eo. & sint superstites tẽpore, quo dantur vel creantur, vt vtrobiq; dicitur, cùm qualitas adiecta verbo debeat intelligi secundum tempus verbi. l. In delictis. §. Si extraneus. ff. de noxali. ideo qui in vtero sunt adhuc, non præstant excusationem l. 2. §. Qui autem in ventre. ff. de excu. tut. de quo. j. in gl. in ver. Defuncti. circa quod aduertẽdum est, quod tex. in d. l. 2. §. Remittit. loquitur de tutore testamentario, vt patet ibi, Hoc autem dictum videtur de tutore dato secundum testamentnm, cõuenit autem hoc & in omni alio. & tamen vtit his verbis Oportet autem liberos nãtos esse, quando patres tutores dãtur. vnde nascitur in tutore testamentario difficultas, quæ oon potest oriri ĩ alijs, nam in datiuis tũc, cum creantur, tutores esse incipiunt, & illud tempus spectatur d. l. 2. §. Numerum. in legitimis similiter tuoc esse incipiunt, cùm defertur tutela, & illud tempus inspiciendũ est, an. s. tunc habeãt filios viuos necne, sed in testamentarijs, ex quo dicitur quando dantor, videtur, ꝙ Iurisconf. spectauerit tempus qno scripti sunt i testamento tutores dicendo (qó tutores patres dantur) & tamen hoc videtur incoouenieos, ꝙ siquis faciat testamentum, & det Sempronium tutorem filijs suis, si eo tempore Sempronius numerũ legitimum habeat, & ꝙ tempore mortis testatoris, & aditionis hæreditatis tutor careat legitimo numero filiorum, ꝙ hoc casu excusandus sit, & tamen secundum verba prædicta videretur ita concludendum, cuins con
16 trarium proculdubio † dicẽdum est, quia cum tutor, tu
tor non sit (loquor de dato in testamento) nisi prius adita hæreditate, tunc enim incipit valere tutela, tex. est in l. Si nemo. ff. de testa. tute. certè tunc inspiciendum est, an possit se excusare, sicut etiam intelligitur, ꝙ tempus quinquagiota dierum appositum, vt infra illud possit se excusare, currit à die, quo cognouerunt se datos tutores. §. Qui autem. j. eo. ti. & tamen intelligendum est, postquam incœpit verè esse tutor. i. post aditam hæreditatem in testamentarijs, poterat enim adhuc viuente testatore scisse se datum tutorem, & tamen ei non currit tempus, quia quousque nemo adit hæreditatem, nihil valet ex dispositis in testamento d. l. Si nemo. sicut

etiam illud idem tæmpus, quod deber currere à die nominationis, intelligitur & cognitionis. l. Quinquaginta
17 cum glo. ibi. ff. eo. titu. sicut † etiam videmus in simili, ꝙ terminus præcisus appositus à testatore in testamento incipit solum currere à die aditæ hæreditatis, quàmuis expressè testator dixerit (a die mortis) quia omnia censentur collata in id tempus, quo disposita in testamẽto incipiunt habere effectũ l. 3. §. Siquis hæredi. ff. de statu. l. l. Si in diẽ. in prin. ff. de cond. & demon. ita proculdubio interpretanda sunt illa iura.

18 Quintò no. secundum † Doct. hic, dum dicitur, In Ita
„ lia quatuor, vel i prouincijs quinque. ꝙ Italia nũ continetur appellatione prouinciarum secundum gloss. in l. Omnes. C. sine cen. vel reli. & in authen. Qua in prouincia. C. vbi de crimine agi opot. quia prouinciæ reddebant tributa, & erant sub dominis & Regibus, ciuitates verò Italiæ vt plurimum liberę: ex quo sequitur secundum Angel. hic, ꝙ vbi est eadem ratio, Italia veniret appellatione prouinciarum, vt est tex. secundum Io. de Plate. in l. abesse. ff. ex quib. cau. maior. cum glo. pro quo facit l. a. C. à quib. mun. vel præsta. non lice. se excusa. libro 10.

19 Sed aduertendum † est, quia ignorantia rerum gestarum, quę fuit apud nostros, vsquequo in hæc tempora deuentum est, fecit, vt in has ineptias incideremus, nã si capiamus significatum prouinciæ, prout designat distinctum quendam terræ ambitum ab alijs locis, & hoc modo supra appellatione prouincię etiam Italia dicit hodie prouincia. Simili modo accipit 3. q. 6. per totũ, vbi habetur reum extra suam prouinciam non esse trahendum: & generaliter posset poni exemplum l. 3. ff. de offic. assesso. in c. Scitote. 6. q. 3. cum multis similibus: si verò accipimus in eo significatu, in quo antiqui Romani accipiebant prouincias, vtiq; distinguebantur prouincię ab Italia, vt est tex. hic, omnes enim præter Italos appellatione prouincialium veniebant, & Plin. iun. in Episto. lib. 8. Italicus (inquit) es an prouincialis? Et videmus Columellam lib. 5. c. 4. tradere curam vineãrũ prouincialium distinctam ab Italicis, & Vlpianus optimè distinguit in l. Ex facto. la grande. ff. de hæredi. insti. distinctum enim fuit Italicum ab alijs. In principio enim ciuitas Romana sola suis proprijs iuribus vtebatur, fuit postea concessum ius Latij primò Latinis armis deuictis, qui asciti sunt à Romanis in societatem, & eis communicata est non solùm ciuitas, sed milita, quippe militabant etiam in legionibus Romanis, quod dictum est ius Latij veteris, abolitum tñ postea fuit, ga tributum fuit illis ius ciuitatis concessum, eisdem concessa fuerunt quamplurima iura, quibus à reliquis prouincijs distinguebantur dignitate & immunitatibus, quousque Antoninus donauit ciuitate omnes, qui sub imperio Romano essent l. In orbe. ff. de statu homin. prout latissimè explicat hęc omnia Alcia. lib. Dispun. secundo c. 51.

20 Prouinciarum † autem alię erant continentes. i. quæ nullo vel modico mari intermedio contingebant Italiam, aliæ autem transmarinæ vt Africa, Asia, & huiusmodi l. Notionem. §. Continentes. ff. de verb. signifi. vbi optimè idẽ Alciatus declarauit. Nationum ẽt & prouinciarum alię fœderatę erant. l. Non dubito. ff. de capt. & postli. reuer. alię subditæ vt prouinciales, aliæ liberæ & suis legibus relictæ, q̃ solum maiestatẽ Popu. Romani comiter obseruabant vt Massilienses, aliæ hostiles, vt Parthi, aliæ nec hostiles, nec aliquo modo coniunctæ l. 5. §. j. ff. de capt. & postli. reu. vt declarat eruditis. Alcia. in l. Hostes. ff. de verb. sign.

21 Sextò no. ibi, Exemplo, ꝙ hoc verbũ † hic accipitur, idest ad instar & similitudinem, quemadmodum & accipit etiam Terentius in Hecyra, vbi Donatus optimè interpretatur.

22 Septimo no. ꝙ † ius liberorũ excusat ẽt à cæteris muneribus vt. C. qui num. liber. lib. 10. l. ij. §. 1. l. In honoribus. ff. de vaca. mune. & dicetur in gl. in ver. Munerum.

23 Octauò no. ꝙ † tutela publicũ munus est, ad idẽ tex. in l. Athletæ. §. 1. ff. eo. vbi obiter annotabis nõ esse legẽdum (prouinciale) sed (patrimoniale) de cuius l. intellectu. videbimus latius in gl. in ver. publicum. vbi declarabitur, quomodo tutela sit munus publicum.

24 Nonò no. ꝙ † adoptiui filij non prosunt patri ratione assignata in figuratione casus, quod ea rõne intelligetam in adoptiuis quam in arrogatis & hodie & olim, & vana est ratio & ridicula Ioan. Fabri, quam hic sequitur Christopho. vt ideo non prosint, quia esset in potestate cuiuslibet parentis facere fraudem reipub. & excusare se à muneribus publicis adoptiuis filiis, qui sufficerent ad excusationẽ: profectò benè supputasset attentus ille paterfam. qui tres sibi filios adoptaret, ne ad tẽpus tutelã vel curã alicuius pupilli gereret, & ne oneribus grauaretẽ. Est igitur ex eo quia cessat principalis causa fauoris publici, ob quem fuit introducta hęc immunitas sobolis. s. procreãdæ causa, cũ ille, q iam natus est, quæsitus sit suæ reipublicæ ciuis, neq; glo. hoc sensit, vt dicit Ias. ꝙ arrogati excusarent, aut in adoptionem dati auo paterno vel materno, quia glo. non tenet illam lecturã, & meritò vt vidimus in textualibus, & dicemus etiã in gl. quamuis gl. in l. 2. §. Remittit. in ver. Legitimos. ita videat tenere. Et aduerte, ꝙ dũ Ias. respondet rõni Ioan. Fabri, videbatur mẽtem Ioan. Fab. non percipisse nã (dicit Ias.) quòd ratio Ioan. Fab. nõ sit vera, ostedit, ꝙ post susceptam tutelam suscepti filij non excusant à iam suscepta d. l. 2. ff. eod. non dixit hoc Ioan. Fabri. vt possit fieri fraus adoptando post delatã tutelam, sed adoptando antè, ut quis tueret se ab omnibus muneribus publicis. Verissima tamen est conclusio Ias. ꝙ adoptati [illegible] ab auo paterno uel materno neq; arrogati ex rõne suprà allegata non prosunt patri adoptiuo, quia quamuis arrogatus & adoptatus ab auo paterno uel materno transeant in potestatem, tamẽ non excusant, quia excusatio hæc nõ pendet à patria potestate, sed à fauore publico, quod patet quia & olim adoptiui transibant in potestatem patris, & tamen nõ excusabant d. l. 2. ff. de excu. tut. l. 2. §. Adoptiui. ff. de uaca. mune. non tamen est uera ratio allegata per Ias. ꝙ hoc ideo sit in legitimis & naturalibus, quia eos habeãt filios ex necessitate, adoptiuos autẽ ex voluntate, quasi damnũ hoc sua culpa sentiant, quia hoc nihil est, nam & legitimi & naturales, si longius quæras, suscipiuntur ex volũtate cõtracti matrimonij, quod contrahitur ad sobolem procreandam l. j. ff. soluto ma. ideo dicas rationem esse quam. s̃. dixi.

25 Adde. ꝙ † naturales tantùm etiam non prosunt l. 2. ff. eod. ibi, Legitimos autẽ liberos oportet esse omnes. ratio autem est, quia pater non cognoscitur ut pater à iure ciuili l. Vulgò. ff. de sta. hom. quo fit, ut tex. in d. l. 2. intelligendus sit de legitimis & naturalibus, non de legitimis tantùm, & ita intelligunt ibi Docto. & dicemus in sequen. notab.

26 Decimò no. ꝙ † filij dati à patre in adoptionem alteri non obstante d. adoptione, naturali patri prosunt, & ita intelligendus est hic tex. ut dixi in textualibus, quod apertius ostẽditur ex uerbis Theophili hic, dum inquit,
„ Sed adoptiui liberi ad excusationem non prosunt, sed
„ naturalibus, ut dictum est, etiam si alteri in adoptionẽ
„ dati sint. rationem posuimus in figuratione casus, non enim cõuenit, ut beneficium iam quæsitum ex filiis generatis reipub. amittatur eò, ꝙ alteri in adoptionem datus sit unus ex eis c. decet. de reg. iu. lib 6. priuilegium enim hoc naturalibus & legitimis datur, non legitimo tantum ut hic, nec naturalib⁹ tantum, ut dictum est in

supe-

27 superiori nota. In dispositione†enim legis præsertim re
spicientis & dantis priuilegia ratione filiorum non ve-
niunt naturales, vt concludunt Bar. Alex. & alij in l. Ex
facto. §. Siquis rogatus. ff. ad Trebel. Dec. in c. In præsen-
tia. col. 16. de prob. quod secus est, quando lex loquitur
vel ratione reuerentiæ, vel naturalis cuiusdam actus,
quia tunc veniunt. l. parentes vbi Alex. ff. de in ius vo-
cand. tradit Bal. in l. tutelas. ff. de capi. dimin. Dec. consi.
365. col. 3. Quando enim lex respicit ipsam naturam &
naturæ effectũ tunc filiorum appellatione veniunt na-
28 turales: & ideo naturalis†punitur ita pena L. Pompeiæ
de parrici. sicut naturalis & legitimus secundum Imo.
in d. §. Siquis rogatus circa fi. versi. Item per dicta. Bald.
in c. per tuas. de proba. in d. l. parentes, & in l. Ius ciuile.
col. ij. ff. de iust. & iur. Inno. Abb. & alij in c. Nonnulli. §.
Sunt & alij. de rescrip. Bal. in l. Quisquis. C. ad l. Iul. ma-
iesta. in l. i. in 53. col. C. qui accusa. nõ poss. Et prædicta
29 proculdubio vera sunt in adulterinis†, incestuosis, & hu
iusmodi. §. Si aduersus. š. de nup. quia vt ibi dicitur, nec
filii nũcupari possunt, nec à patribus de iure ciuili sunt
alendi auth. Ex complexu. C. de incest. nup. quamuis iu
re canonico statutum sit aliter c. Cũ haberet. de eo qui
duxit in mat. sunt omni legum auxilio spoliati & desti-
tuti, & omni beneficio exclusi. l. Siquis. C. de inces. nup.
auth. Licet. de natura. lib. §. pen. in Auth. quib. mo. natu.
effi. sui. cum simi. Et idem etiam concludendum est in
vulgo quæsitis propriè, qui nati. s. sunt ex meretrice, q̃
passim exponit corpus suũ. & quæ ex incerto patre con
cepit: cum. n. lex eorum patrẽ non agnoscat, nõ possunt
patri excusationem tribuere, qui nõ cognoscitur. l. vul-
gò. ff. de sta. hom. §. Si aduersus. š. de nup.

Maior videtur difficultas in naturalibus tantum na-
tis ex concubina in domo retenta indubitato affectu,
& præmissis testationibus, de quibus autem in Authen.
30 quib. mo. natu. effi. sui. nam†ius ciuile non videtur resi-
stere concubinatui, licet non assistat, vt declarat Bar. in
d. l. In concubinatu. non enim erat inhonestum no-
men concubinæ apud antiquos, vt probat Alci. in l. Ma
surius. ff. de verbo. sign. tamen idem concludendum est
per tex. expressum in d. l. 5. §. Remittit. ff. de excu. tutor.
vbi lex exigit eos esse legitimos, ut excusent, quod in
natis ex concubina verificari non potest, facit tex. in d.
l. In concubinatu. ff. de concub. ibi, Quia per leges no-
men assumpsit, vt declarat ibi Bar. accedit, q̃ secundum
propriam significationem filium diffinimus natum ex
viro & vxore l. Filium diffinimus. ff. de iis qui sunt sui,
vel alie. iur. Et naturales filii quo ad quædam veniunt
appellatione filiorum. l. pen. C. ad Orfi. ĩ. eod. in prin. §.
discretis in Auth. qui. mo. na. effi. sui. veluti vt certa par-
te succedant, vt ibi dicit, vel intuitu cuiusdã pietatis. l.
Vxorem §. Codicillis. in fi. ff. de leg. 3. vel ratione reuerẽ
tiæ. l. parentes. ff. de in ius vocan. unde sequitur, q̃ non
generaliùs, & quòd non sunt simpliciter & absolutè
filii, & ideo lex, quę potest habere effectum propriè ex
uno significatu, non est trahenda ad improprium, & ad
illud, quod non est simpliciter tale. l. Verbis ciuilibus.
ff. de uulg. & pupilla.

31 Vndecimo no. q̃†nepotes ex filio prosunt, quod in-
tellige secundum glo. quando iam filius de medio sub-
latus est, ut probat hic tex. ibi, ut in locũ patris sui suc-
cedant. & est tex. expressus in l. 2. §. Non solum. ff. de ex-
cusa. tutor. ubi etiam expressè deciditur dubitatio glo.
hic, q̃. s. quotcunque nepotes sint pro uno filio compu-
tentur. Pulchrum est expendere rationem, quam non
ponunt Docto. quare scilicet cùm sint in potestate aui,
& ad eum spectet cura, & solicitudo, & gubernatio ip-
sorum etiam uiuo patre, non prosint, ratio autem inde
pendet, ut dixi, quia respublica hoc priuilegium tribuit
ea rõne, ut quoddam meritum generanti ciui tribuat
& rependat patri, quo fit, vt generanti tantum hoc tri-
buendum videatur, & cum etiam filiusfam. dari possit
tutor. š. qui testa. tu. dari poss. in principio meritò ei ꝓ-
prij filij prodesse debent non auo, q̃a ipse generauit, &
ornamẽtũ dictorũ ciuiũ respub. hẽt beneficio & opera
filij l. ij. ff. de mune. & honor. q̃ si de medio tollatur pa-
ter, tunc quia non est in quo consistat hoc priuilegium
secundum eius naturam, tribuitur auo, tũ quia fuit ge-
nitor eius, qui eos genuit, tum quia occupatione maio
ri distinet: & hinc etiam emanat ratio, quare omnes ꝓ
vno computent, & tamen tres illi nepotes iustam excu-
satione peperissent filio, quam non pariunt auo, cùm
omnes loco vnius tantùm cõputentur d. §. Non solùm.
nam hoc inde est, quia nõ sensit respublica beneficium
ab auo, nisi ex generatione vnius filij, vt dictum est.
32 Duodecimò no. casum esse hic, q̃†filij subintrãt gra
dum & locum patris ipso mortuo, quemadmodũ quan
do agitur de suis hæredibus. §. Sui autem. ĩ. de hęre. qua
lit. & diffe. & de legali successione, nam in duobus casi-
bus tantùm subrogatur nepos in locum filii, primò qñ
agitur de hereditate aui. §. Cùm filius. ĩ. de hære. quæ
ab intes. secundò quando agitur de hęreditate patrui. §.
Relinquum in Auth. de hære. ab intes. vbi Ang. in tertio
notab. dicit, quòd quando agitur de succedẽdo patruo
carnali, tunc talis subintratio habet locũ, secus si agere
tur de succedendo aliis transuersalibus in vlteriore gra
du positis, & ita etiam voluit Bal. in auth. Post fratres. ꝑ
illum tex. C. de suis & legi. vbi Saly. circa finẽ. Alex. cõs.
44. col. 6. lib. 5. & probat latè Deci. in consi. i. col. i. in fi.
& in consi. 79. in princ. & in cons. 217. dic tamen quòd
idem est in successione proaui. d. §. Cùm filius. & declа-
rat Deci. consi. 217. ad fi. Et quod dictum est de subintra
tione, qñ agiĩ de successione patrui, vt. s. admittant pari
ter cũ patruo, idẽ dicendũ est in matertera, cũ sit in ter-
tio gradu sicut patruus. §. Tertio gradu. ĩ. de gradi. & cõ
suluit in terminis Bal. in cons. 171. Casus talis est, quidã
Titius lib. 5. vbi concludit, q̃ filius intrat locũ matris, vt
succedat simul cũ matertera, sequitur. Deci. consi. 553.
col. 5. in princ. Hæc tamen subintratio non habet locũ
in dispositione testatoris reprobata gl. in l. Cùm ita. §.
In fideicommisso i. ver. proximo. ff. de leg. 2. vt latè cõcludit
Deci. post multos, quos allegat i d. cõs. i. & in cõs. 480.
in 5. dubio. col. 3. in fi. & in d. cõs. 553. col. 5. quod fallit,
qñ in fideicommisso dictum esset, quòd succedant ac si
succederent ab intestatò. vt notatur per Decium in cõs.
79. in i. dubio, vbi ponit omnes Doct. contraria sentien-
tes in hoc articulo: & quando restitutio facienda est se-
cundum vim clausulæ codicillaris, an tunc nepotes in
trent locum patris, disputat idem Deci. i cons. 478. col.
pen. vbi quid in statuto, quòd proximiores admittant.
Hæc forte videbuntur nimis extra materiam, præsertim
cùm alibi melius tractanda ueniant, & contra institutũ
nostrum, quia tñ utilia sunt, & sæpe possunt occurrere,
remissiuè posui, aliàs clarius de ueritate disputaturus.

Decimotertiò no. q̃ filii ex filia non prosunt etiam
sublata filia de medio, & ratio est, quia cùm fœminæ ip
sæ à munere tutelarum arceantur l. 2. ff. de reg. iur & pa
tri prosint, facilè eueniret, ut tres filii nati ea filia pro-
dessent eorum patri, à quo generati sunt, & prodessent
auo materno, si duos alios haberet, quod esse non de-
bet, ut dicit glo. ubi uidebimus.

Decimoquartò no. iterũ ibi, Filii superstites tantũ,
q̃ filii ad hoc, ut prosint, necesse est, q̃ sint superstites,
de quo dictum est. š. in 4. no. ex quo notandũ est q̃ non
33 dicitur † quid superfluũ, quando aliquid replicatur, ut
declaretur, uel aliquid addatur: suprà enim iã dixerat,
Si enim tres liberos Romę superstites &c. hic aũt repe
tit, ut dicat aliquo casu defunctos prodesse, & fuit hæc
doctri. Domi. in c. Si tibi. in glo. i. de præben. lib. 6. sequi-

tur Dec in l.fi.in prin.ver. Secundò ad argumenta Bar.
C.de insti. & substi.quinimò integræ leges repetuntur
diuersis occasionibus sub diuersis tractatibus. vt in l.Si
quis in conscribendo.C.de epi. & cler.in l.si à Titio.ff.
de rei vend.in l. apud Cels. §. Si a Titio.ff.de excep.dol.
in c.Significantibus.de libel.obl.& in c. Significãtibus.
de appel.& vtrobiq; hoc notat Abb. & idem voluit Do
mi.in c.Quoniam.10.dist.Roma.in l.Quanquã.in prin-
cipio in vltimo not.ff. de aqua plu.arcen.Dec. in d.c.Si-
gnificantibus.de appel. in prin. Sic quando aliquid vir-
tualiter expressum est,si explicetur, non dicitur super-
fluum,vt notat Domi.i c.j. de summ.trin.& fid.cathol.
lib.6. per glo. ibi col.pen.in fin. Deci.sequitur in consi.
517.col. 2. vbi dicit hoc esse notandum pro positioni-
bus & articulis, ne s.dicantur superflui, & in consi.77.
col.fi.cum similib.

34 Decimoquintò no.ibi,Tantum, ꝙ†dictio ista taxati-
na non excludit mortuos occisos in acie dimicando:q̃
uis enim dictio(tantum) ex sui natura exclusiua sit,vt ꝑ
Alex.Bar.& alios in l.j.in prin.ff. siquis ius dic. non ob-
tem.facit tex.in l.Si is qui.ff.de serui.leg.in l.2.C.de iu-
risd.om.iu.in c.Cũ ecclesia. de causa poss. & propriè.c.
cum contingit.vbi Cardi.de fid.instrum.& soleat exclu
dere alios casus l.3.§.cum Titio.ff.de adimen. leg.facit
tex. in l.Gallus.§. Et quid si tantum. ff.de lib. & posthu.
Bar.in l.rationes.in fi. C. de proba.in l. Si cum dos.ff.re-
rum amota. cum simi.vt per Dec.in consil.328. In casu
col.2.in fi.tamen quando duo casus sunt facti similes à
lege aliqua,non excludunt ꝑ dictionem taxatiuã, put
in casu isto defuncti in acie fictione iuris dicunt viuere
& ex dispositione legis dicunt viuere, & ideo lex non
excludit illos ꝑ illã dictionẽ (tm̃) solet ad hoc allegari
tex.in l.Ob æs.C.de præd.mino. qui si rectè intelligitur,
& interpungatur post ilud verbum (alienum) vt osten-
dit faciendũ esse Alcia.lib.Dispun.4. cap. 5.non probat
illud,ad qđ communiter allegat, sed ad hoc melius po
test allegari per tex.in l.contractus.ff.de regu.iu.iuncto
tex.in l.j.§.i.ff.si mensor fal. mo.dix. nam ea,quæ de sui
natura stante dispositione legis sunt æquiparata & re-
dacta ad similitudinem inuicem,non intelligunt exclu-
sa à dictione(tantũ,verbi gratia si dicas,depositum exi-
git tantũ dolum, intelligit etiã comprehendere latã cul
pã vt in d.iuribus, vt ꝑ Dec.in d.l.contractus. in princ.
Bar.latè in l.Si constante in 9.q.j.prin. ff.solu. ma. & ibi
Doc.& est glo.notab.i l.fi.vbi Cyn.& Saly.C.de reuoc.
dona.in c.i.§.porrò.cum seq.in ti.quæ fuit pri.cau. be-
ne.amit.secundũ Bald.ibi, facit tex.in l.Sciendum.ff.de
euictio. in l.Si hominem. §. In ędilitiis vbi Ang.ꝑ illum
tex.ff.de ædi edic.in l.Paulus.§.i.ff.de vsu.in l.si debitor.
ff.qui potio.in pigno.habe.

Decimosextò no.ꝙ filii defuncti nõ prosunt ad excu
sationẽ:rõ est,quia cùm causa & ratio priuilegij sit cõ-
modum obueniens reipu.illis deficientibus deficit cau
35 sa & rõ priuilegii.Hinc potes† correlariè notare etiã,
ꝙ cessante causa priuilegii cessat priuilegiũ:qñ. n.aliq̃d
in fauorem alicuius introducit, finita causa fauoris &
ea cessante cessat priuilegium, sicuti idem est in odio,
vt inquit Bal.ꝑ illum tex.in l.fi.C qui ad lib.perue. non
poss.& in pulchro casu Roma.in consi.404.In casu pro
posito.& in consi. 417. In proposito casu Dec. in c. Cũ
cessante.in princ.de appella.Et ꝙ cessante causa priuile
gii cesset priuilegium,est tex.i l.Titia.§. Vsuras.ff.de le
36 ga.2.vbi Bar.i l.Ex facto.ff.de †vulga & pup.& ratio est
quia priuilegium regulari debet secundũ eius causam,
siue ea tacita sit,siue expressa.cap.Suggestum.de deci l.
Generaliter.C.de epis.& cleri. & ita in simili dicit Ful-
go.in consi.52.Quidam Antonius, cum similib. vt per
Dec.in cap.Cum accessissent.col.8. versi. Secunda con-
clusio.de constitu.

Decimoseptimò no.ꝙ sicut filij. qui sunt superstites
tẽpore delatæ tutelæ tantũ, prosunt vt.s.dictum est, &
postea suscepti non excusant a tutela iam delata, ita de
functi nocẽt tempore delatæ tutelę,ita enim debes in-
telligere:si enim postea decederent post.s.excusatinnẽ
propositã,vtique nõ nocerent l.2.§. Oportet.ff eo.nam
37 qñ aliqua causa exigitur † vt certo tempore adsit ad pa
riendum aliquem effectum,sufficit,ꝙ illo certo & limi
tato tempore adsit,licet postea cesset, tex. est in l.Quæ-
cũque.§.fi.ff.de publicia. quem tex. ad hoc inducit Bal.
in l.Generaliter.col.4. versi.Sed ego dico. C. de epis.&
38 cleri.qñ enim aliqua qualitas † certo tempore requirit
satisfactum est, si reperiatur, ꝙ affuerit illo tempore l.
In delictis.§. Si extraneus.ff. de noxali.in l.Ex facto. &
ibi Bar.in prin.ff. de vulga.& pup.l.Titius,& ibi Bar. de
testam.mili.

Decimooctauò no. differre bellum ab acie,quod de
clara,vt dictum fuit.s.in textualibus.

Decimononò no.ꝙ ij tantùm defuncti filij in militia
prosunt,qui in acie dimicando periere, ad idẽ tex. in l.
39 Bello amissi.ff.de excu.tu.i l.fi.ff.de vaca. mune.ꝙ†si vul
nerati sint i acie & i ipso prælio,& ex ijs vulneribus po
stea in patria vel alibi decesserint:fuit dubitatũ a Doct.
an sic mortui dicant ꝑ gloriã viuere, & an excusationẽ
pręstent,& verba tex.nostri vident decidere ꝙ non, re-
quirit.n.ad hoc vt excusent, ꝙ decesserint & amissi sint
in ipsa acie, & clarius hoc vr̃ decidere tex.in l. Bello a-
missi. dũ ille tex. vr̃ excludere eos, qui ꝑꝑ belli causam
patentibus abrepti sunt vt in ijs, qui in acie vulnerati
dimicando fuere, accidit: & hoc confirmari videtur ex
eo,quia inductum est fauore pupillorum, vt minus lar-
ga pareat via excusationib⁹ à tutelis, & cùm excusatio
detur ijs,qui numerum certum filiorum habent tempo
re delationis tutelæ, vt dictũ est.s. pater ꝙ defuncti non
possunt excusare: cum igitur aduersus hanc ordinariã
iuris dispositionẽ sit dispensatum in ijs, qui ... mo
riuntur,non est talis dispensatio ...nda contra pu
blicum commodũ,& hæc opi. in pũcto iuris posset for
te videri verior, tamen potest ponderari ratio expressa
in tex.ibi,Ij enim qui pro repu. ceciderunt &c.nã satis
dr̃ pro repu. cecidisse qui vulneratus ob causam publi-
cã, & in ipsa acie dimicando non statim extinctus est,
sed paulò post,licet alibi animã egit, quæ opinio mihi
vr̃ humanior, nec ratio duarum fictionem videtur ha-
bere locum, quam considerat hic Christoph quia illud
quod dicitur, ꝙ qui pro repub. ceciderunt,fingunt vi-
uere per gloriam licet verbu millud (intelliguntur)in-
ferat,ꝙ hęc sit fictio,tñ non fingitur, ꝙ viuant per glo-
riam qui ceciderunt in ipso conflictu, sed qui pro re-
pub. ceciderunt:quòd autem pro repub.ceciderint qui
in acie vulnerati alibi ex ipsis vulneribus moriuntur,ne
mo est qui nõ videat: quinimò ex quo hi,qui pro repu.
cadunt,censent per gloriam viuere, sequitur in conse-
quentiã,vt vulnerati pro repub. qui ex tali uulnere de-
cesserũt,vbiubi decesserint, omnino dicantur viuere ꝑ
40 gloriã,quo fit vt duæ fictiones etiam † simul cadãt, qñ
vna venit in consequentiã alterius.l.Siquis posthumos.
§.j.ver. diuersum.ff. de libe.& posth. vt per Ias. in l.si is
qui pro emptore.col.fi.ff.de vsucap. in prima limitatio
ne,sed hic nõ est aliqua fictio,quia lex non exigit,vt in
acie ipsa animam egerint, sed ꝙ pro repub.dimicando
ceciderint,vt patet ex ratione, quæ est anima legis l.Cũ
mulier.ff.soluto matr.& hanc opin. tanquam humanio
rem tenerem.

Adde tñ circa hoc, ꝙ naturalis mors exigitur in filio
vt excusationem præstet,non ciuilis;siquis enim captus
41 sit ab hostibus,†& ab eis detineat,non præstat patri ex-
cusationem,tex.est in l.2.C.qui num.filio.lib.10.cuius
ratio assignatur à Doctori. quia cũ ideo propter nume-
rum

eodem modo uidemus,ꝙ securitas concessa nobili uel
saluusconductus intelligitur data ẽt comitibus & eius
familiæ,vt concludit Hippo.Mar.in repe.rubricæ.C.de
probati.col.5.Grego.Magalottus i tracta.Securitatis.in
xix.declaratione in 3.par.prin.ver.Sed quid dicendũ.In
hoc tamen differunt comites à principalibus,quia prin
cipales,ut est tex.hic,intermittunt tutelam iam suscep
tam,comites uerò & socii nequaquam d.§.i.quod uerũ
5 est præterquã in eo,qui† à Primipilo in collegã assump
tus est,nam & hic à suscepta tutela excusatur.l.Non so
lùm.§.Qui primipilum.ff.eod.quod quidem inductum
uidetur in priuilegium Primipili , vt uoluit Bar.in d.l.
Administrantes.§.j.
6 Secundò not.quòd † absentes causa reipu.à tutela uel
cura excusantur,quod intelligas, ut necessaria sit excu-
satio,non enim excusantur ipso iure absentes causa rei
pu.sed debent exceptionem suam proponere, & cura-
torem petere. alias periculum pertinet etiam ad absen
tem, q̃uis possit talis absens postulare,ut is conueniatur
priore loco, qui administrauit, ita est tex.in l.j.C.si
tut.reipub.ca.absue.& ibi declarat glo.
Tertiò not. ꝙ absens causa reipub.excusatur à tute-
la iam suscepta durante eius absentia.concordat tex.in
7 d.l.Non solùm.in prin.ff.eo.Sed quid† si testamento da-
tus sit tutor, quamdiu reipub.causa nõ absit, an debeat
excusari eo reuerso,uide pulcherrimũ casum decisum
per Iurisconsultum in l.pen.in prin.ff.eod.
8 Quartò not.ꝙ† durante absentia pupillis prouidetur
de curatore,quod est iuxta regulam §. Interdum.in fi.l.
de curato.ubi dictum fuit:curauerunt enim leges, quã
tum in eis fuit,ne pupillorum negotia aliquid detrimẽ
ti caperent ob necessariam tutorum absentiam.Videmus
enim in simili , ꝙ tutor ad tempus exulare iussus,
licet ipse non excusetur, tñ per tẽpus exilii dat curator
in locũ ipsius.l.Tutor petitus.§ fi.ff.eo.licet si in perpe
tuũ exulare iussus fuerit,excusare se põt l.plane. eo.tit.
9 Quintò not.ꝙ† tutor , qui abfuit causa.reipub.postq̃
reuersus est,incipit recipere onus tutelę,& hoc confe-
stim, vt dicit tex.in d.l.Non solùm. in prin.ff.eo.nec ei
10 aliquo modo auxiliat annalis uacatio,quia† annus ua
cationis propter nouas tutelas datur , nõ ad eas,quę re
sumi debent. ut dicit tex.in d.l.Non solùm.in princi.&
ratio est,ut dixi in figuratione casus,quia cùm immuni
tas à tutela,excusationem non pręstet.nisi quatenus no
minatim priuilegium indultum sit.l.Non tantum.§.Nõ
omnia.ff.eo.& anni uacatio inducta sit ob nouas tute-
las.l.fi.C.si tut.reipub.cau.absu.meritò sequitur ꝙ non
11 extendatur ad iam† susceptas:qui annus continuorũ die
12 rum est,(ita enim legendum† est,nõ copulatorum in d.
l.Non solũ. in prin.ff.eod.)quod est iuxta naturã tẽpo-
13 ris, qđ in dubio est continuũ,nisi lege cautũ inueniat,
ꝙ sit utile ẽm glo.in rub.ff.de diuer. & temp.pręscrip.

ubi

ubi Bar.glo. in l.i.eo.tit.l.Nunquam.§. In usucapioni-
bus.vbi Pau.de Caſ.ff.de uſucap. cum vulg.quo fit, ue
14 quo annus hic eſt continuus, currat etiam ignoranti,
hanc côſequêtiā facit tex.in l.Genero.ff.de iis qui not.
infam.quouſq; ergo non eſt perfectè finitus integer an
nus à die reuerſionis, excuſetur qui fuit abſens cauſa
reipub.à tutela nunc delata, quod & in militibus locū
habet.l.Sed & milites.in princ.ff.eo.tit.

In glo.i. Ampliat glo.tex noſtrum, ut dixi in i.notab.
non ſolum in abſente cauſa reipu.& qui iam diſceſſit,
ſed etiā in eo, qui de proximo abfuturus eſt: ex quo in-
15 fert hic Ang. ꝙ† paria ſunt aliquid factum eſſe, uel de ꝓ
ximò faciendum ſm regulam in l.pen.ff.de teſt.mili.
vbi iuſſus confeſtim cingi iure militari teſtari pôt, facit
tex.in l.Siquis cū ſciret in fin.ff.pro empto. & in l.Item
legato.§.i.ff.de lega.3.notat Alex per illum tex.in l.Mu
lier.§.Non eſt dubitandum. in j.notab.ff. ad Trebell.
16 potētia enim† propinqua actui pro actu habetur, ut di
cit Bald. in d.l.pen. in l.Si impuberi in fi.prin.ff. de tut.
& cura.dat.ab iis.& hinc uoluit Abb.in c.Eccleſia.in 3.
17 nota.per illum tex.de immu.eccle.ꝙ†baſilica de proxi-
mo conſecrāda gaudeat priuilegio eccleſiæ, Bal.in d.l.
pen.Fely.in d.c.Eccleſia.& eadem pœna punitur offen-
dens ſcholarem, quem Rector vniuerſitatis iuſſerat in
albū ſcholariū recipi, qua ex forma ſtatuti puniretur of
fendens iam receptum & deſcriptū, ut voluit Ang.in l.
Ex eo.ff.de teſta.mili.Et de proximo cancellandus habe
tur pro cancellato Bal. in conſil.51.proceſſus lib v.&
iô dicit Bar.in l.Emptor.§.i.& ibi Bal.& Ang.ff.de pac.
ꝙ liberatus verbo a banno licet nô cancellatus hr̄ pro
nô bānito, Ang.& Imo.in l.3.ff.de iis que in teſt.delen.
Ang conſil.288.Viſo.in j.dub.& de proximo rebānien-
dus habeat pro rebānito, voluerūt Bald.& Pau.de Caſ.
in l.Si non ſortem.§.Adeò.ff.de condi.indeb.& ideo nô
pôt offendi, Bal.& Ang.in l.i.§.Serui.ff.ad Sylla.Vero.
cau.crimi.conſil.6.col.9.Arct.in l.Qui à latronibus.§.Si
quis.col.7.ff.de teſta.de quo uide Fely.in c.Eam te.col.
18 uerſ.Erat iſte.de de reſcrip.Deci.conſil.327.Viſo, colū.
19 j.Et fideiuſſor ita poteſt agere côtra† principalem, ſi de
proximo condemnandus eſt, ac ſi fuiſſet condemnatus.
Bal.in l.Si pro ea.q.6.C. mand. Alex. in l.3.§.Si ſeruus.
col fin.ff.de acqui. poſſ.Iaſ. in l Admonendi. in lectu.
col.12 de iureiu.vbi Purpura.col.6.quinimmo uoluit
20 Pau.de Caſ.in d.§.Si ſeruus.quòd ſicut impune offen-
di poteſt bannitus ex forma ſtatuti, ita pariter offendi
poſſit breui banniendus, reprobant tamē Alex.& Arc.
21 ibi, Bal.in l.Fideicommiſſa.§. Siquis.ff.de leg.3.& qui
breui ingreſſurus eſt monaſterium, eodem modo po-
teſt præterire ſine cauſa & exhæredare filios ſicut in ip
ſo ingreſſu, ut tradit & diſputat Iaſ.in auth.Siqua mu-
lier.col.7.verſi.Nota etiam diligēter.C.de ſacroſanc.ec
22 cle.& mulier, quę† de proximo erat copulanda uiro.ſi
decedat añ coniunctionē, facit ut maritus dotem lucre
tur, ac ſi ſecuta eſſet copula, vt uoluit Saly.in l.Cùm in
te.in fi.uerſi.Vnum tñ non omitto.C.de dona.ante nup.
ti.ſequitur Alex.in conſ.129.Super primo dubio.col.2.
lib.7.Fely.in rub.de ſponſali.col.v.verſ.Limita eā ſingu
lariter. & in c.Tertiò loco.col.3.de preſumpt. Deci.in
conſil.577.Viſo col.2.uerſ.Secundò principaliter.Hip-
23 pol. in l.i.col.2.ff.de ſica. in ſing.106.Et hinc etiā dicit
Ange.poſt alios, quos refert, quod de proximo doctorā
dus habetur pro Doctore, in quo communis concluſio
videtur eſſe, ꝙ quò ab beneficia & fauores hoc uerū ſit,
vt dixit Alexan.in d.§.Non eſt dubitandum. voluit Bal.
in l.j.col.pen uerſic.Quid ſi filius.ff.ſolu.matri.in l.Qui
indignus.ff.de ſena.Soc.conſ.70.Vtrum.col.5.lib.4.ubi
uolunt licentiatum haberi pro Doctores cuius contra
rium uoluit Rom. conſil.339. Quò.ad primum. in ſe.
du.Et pro liberto habetur qui ſtatim manumittendus
eſt.l.Qui ſe dicit.ff.de iudi.l.Fulcinius.ff.q.b. ad lib.pro.
non lic.& pro dato habetur quod dari paratum erat.l.
Item legato.ff.de leg.3. & perditum cenſetur quod ſta-
tim eſt perdēdum .l.Siquis cùm ſciret.ff. pro empto.
& quamuis detentus ex cauſa capitali non ſit relexādus
fideiuſſoribus, ſi tamen conſtat de innocentia, poteſt.l.
Qui pœnæ.§. Diuus.ff.de manu.vbi Bene.de Plumbi,
Bar.in l.j.ff.de cuſtodia reo.

In glo.in uerb.Excuſantur. Hæc glo.tranſit ad mate-
riam militū, quomodo.ſ.excuſent, de quo uidebimus.j.
in §.Idem & in milite.ubi eſt propria materia.

In gl.fi.De hoc dictū fuit in notabilibus, excuſantur
enim abſentes cauſa reipub.ab iam ſuſceptis ita demū,
ſi excuſationem proponant, ut dicit tex.in d.l.j.

## §. ET QVI POTESTATEM.

1 *Poteſtas.i.magiſtratus cum imperio.*
2 *Honores.i.magiſtratus.*
3 *Poteſtates noſtri temporis unde dicti ſit.*
4 *Magiſtratus cum imperio excuſantur à tutela.*
5 *Aediles quare non excuſentur.*
6 *Silentiarij excuſantur à tutela.*
7 *Silentiarij dicantur ex Procopio.*
8 *Magiſtratus nō excuſantur à tā ſuſceptis tutelis, ſi tē poralis ſit, alias ſecus,*
9 *Conſiliarius principis excuſatur.*
10 *Ad beneplacitum quomodo intelligatur.*
11 *Abſens cauſa reipub.prohibetur durāte abſentia pro pria negotia curare.*
12 *Præſidis appellatione omnes magiſtratus comprehen duntur.*

NON diuiditur propter vnicam uerborum ſtructurā, niſi dicere uelimus Imperatorem in primis uerbis de nouis tutelis locutū fuiſſe, in poſterioribus verò de nouis & iam ſuſceptis, ibi, Sed ſuſceptam

Hebentes poteſtatem a tutela non ſuſcepta excuſantur.h.d.ex l.Non tantum.§.Sanè.ff.eo.

Caſus figuratio neceſſaria non eſt, ratio.n.priuilegii & immunitatis, de qua in hoc tex.pendet ex publico fauore, ſicuti priuilegiū adminiſtrātis res fiſcales, ſi & abſentium cauſa reipub.in omnibus enim his caſibus ea eſt ratio, ne uel publicæ res uel pupillorum lędātur, cū aut, dum huiuſmodi honores gerentes operam darent, ne pupillorum uel adultorum patrimonium læderetur, rebus publicis deeſſent, aut dum rebus publicis operā ſuam impartiuntur, iura ipſa pupillorum aut adultorū minuerentur Prætulerunt enim antiqui illi legislatores fauorem hūc iuris publici, quod propriè in magiſtratibus côſiſtit, iuri priuato tutelę, etiam, ꝙ inde publicus fauor exoriatur, vt Doct.noſtri inquiunt, ſecundariò & in conſequentiam.

1 In tex., ibi, Poteſtatem aliquam.†Poteſtatem hic accipe.i.magiſtratum ex uerbis Calliſtrati in l.Nô tantū.§.
„ Sanè.ff.eo.Sanè (inquit) notum eſt, quòd gerētibus ho-
„ norem uacationem tutelarum concedi placuit, vacare
„ aūt eos, qui tunc primum uocentur ad ſuſcipiendum
„ officium tutelæ: cæterùm eos, qui iam ſe immiſcuerunt
„ adminiſtrationi, nec tēpore quidē magiſtratus vacare
„ æquè notū eſt.Gerentes ergo honores tempore magi-
2 ſtratus vacare dixit:& honores.i.magiſtrat.†alibi expo
nit Imperator in §.Prętorū.ī.de iure natur.gen.& ciui.
Poteſtatem ergo magiſtratum intellige, vt dixi & magi
ſtratum cum imperio.l.Poteſtatis verbo.ff. de uerb.ſi-
gnifi.

,, qui.ff.de iuriſ.om.iudi.dum inquit, Magiſtratus autem,
,, vel qui in poteſtate aliqua ſunt, vt (puta) Proconſul.vel
,, Prætor, vel alij, qui prouincias regunt, iudicare iubere
,, eo die, quo priuati futuri ſunt, non poſſunt. Verbum.n.
hoc poteſtas) modò imperium, modò perſonam magi-
,, ſtratus deſignat. Vlpia.in l.1.ff.de offic.proconſ. Procon
,, ſul (inquit) vbiq; proconſularia inſignia habet ſtatim,
,, atque vrbem egreſſus eſt, poteſtatem autem non exer-
,, cet, niſi in prouincia, quæ ei decreta eſt. Et alibi. Iuſti-
nianus in Authen.vt omnes obe.iud.in prin. Vtente po-
teſtatibus dixit, ideſt imperijs ſibi tributis. At pro perſo
nis magiſtratuum accipit Modeſtinus i l. Si fideiuſſor.ff.
,, de pignor. Fideiuſſor (inquit) impetrauit à poteſtate, vt
,, antequam ſolueret, pignora ipſe poſſideat. io quo ſigni-
ficatu vſus eſt Imperator in l.fin.C.de offic.mili. iudi. &
in l.2.C.de excepto.lib.12. in quo ſignificatu & accepit
Iuuenal.cum inquit.

An Fidenarum Gabiorumq; eſſe poteſtas.

,, Et Suet.in Claudio: Iuriſdictionem de fideicommiſſis
,, quotannis, & tantùm in vrbe delegari magiſtratibus ſo
,, litam, in perpetuum atque & per prouincias poteſtati-
,, bus demandauit. Et Apuleius: Sed iuſſit poteſtas officia
,, lem ſuum magna ſeueritudine coerceri. Pro magiſtra-
,, tu autem & Cice. vſurpauit pro Fonteio, & apud Lati-
3 nos authores ita frequenter accipitur, vnde proculdu-
bio emanauit vulgaris illa appellatio municipalium ma-
giſtratuum, qui plerunque poteſtates appellantur, pro-
ut Gabiorum, & Fidenarum vſurpauit Iuuenalis: ducit
enim nomen illud vel ab imperio, vel ab honore, & ma
giſtratu, quem gerunt, attamē hoc in loco nullo poteſt
eſſe dubium, quòd pro publico magiſtratu, & imperio
accipi debeat.

4 Notatur 1. ꝙ † publici magiſtratus cum imperio excu
ſantur à munere tutelę, vel curæ eis delatæ, concordat
tex in d.l. Non tantùm. §. Sanè. in l. Adminiſtrantes. in
prin. in l. Athletæ §.1.ff.eod.titu. Sed mirum eſt quod di
5 citur in d.l. Nō tantum. §. Non omnia. quòd † Aediles nō
excuſentur, cùm videamus & Præfectum vigilum, &
præfectum annonę excuſari d.l. Adminiſtrantes. io prin.
cùm alias videamus eos penè Prætoribus pares eſſe. §.
Prætorum quoque [illegible]
6 quinimò † & ſilentiarios excuſari videmus. l.fi.C.eod.q
7 miniſtri principum † ſunt (authore Procopio li.2.Bell
Perſi.) ad ea, quæ ſilentij & quietis ſunt in domo princi
pum, conſcij arcanorum principium, & ab eis ſilendis
nominati. Ego credo hodie ſecretarios dici, quamuis
aliqui auricularios appellent, quamuis, vt ex eodē Pro-
copio apparet, gerebant etiam curam quietis domus ip
ſius principis, & dicebantur circa latus eorum militare
d.l.fi.C.eodem.

Secundò no. ꝙ eſt neceſſaria excuſatio, cū enim dicat
ſe excuſare poſſe, ſequitur vt ſi ſe non excuſent, non ef-
fugiant tutelę periculum l.1.C.ſi tut.reipu.cau.abſu.

Tertiò no. ꝙ magiſtratus, qui poſſunt ſe excuſare à
tutela, excuſantur à nouiter delatis, non autem à iam
ſuſceptis. l. Non tantùm. §. Sanè. ff. eod. multa enim im-
pediuntur à principio, quæ poſtea firma ſunt. l. Patre fu
rioſo. ff. de ijs, qui ſunt ſui, vel alie. iur. Hoc tamen decla
8 ra in eo † magiſtratu, qui temporalis eſt l. Athletæ. §.1.ff.
eod. cum ſimilib. ſuperius allegatis, ſecus ſi magiſtratus
ſit perpetuus, vel ſine præfinitione temporis ad princi-
pis beneplacitum, & voluntatem, nam hic à tutela etiā
9 iam ſuſcepta excuſatur, vt in † conſiliarijs principis vol
uit Iuriſconſultus in l. Iuriſperitos. ff. eod. tam ex ratione
dignitatis, quia circa latus principis militant, vt in l.fin.
C.eo. de ſilen. dr̄, quam quia cùm non ſit ſtatutum cer-
tum tempus, & per conſequens honor iudicetur perpe-
tuus, conuenit vt pupillis prouideatur: quando autem
temporalis aliqua cura data eſt à principe, ea excuſat il
la durante l. Geometræ. ff. eod. Si ergo magiſtratus ſui
natura ſit perpetuus, quia creetur durante vita creati,
excuſat etiā a iam ſuſcepta. d.l. Iuriſperitos. §. ī ratione.
10 ſi verò creatus eſt ad beneplacitū † principis, idē, vt eſt
tex ibi ſecundum Bar. in l. De pupillo. §. Siquis ipſi Præ-
tori. ff. ope. no. nuncia. quod intelligendū eſt propriè in
ea materia, quando ſcilicet verba (ad beneplacitum) re-
feruntur ad dignitatem, vel in dubio, ſecus ſi ad perſo-
nam ca. Si gratioſè. de reſcrip. lib.6. Bar. in l. Centeſimis.
§.fi. ff. de verb. obl. Ang. in conſi. 217. & ita declarat Deci⁹.
in cap. Ex literis. in fi. de conſtitu.

Quartò not. ſecundum Ange. ꝙ licèt abſentia cauſa
reipub. præſtet excuſationem a tutela iam ſuſcepta ſal-
tem durante abſentia, vt proximo §. viſum eſt, tamen
magiſtratus à ſuſcepta non excuſatur, vt hic, & dicit
Ang. ꝙ ratio eſt, quia per abſentiam magis impeditur,
quia per ſe rebus pupilli ſupereſſe non poteſt, ſecus quā
do haberet magiſtratum ſine abſentia, quia poſſet vide
re, & intelligere facta pupilli, quod dicit verum, ſi po-
teſtas, vel magiſtratus non impediret, quin etiam tute-
lam ſimul & magiſtratum gerere poſſet, alias haberet ſe
cundum eum etiam à iam ſuſcepta vacationem, allé-
gat. l. Tutelæ. C. de vaca. publi. mune. lib.10. qui tex. non
facit in propoſito, nam ibi non agitur an magiſtratus
excuſet à tutela, ſed an tutela excuſet à magiſtratu, &
munere ciuili. Præterea nec dictum Ang. in ſe verum eſt
nam video Gentiū pręſidatū excuſare a tutela l. Athletę
ff. eod. in §.1 quod tamen intelligitur à noua per text. io
d.l. Non tantum. §. Sanè. & per hunc tex. iuncto. §. Re-
mittuntur. in d.l. Athletę. Ideo autem abſenti cauſa rei-
pub. maius quoddam priuilegium tributum eſt, quia &
11 plerunq; hi negotia † propria & priuata durante tali ab
ſentia adminiſtrare, & gerere prohibetur l. Legatus ff.
de lega. & quia huiuſmodi abſentiæ impedimentum ple
runque ſine aliquo commodo afferunt, ſecus in magi-
ſtratibus præſentim Romanis, eos enim maxima ſeque-
batur vtilitas & prouentus, vnde ſtat regula, quòd qui
in vno grauatur, in alio debet releuari. l. Eum qui. ff. de
de iureiur. Vnum tamen conſiderandum eſt, quòd pro-
pter magiſtratum, quem quis erat in municipio admini
[illegible] excuſationem non videtur habere. l.
Propter magiſtratum. ff. eod. ſecus in magiſtratibus ci-
uitatum, vel prouincialibus. l. Athletę. §. Gentium. & §.
Remittuntur. ff. eod. quod non aliunde factū exiſtiman-
dum eſt, niſi quia & minus dignitatis, & occupationis
habere dignoſcuntur, qui autem hi ſint magiſtratus, do
ctiſſimus Alciatus aliorū omnium maximo errore dete
cto docet c.5. lib.3. Diſpunct.

In glo. 1. Idem dicas de prętore, Conſule, procōſule
& alijs, penes quos imperium eſt l. Eum qui. ff. de iuriſ.
om. iud. vbi tex. in omnibus prouincias regentibus lo-
12 quitur, & ponit exemplum, qui omnes † vnā prǽſidis ap
pellatione continentur. l.1. ff de offic. præſi. & ideo benè
dixit tex. in l. Athletę. §.1. ff. eod. ꝙ Gentium pręſidatus
pręſtat excuſationē, ſumpſit enim generale nomen, vt
omnes prouincias regentes ſignificaret. d.l.1. ff. de offic.
pręſid. promiſcuè enim vtuntur his verbis leges, vt pa-
tet in l. Si per errorem. ff. de iuriſd. omni. iudi. vbi idem
& prętor & pręſes hac ratione appellatur.

Dum verò gloſ. dicit, ꝙ ſimiles poteſtates appellan-
tur, & allegat l. Eos. C. de modo mulcta. dic, quòd ille
text. nō appellat huiuſmodi magiſtratus poteſtates, ſed
benè dicit proconſularem poteſtatem ſe extendere ea-
tenus, vt mulctet in ſenis vncijs auri, ibi enim procon-
ſularem poteſtatem, ideſt imperium ipſum & authorita
tem proconſularem appellat.

Quod verò attinet ad vltimam partem glo. iam dictū
eſt quod circa hoc veniebat addendum in vlt. notab.

## §. ITEM PROPTER LITEM.

1 *Forte, hac dictio quandoq; ponitur, ut adiectio quadã sine significatu.*
2 *Lis cum pupillo non excusabat à tutela iure Institutionum.*
3 *Tutor testamentarius, qui à patre pupillorum fundũ emerat, poterat sibi possessionẽ tradere tutor factus, & soluere, si creditor erat.*
4 *Creditor uel } poterat dari curator hareditati*
*Debitor } iacenti*
5 *Mater tutrix filiorum potest consequi dotes suas, nec per hoc remouetur à tutela.*
6 *Fraudis suspitio tollitur ex naturali affectu parentum erga filios.*
7 *Lis ciuilis magna inter tutorem & pupillum impediebat tutelam etiam iure antiquo, uel magis præstabat iustam excusationem.*
8 *Lites magnæ inducunt inimicitias capitales.*
9 *Inimicitia capitalis dicitur, quando controuersia est de omnibus bonis, uel de hæreditate.*
11 *Tutor habens rem communem cum pupillo an arceatur à tutela, uel excusetur.*
11 *Statutum debet intelligi, ut aliquid operetur ultra ius commune.*
12 *Hæreditatis quæstio quomodo dicatur maxima.*
13 *Creditor uel } minoris uel pupilli nõ potest esse tutor*
*Debitor } uel curator.*
14 *Auth. minoris debitor. C. qui dari tuto. poss. limitatur in creditore, uel debitore modica quantitatis:*
15 *Modicum intelligitur inspecta qualitate personarum.*
16 *Pęna apposita actus non censetur annulari.*

COmmodam diuisionem nõ recipit, si quis tamẽ diuidendũ putet in regulam & limitationẽ, distinguere põt, vt regula sit, Litẽ cũ pupillo causam nõ esse legitimã [illegible] tionẽ pstet: limitatio de sit, si de omnib. bonis, vel hæreditate controuertatur. secũda ibi, Nisi forte.

Lis omnũ bonorũ, vel hæreditatis tantùm cum pupillo excusat a tutela h.d. ex l. propter litem. ff. eod.

Casus positio clara est, ratio aũt dubitandi considerari posset ea, quam considerauit Imperator in Auth. vt ij, qui obli. perhi. hab. res min. periculũ, scilicet surreptionis instrumentorũ & probationũ, aliaq; in prin. d. constitutionis expressa, attamẽ apud priscos illos Iurisconsultos eo fortasse tempore, quo nondum seculum illud ad eam declinasset malitiam, discrimen hoc consideratum minimè fuit, nisi vel quando hæreditatis, omnium vè bonorum controuersia erat: his enim duobus casibus, cùm quasi de capite ageretur, & inde soleant capitales, Inimicitiæ exoriri, præstiterunt iustam excusationem: in cęteris enim litibus non putauit antiquitas quenquã ita impium futurum, vt cum tanta existimationis suæ iactura rebus pupilli fraudem faceret, ideo cùm postea experientia compertum fuerit tutores & curatores sub hoc pretextu pupillos spoliare, correcta fuit regula textus nostri, vt ĩ d. Auth. vt ij oblig. perhi. hab. res mino. & in auth. Minoris. C. qui dari tuto. poss.

1 In tex. ibi, Nisi forte. †Vana est hęsitatio Accursij, verbum enim illud (forte) adiectio quędam est, idem enĩ significat, ac si non adesset, quo modo loquendi, vtitur, & M. Tullius sępenumero, prout in Orat. pro Plancio, & in Orat. pro Flacco, & lib. 1. de Natura Deorum facile videri potest, & frequenter etiam apud Iuriscõsultos

„ inuenitur. Vlpia. in l. Filiusfa. in prin. ff. de procura. Sed
„ & iniuriã passus pcuratorẽ dabit ad iniuriarũ actionẽ, si forte neq; pater præsens sit. & alibi legitur frequẽter.

2 No. 1. ꝙ †lis quam tutor, vel curator habebat cum pupillo, vel adulto, secundum hæc tempora non præstabat excusationem a tutela, concor. tex. in l. propter litem. ff. eo. & in l. Creditore. C. qui dari tut. poss. & hinc videmꝰ
3 quòd † olim tutor, si a patre pupillorum fundum emisset, nec vacuam possessionem accepisset, poterat tutor factus sibiipsi possessionem tradere l. Fistulas. §. 1. ff. de contrah. empt. & etiã sibi soluere, si creditor erat. l. Quoties. §. Sicut. ff. de admini. tuto. facit etiam tex. in l. Si pupilli. §. fi. ff. de neg. gest. & quemadmodum creditor, vel
4 debitor poterat †dari tutor, vel curator pupillo vel adulto, ita etiam poterat dari curator hæreditati iacenti. l. Debitor. ff. de nego. gest. quem tex. pro singulari allegat Roma. In sing. 130. Volo tibi dare vnum casum.

Secundò no. ꝙ secundum hæc tempora poterat esse lis inter tutorem & pupillum, & quòd non solùm hoc nõ repellebat tutorem a tutela, sed nec etiam præstabat iustam excusationẽ, vt hic dicitur, & est sup. de autho. tu
5 to. in §. fi. †Ex quo infert Ang. hic, ꝙ si mater est †tutrix filiorũ suorũ, poterit consequi dotes suas, neque per hoc remouetur a tutela, & erit lis inter tutricem & pupillũ, de quo est tex. in auth. Ad hæc. C. quan. muli. tute. offic.
6 fungi poss. naturalia enim ille †affectus erga filios remouet suspitionem fraudis iuxta tex. in l. Consilio. C. de cura. furio. in l Nõ solum. §. 1. ff. de ritu nupt. ad eam tamẽ litem dabitur curator. §. 1. sup. de curato.

7 Tertiò notant Doct. hic, ꝙ † si sit magna lis ciuilis inter tutorem & pupillum, iure isto non potest esse tutor si vel omnium bonorum, vel hæreditatis sit: circa quod aduertendum est vltra illos, ꝙ cùm hæc limitatio in tex. nostro ponatur ad regulam illius, vt scilicet lis inter tutorem, & pupillum non præstet iustam causam excusationis, sequitur, ꝙ si lis sit de omnibus bonis vel de hęreditate, vt hic dicitur, non [illegible] catur omnino tutor esse is, qui cũ pupillo litigat, sed necessaria est, vel excusatio, vel remotio, ita est tex. in l. Idem fiet. §. Cùm antẽ. ff. de testa. tute. & aduertendũ est, ꝙ Bar. in l. 3. ff. de adim.
8 leg. [illegible] hulusmodi grauioribus litibus insurgant inimicitię capitales, quæ excusant à tutela. §. Inimicitiæ. infra eodem.

9 Vult enim Bar. ꝙ †inimicitia capitalis dicatur quando controuersia est de omnibus bonis, vel de hęreditate per illum tex. Mihi videtur, quòd Bart. malè intellexerit, nam si ea ratione excusaretur à tutela habens huiusmodi litem cum pupillo, frustra fuisset positus hic §. cum huic regulę satisfactum esset per d. §. Inimicitię infra eodem. Vnde verior est ratio, ꝙ hoc inductũ erat ob timorem subtrahendorum iurium, vt dixi superius.

10 Iuxta hęc dubitari solet. quid si tutor habeat †rẽ communem cũ pupillo, an hodie prohibeatur à tutela, vel saltem excusandus sit, & tex. in l. Quoniam res. C. eodẽ dicit hoc non esse idoneum ad excusationem. Vidi ego alias hanc quęstionem in facto in ciuitate Burgi: nam decesserat pater relictis pluribus fratribus quorũ vnus maior erat, ad quẽ erat delata legitima hæreditas ipsorum fratrum ipso iure. l. Legitimos. in princ. l. Intestato. cum l. seq. de legi. tuto. & dicebatur, quòd non poterit esse tutor per authen. Minoris debitor. C. qui dari tuto. poss. vbi glo. hoc videtur velle, & ibi eam sequitur Cyn. in 5. q. & Alber. propter identitatẽ rationis, & dicit Bar. in Auth. vt ij, qui obli. perhi. hab. res min. in princ. ꝙ hęc opi. cõmuniter tenetur, si tamen illa est lectura Bar. nam Ias. in l. Quidam cum filium. ff. de verbo. obli. col. 14. ex pluribus cõcludit, ꝙ lectura super authen. non sit Bart. sed ego in casu illo consului contrarium per tex. in d. l. Quoniam res. & per doctrinam Bar. in d. auth. Minoris debitor

debitor.cō qua transeunt ibi Bal. Ang.& Saly.quia cùm non controuertatur de hæreditate, & sic de ipsa cōmunione,vel non sint implicitæ rationes, habet locum ratio tex.in d.l.Quoniam res.q̄ harum rerum diuisio curatore dato fieri poterit, quod eo magis concludebam, quia extabat i loco statutum, q̄ frater maior 25.annis, nisi mater vellet esse tutrix, omnino tutor esset fratrū suorum,dicebam enim statutum illud indistinctè intelligendum etiam stante communione l. De pretio. ff. de pubiica.aliter enim statutum nihil operaretur vltra ius
2 † cōmune.l.1.l.Legitimos.ff.de legi. tuto. statutū † enim debet intelligi,vt aliquid operetur vltra ius commune, si secundum ius commune nihil operatur secūdū Bart. in l.2.ff.de vsucap.in l.4.§.Prætor.ff.de dam.infec.col.3. versi.Quæro quid si statutum.præsertim cum ita intelligendo non infertur damnum alteri saltem graue secundum Imol.in d.§.Prætor.per not.per glo.& Bart.in l.fin. §.In cōpuntione. C.de iure deliber. cui consilio se subscripsit excellens Doct.D.Ant.Stozza.

12 Quartò not.ẽni Ang. q̄ † quæstio hæreditatis dicitur maxima,vtpotè cùm sit de quodam iure vniuersali, qđ ipse intelligit,si de magna hæreditate sit quæstio, non si pauperis. Mihi videtur,q̄ Ang. nō intellexerit hūc tex. qui intelligendus est de hæreditate paterna iuxta text. in d.l.Si pupillum.ff.eodē. si enim de hæreditate alterius ageretur, non veniret consideranda illa quæstio prout hæreditatis,sed an quæstio esset de plurima parte bonorum suorum, vt considerat Iurisconsultus in l. propter litē.ff.eod.tit.sed decepit Ang.authoritas gl.hic.Expendenda ergo est magnitudo discriminis, & an de omnib. bonis, vel de plurima eorum parte contentio sit,vt dicit text. in d.l.propter litem.vel sit quæstio hæreditatis paternæ:de rarò enim contingentibus est, vt hæreditas paterna in pupillo non sit maxima pars bonorum eius, licèt aliunde etiam potuisset consecutum fuisse ampliores facultates,tamē ad ea se referunt leges,quæ frequentius accidunt l.Nam ad ea.ff.de legi. & ita etiā est intelligendus & declarandus tex.in l.Si vt allegas.C. eodem & ideo optimè Salyc.ibi intelligit illā l.in hæreditate. ꝓpter quam quæstio sit maioris partis bonorum.

In glo.1.Quid sibi voluerint illa verba (nisi forte,)in textualibus declaratum fuit: q̄ autem, quando quæstio est maioris partis bonorum,vel omnium,excusetur tutor,vel remouetur à tutela, similiter suprà dictum est per text.in l.propter litem.& in l.Si pupillum.ff.eodē & in l.Si vt allegas.C.eod.alias enim secundū ista tempora per regulam huius tex.neq; à tutela, neque à cura ideo quis excusabat,q̄ creditor,vel debitor pupilli, vel adulti esset,sed debebat habere participem in munere, & sic vel contutorē,vel curatorē,vt si res exegisset, pupillus, vel adultus alieno egens auxilio defendi posset. l. Neq;
13 à tutela.C.eod.Subdit glo.q̄ † hodie secus est,quia creditor,vel debitor minoris non potest esse tutor. §. 1.in Auth.vt ij,qui oblig.perhi.se habe.res mino.Conclusio ergo glo.est, q̄ tutor ipso iure esse non possit, & attius hoc voluit glo.in l.pater.ff.de procura.& in auth. Minoris debitor.in glo.2.C.qui dar.tuto.poss.quam,q̄ tractāt latissimè Doct.in d.auth.Minoris debitor.& Christoph.
14 hic.Mihi placet opi.Saly.hoc modo declarata.†Clarum est,q̄ creditor modicæ quantitatis non remouetur,nec in eo habet locū quod deciditur in d.authe. Minoris debitor.& in corpore vnde sumitur,glo. Bar. & omnes ibi cum similib.vt per Mars.in consil. 103.num. 29. modò pone, quòd aliquis coràm iudice proposuit se creditorē,vel debitorem,vt se excusaret,&†quia modicum in-
15 telligitur inspecta qualitate personarum l.1.ff.de iur.de libe. iudex excusationem non admisit, vel quia iudex non inuenit veram esse excusationem, vel eam,quæ nō pariat excusationem, tali casu tutor erit, vel curator,

aup

alias aperiretur via omnibus,qui assererentur se habere obligatos minores contradict. Authen.vt ij,qui obliga.
„ perhi.ibi,Nec verò tutelæ,vel curationis recusationem
„ omnibus hominibus præstamus.hoc ergo casu,& tutor erit,& si debitum verum appareat, credo illū non amittere: quòd si iudex ideo daret, quia quamuis creditor sit,est tamen idoneus iudicio suo, & hoc casu, quia decretum suum erit interpositum ex causa falsa, ex expressa iuris dispositione nō valebit datio.l.2.C.quād.prono. non est necess.l.Tutor si petitus.l.Scire.ff.de tuto.& cura.dat.ab ijs cū similib.si verò tutor, vel curator debitū tacuit,tūc cadit à iure suo d.auth. Minoris. & hoc casu dubiū est,an interim hoc non obstante sit tutor,& glo. dicit q̄ non, quā Doct.sequi videntur.Mihi placet con-
16 traria opin.tum quia†vbi pœna apponitur,actus nō censetur annullari.l.Non dubiū. vbi Doct.C. de legib. item quia cùm statim perdat debitum,non remanet amplius creditor secūdū Bar.quæ ratio est falsa, quia ideo perit debitū,quia voluit admitti ad tutelam,ordine igitur intellectus tutela præcedit,licèt.q.sit de puncto. Addit Saly. rationē per tex.in d Auth.vt ij, qui oblig. dum dicit, q̄ sciat hanc se pœnā subiturū,ne curationis tempore possit,aut compositis forte solutionibus,aut alijs liberationibus,debito se exuere,& sic secundū Saly. supponit curam & tutelā valere. Tamen.d.ratio posset tolli,intelligit enim de curatione prout est facti, idest de illo tpe, quo tacendo curā administrabat: melior videtur ratio, vt id fiat,quia cū datus sit, & nullus sit expressus error in decreto,sustinebitur authoritate iudicis datio,pupillo aūt consultū est per pœnas,quæ introducuntur contra huiusmodi tutores. Puto igitur tenere dationē, & tutorem non ipso iure tutorem non esse,vt dictum est.

In glo.fi. De hoc satis dictum fuit in notabilibus, declara vt ibi, aliter glo.non benè diceret.

## S. ITEM TRIA ONERA.

1 *Tutelæ tres excusant à quarta,quandiu administrantur,etiam in persona filij in potestate.*

2 *Tutela durare nō creditur, etiā si ratio nō sit reddita.*

3 *Tutela una sufficit ad excusationem, si diffusa, & negotiosa sit.*

4 *Tutor duarum tutelarum, & qui à tertia se excusat, si pendente excusatione vocetur ad quartam,an possit proponere excusationem tanquam vocatus ad tria onera.*

5 *Tutor duarum tutelarum,si ei duæ aliæ simul deferantur,a qua excusabitur.*

6 *Ratio non quæritur in positiuo iure.*

7 *Tutela dicitur onus respectu tutoris, respectu pupilli fauor.*

8 *Filiorum appellatione in tutela non ueniunt nepotes.*

9 *Affectata tutela non parit excusationem.*

10 *Affectans tutelam suspectus est, & si suspitio sit modici præiudicij.*

11 *Affectatio probatur & testibus,& coniecturis.*

12 *Affectata non prosunt.*

13 *Impedimentum affectatum non prodest.*

14 *Præuentio affectata non prodest.*

15 *Accusatio affectata non repellit a testimonio.*

16 *Famulus expulsus data opera,vt inducatur in testem non probat.*

27 *Citari nō debet is vlterius,qui procurauit ne ad se perueniret citatio.*

18 *Titulus affectatus nō prodest ad repellendum agentē.*

19 *Absentia causa reipublicæ affectata non prodest.*
20 *Legatione libera abesse qui dicebantur.*
21 *Finitum censetur id quod de proximo finiri debet.*
22 *Tutela plurium pupillorum pro vna habetur.*
23 *Pauperi culpa sua non subuenitur.*
24 *Inimicitiæ ex propria culpa prouenientes nō excusant*
25 *Metus iustè illatus non excusat.*
26 *Honorarius tutor quis dicatur.*

NON diuiditur, nisi dicas in prima parte regulam poni, in secunda declarationem. secunda ibi, Vt tamen.

Tres diuersæ tutelæ non affectatæ, quandiu durant, excusant h. d. ex l. Tria onera. ff. eodem.

Casus clarus est in tam generali regula, cuius ratio manifestè apparet propter difficultatem conficiendarū rationum, & administrationis gerendæ. l. Si is qui tres. §. fin. ff. eodem & ideo fratrum tutela quamuis plurium ꝑ vna habetur, quia, vt ibi dicitur, patrimonia ipsa non numerus personarum inspiciuntur propter diuersas rationes administrationis reddendas, hoc enim posset nō solùm cedere in damnum tutoris, sed & pupillorum: quæ vera sunt, nisi affectatæ sint, nam cum suâ quodammodo voluntate, non muneris publici necessitate, hoe onus subierit, proculdubio non est excusandus iuxta re gu. Damnum. de reg. iur. lib. 6. cum vulg. siue ergo, vt effugiat quartam, tres leues (puta) affectauerit, fraudi huic occurrendū est, siue vt explicare posset pupillū, vt suspectus remoueri potest, vt dicemus in notabilibus.

1 Not. 1. regulam tex. nostri, ꝙ tria onera tutelarū excusant à quarta, quandiu administrantur, concor. text. in l. Tria onera tutelarum. ff. eod. in l. 1. C. qui num. tutel. cuius ratio est, quam suprà posui in figuratione casus, & dicimus etiam paulopost.

Ampliatur hęc regula, vt non solùm tria onera tutelarū excusent in persona illius, qui tutelam administrat, sed etiam in persona filij. Si enim pater fuerit in tribus muneribus, aut tutelæ, aut curæ, filius eius non vexabitur, ita enim à sapientissimis Imperatoribus constitutū fuit. l. Diximus. §. Si pater. ff. eod. quod intellige si filius in potestate sit, vt declarat ibi Alber. & ꝓbatur ex l. seq. Et idē est, si filius in potestate, qui & tutor dari potest. su pra qui testa. tuto. dar. poss. in princ. onere trium tutelarū grauatus sit, nam si patri tutela deferatur, excusari potest: & eodē modo si pater duas tutelas administret, filius vnam, si patri, vel filio deferatur noua tutela, excusantur. Quādo enim onus vni familiæ incumbit, ex quo omnia ad periculum eiusdem spectant, excusatio competit. d. l. Diximus. §. Si pater. in fi. cum l. sequenti. ff. eod. quæ locum habent, quando patris voluntate filius tutelam administrat, aliàs enim si sine voluntate patris admīnistraret, onus hoc nō prodesset patri, vt sæpe est rescriptum. l. Tria onera in domo. ff. eod. qualiter autē dicatur voluntate patris administrare, declarat text. in l. Si filiusfami. ff. de tutel. Neque hæc tantùm vera sunt in tutela, sed ea locum habent in alijs muneribus publicis: nam si pater magistratum, vel munus aliquod gesserit, præstat vacationem in sequentem annum non tantum sibi, sed & filio. l. Filio. ff de legatio. l. 1. C. de hon. & mu. non contin. lib. 10. l. Nulli. in princ. C. de nume. & actua. lib. 12. Alex. in consi. 215. Visa. col. 2. & col. fi. lib. 1.

Secundò amplia, vt inter tria onera cōnumerari debeat etiam onus tutelæ legitimæ filij sui emancipati: si enim pater emancipasset impuberem, cùm legimus eius tutor efficiatur. l. 3. §. fi. ff. de legi. tut. & sup. de legi. pat. tute. hęc etiā tutela numeratur inter tria onera ad excusandum à quarta. l. Si quis inter. in princ. ff. eodem.

Tertiò amplia, etiam si pupillus ab hostibus captus sit, vel tutor falsis excusationibus se excusauisset: nam hoc casu, quia ad ipsum pertinet periculum, tale periculum in numero trium tutelarum computatur, vt est tex. in l. Siquis tutor. in prin. ff. de ritu nuptiarum.

Hæc tamen regula tex. nostri ita ampliata declaratur pluribus modis: primò nisi tutelæ, vel aliqua earum affectata fuerit, vt in tex. nostro, & in l. Spadonem. §. fi. eo. tit. de qua declaratione dicemus paulopost.

2 †Secundò declaratur, vt tria onera tutelarū non excusent, si vna earū expirauit, & ratio reddita non fit: quamuis enim tutor adhuc implicetur, & occupetur in rationibus reddendis, & ideo videretur adhuc durare ratio, propter quam datur excusatio, tamen ex quo semel est expirata tutela, vel cura, excusatio amplius non datur, quamuis earum ratio non sit reddita, casus est in l. 1. C. qui nume. tute.

Tertiò declaratur, si tutor coëgit pupillum sub eius tutela existentē abstinere ab hæreditate paterna: quamuis enim illius tutor sit, & duret adhuc cura personæ pupilli, tamen hæc tutela non præstat excusationē a quarta, quæ deferretur, ita est tex. in l. Si is, qui tres. §. Eum q. in princ. ff. eod. & est ratio secundum Dynum ibi, quia cùm non sit patrimonium, quod administretur, cessat ratio, quare tria onera tutelæ excusant a quarta.

3 †Quartò declaratur, vt vna tantùm sufficiat, si tam diffusa & negotiosa sit, vt pro pluribus cedat, hoc enim casu Iurisconsultus rectè existimat facturum Prætorem, qui vnam tutelam sufficere crediderit, & excuset a secunda, rex. est in d. l. Si is, qui tres. § fin. ff. eod. tit. & ratio est, quia difficultas administrationis in hac excusatione attenditur, vt dicit ibi tex. in fin.

Quintò declaratur, vt quamuis impedimētum, & difficultas rationum faciendarum & reddendarum sit causa, quare tribuatur priuilegium excusationis d. §. fin. tamen hoc est verum in eodem genere impedi[illegible] si tutor duorū patrimoniorū, & [illegible] onere tutelarū duarū, rationa[illegible]is munere grauetur, nō excusatur ab alia tutela, quia ratiocinationis munus, & onus rationum ciuitatis conficiendarū non connumeratur in tutela. l. Spadonē. §. Ratiocinatio. ff. eodem qd procedit ex regula tex. in l. 1. C. qui nume. tute. ꝙ diuersæ species vacationis imperfectæ etiam permixtè ad excusationem non proficiunt.

4 †Iuxta hanc regulā ita declaratam quæro, quid siquis gerens duas tutelas, ad tertiam vocatus excusationem proposuerit infrà tempus legitimum, & pendente iudicio excusationis ad quartā vocetur, an poterit se excusare à quarta, eò ꝙ tria onera tutelarū illi antea delata sint? Et responsum est à diuis fratribus non oportere ad quartam promoueri à tertia appellantem, sed expectari debere quisnā sit finis excusationis propositę: ex eo. n. deprehendetur nunquid duobus, vel tribus oneribus grauetur, aliàs enim euenire posset, vt non admissa excusatione grauaretur quis onere quatuor tutelarū. l. Diximus. in princi. ff. eod. vbi Modestinus hanc quæstionem decidit. Pendet enim excusatio à quarta, ex eo, an fuerit probata, vel reprobata excusatio à tertia, vt dicebat ibi Dyn. & Iac. Butrig.

5 †Altera. q. olim disputata fuit, quid si gerenti duas tutelas aliæ duæ deferantur simul, quæsitū enim est quomodo à quarta excusabitur, & hanc. q. decidit etiam Modestinus in l. Si duas. in princ. ff. eo. vt si ordo apparere possit, ille attendatur, si verò de ordine non constet, tunc vult ibi tex. ꝙ qui creauit eligat quā ex illis duabus tutelis oporteat illum suscipere, quod intellige si vnus, & idem index tutorem illum dedit; si verò datus esset à diuersis, voluit ibi glo. vt non apparente ordine recurratur ad superiore argum. l. Duo iudices. ff. de re iudic.

quæ

quę ſententia mihi non placet,ſed puto potius in con-
flictu rationum & incertitudinis,ſi nulla inde concor-
dia inſurgere poſſit,ꝙ ab ambabus excuſetur arg.l.Duo
ſunt Titij.ff.de teſta.tute.

Alia.q.in dubio reuocata fuit,ſi grauatus onere triũ
tutelarũ diuerſis decretis duobus pupillis tutor datus
ſit, namcertũ eſt,quòd hic poteſt ſe excuſare ab amba-
bus, ſi tamẽ priuſquam cauſa excuſationis allegaretur,
vnus ex prioribus pupillis,quorum tutelam adminiſtra
bat,deceſſerit, quo factum ſit,vt amplius non grauetur,
niſi onere duarum tutelarũ, & per conſequens deſinat,
competere excuſatio,dubitatũ fuit quomodo,& à qua
excuſetur,& reſpõdit Paulus in l.Si is qui tres.in princ.
ff.eo.ꝙ ex priori decreto teneã, & à quarta excuſatur,
niſi lapſum fuerit tempus,vt ibi dicitur.

Secundò not.ibi,Tria.ꝙ præcisè requiritur numerus
trium tutelarum,ad idem eſt tex.in l.Tria onera.& in l.
Si is, qui tres.ff.eod.tit.Quare autem magis tria,quàm
quatuor, vel duo excuſent,hoc,cùm ſit poſitiui iuris,
non habet aliam in ſe rationem, niſi ꝙ lex exiſtimauit
ſatis fore implicitum curis & ſolicitudinibus eum,qui
trium tutelarum onere grauaretur,& ideo videmus,ꝙ
ſi vnica tutela implicita ſit & diffuſa,ea ſola excuſat,fa-
cit gl.in l.i.§.pueritiam.ff.de poſtu. in uer.Ratus.quã-
do enim in iis,quæ ſunt poſitiui iuris,habemus legem
6 vel ſtatutum expreſsè aliquid diſponẽtem,nõ eſt† quòd
ulterius rationẽ quæramus, & optimè tradit Ang.in l.
Iuſtitia .ff.de iuſti.& iur.Bal.in l.Gallus.§.Si eius.ff.de
lib.& poſthu.tradunt Fely.& Deci.in c.Si quando.in fi.
de reſcrip.ſicut dicimus in vſucapione,ꝙ tẽpus in uſu-
capione ſtatutum tanquam poſitiui iuris non habet in
ſe certam rationem, ſtatuendum ſiquidem fuerat cer-
tum tempus,ut dicemus ĩ.in titu.de vſucap.
7 Tertiò no.ibi, Onera.ꝙ† tutela dicitur onus, facit tex.
in d.l.Tria quod declara reſpectu tutoris, ſed reſpectu
filii, vt pupillis,dicitur fauor, ut diſtinguit Bar.in l.Li-
8 berorum. col.3.ff.de verb.ſignif.vbi uoluit,ꝙ† ex hac ra
tione in datione tutelæ appellatione filiorum non ue-
niant nepotes, §.fi.ĩ.qui teſta.tuto.dari poſſ.& pro hoc
eſt bonus tex.in l.Maximinus. in fi.C.de legi.hære.ibi,
,, Quas autem perſonas ex iure cognationis in legitimas
,, ſucceſſiones tranſuexímus,eas & tutelæ grauamini ui-
,, ciſſim ſupponimus. melior tex.ĩ.de legi.patro.in fi.ibi,
,, Quia plerunq; ubi eſt ſucceſſionis emolumentum,ibi
,, & tutelę onus eſſe debet.vnde mirũ eſt,ꝙ Bal.in l.Cùm
quidam.in ſecunda oppoſ.C.de verbo.ſignifica.voluerit
tutelam magis accedere ad honorem,quam, ad onus,
præſertim cùm alleget text.in l.Teſtamento centurio.
§.l.in fi. ff.de manu.teſta.qui nec loquitur,nec loqui po
teſt in tutc.

Quartò not.ibi,Tutelę.Idẽ dicas & ſi mixtim ſint tu
tela & cura:pone,ꝙ ſit una tutela & duę curę,ſiue duæ
tutelæ & vna cura, ſiue tres tutelę tantum,ſiue tres cu-
ræ tantum , vt eſt tex.in l.2.§.fi.ff.eo.ex quo enim ſunt
eiuſdem generis, coniungũtur ad excuſationẽ parien
dam iuxta tex.in l.i.C.qui num.tute.& intelligas etiã,
ꝙ excuſat cura furioſi,ſicut adoleſcentis,item & prodi
gi propter rationis identitatem.d.l.2.in fin.
9 Quintò not.ibi, Non affectatæ.quòd† tutela affectata
non pręſtat excuſationem per rationem, quam poſui.ſ.
in figuratione caſus, concordat tex.in l.Spadonem.§.fi.
ff.eod.affecerunt enim leges hoc incommodo affectan
tes tutelas,ut non potirentur commodo excuſationis,
10 quinimmo & ſuſpitione quadam† laborãt affectãtes ſe
creari tutores.l.Scire oportet.§.fi.ff.de tuto.& curato.
da.ab iis.facit tex.in l.Quæ omnia.ff.de procu.§.Nec fe
rendus.& notant omnes maximè Bar.in d.§.fi.Benè ve-
rum eſt,ꝙ hanc ſuſpitionem modici eſſe momenti quò
ad præiudicium tutoris dixit Deci.in conſil.575.col.2.
verſic.Videndum eſt.vbi videndum eſt,quia hoc tractat
latiſſimè: non enim extra propoſitam materiã digredi
11 oportet.Probatur autem† affectata non ſolùm teſtibus
& probationibus,ſed etiam cõiecturis,puta, ſiquis mo
dici patrimonij factus ſit tutor, nam hoc caſu affectaſſe
videtur ad effugienda onera aliarum tutelarũ,vel alio-
rum munerum, tex.eſt in d.l.Spadonem .§.fi.ff.eo.& de
clarant ibi Dyn.& Alber.
12 Sextò & hoc correlariè infero,ꝙ† affectata non pro
13 ſunt:& hinc uidemus, quòd† impedimentum affectatũ
non releuat.l.2.§.fi.ff.ſiquis cant.l.3.§.Subuenitur.ff.ad
Sylla. Spec. in titu.de cita.§.j.verſic. Item ꝙ curatus.&
officia & dignitates publicæ, quæ alias immunitatem
præſtant , affectanti nõ opitulantur.l.Vnioeſi.vbi.Bar.
14 C.de legatio.lib.10.& præuentio, quæ alias† excuſat à
maiori pœna,non prodeſt ſi procurata ſit,uolunt Ang.
Bal.& alii in l.Si ſeruus plurium §.Siquis ante.ff.de leg.
15 j.& ille,qui aliquẽ† accuſat criminaliter data opera,vt
poſtea eum repellat è teſtimonio contra ſe,fruſtra labo
rat,Ioan.And.in c.fin.de teſti.& is,qui aliquem percuſ-
ſit,ut eum tanquam inimicũ poſtea repellat à teſtimo-
nio contra ſe,ſimiliter nihil agit ſecundum Bar.in l.j.§.
Cùm quis.ff.de quæſtio.ſicut è cõuerſo ille,qui expulit
16 famulũ de domo,† vt poſſit poſtea pro eo teſtificari,hac
affectione non iuuatur Bar.in l.i.§.Si ſeruus.el 2.ff.de
quæſtio.& affectata ignorantia non prodeſt.l.i.§.i.ff.de
acti.empt.verſ.Sed ſi rd.Solet enim talis ꝓcurata igno
rantia pro ſcientia eſſe.l.Qui contra.C.de inceſt. nupt
vbi Bal.hoc not.& eſt tex.in c.Cùm inhibitio.§.Siquis
verò.de clandeſti. deſponſ.c.2.de tempo.ordi.lib.6.Bal.
in l.Quicũque col. pen.verſi.Item facit.C.de ſer.fugi.
17 & qui† affectat,ne ad eum citatio perueniat,non eſt ul-
terius citandus, nec etiam ad diffinitiuam.c.Quoniam.
frequentes.§.Porrò.ut lit.non conte.per quem ita dixit
Innoc.in c.Ad petitionem. ad fi.de accuſa.Nec metus,
quẽ ſibi quis infert, iuuat.l.Si mulier.ff.quod met.cau
& qui ad unũ tribunal ſe vocari curauit,ut ab alio excu
ſaretur, operam perdidit.l.Si ſeruus plurium.§.Siquis
ante.in princ ubi Bald.hoc no.per illum tex.ff.de leg.i.
18 & Spec.in tit.de cita.ubi ĩ.& ſimiliter affectatus† nõ pro-
deſt ad repellendum agentem ſecundum Bar.in l.Siue
autẽ.§.Si duobus.ff.de publici.tradit Iaſ.in §.Sed iſtæ.ĩ.
de actio.& in Si uerò. col.2.ff.qui ſatiſda.cogan.Ioan.
Andr. in addi Spec. in titul. de cauſ.poſſ. & propriè.§.
Nunc dicendum . uerſic.Sed nunquid. Bald.in l.Quo-
ties.col.5.C.de rei uendi.in l.Cogi.col.2.C de peti.hę-
19 re.Et hinc eſt, quòd † ille , qui data opera & ſine lucro
affectauit reipub. cauſa abeſſe,non iuuatur edicto Prę-
toris.l.Et qui data.ff. ex quib.cau. maio.Bal.in c.2.in fi.
de feud.ſine cul.non amit.Zaſius in §.Rurſus.ĩ.de acti.
20 col.7.verſ.Secundò fallit.& hi ſunt qui† olim dicebãtur
libera legatione abeſſe,ut eſt tex.ad literam in l.Qui li-
,, bera.ff.de lega. Qui libera ( inquit Vlpia. ) legatione
,, abeſt , non uidetur reipub.cauſa abeſſe, hic etiam non
,, publici commodi cauſa, ſed ſui abeſt.quod nihil aliud
eſt, quam idem quod Vlpianus expreſſit in d.l.Et qui
data opera. & plura circa hanc affectationis materiam
congerit Hippol.in l.i.§.Cùm quis. col.3 .ff.de quæſtio.
& Alcia.lib.j.de verbo. ſigni.vbi videndum, Fely.in c.
fina.de teſti.

Septimò ibi,Quãdiu.not.ꝙ tria onera excuſant quã-
diu durãt,ergo ſi una ex illis tutelis ceſſat,ceſſat & im-
munitas & facultas excuſandi,etiã ſi,ut dixi,earũ ratio
reddita non ſit.l.i.C.qui num.tute.quod tamen declara
& limita, niſi modicũ ſpatiũ ſuperſit:pone enim,ꝙ tu-
tor triũ pupillorũ habeat unum ex eis,qui ſit prope pu
bertatẽ per ſex mẽſes,quando non a deferrur tutela,uel
cura , iſto caſu quamuis duret adhue onus triũ tutela-
rum , non excuſatur : & eodem modo ſi quarta tutela,

quæ defertur, sit pupilli, qui sit prope pubertatem per
sex menses, nam hac quarta non excusatur secundum
principales constitutiones, vt est tex.in l.Non tantum.
in princ.ff.eod.quod nulla ratione innititur, nisi quia
51 tutela illa propet finem est, vnde habetur quodammodo
pro finita iuxta ea, quæ superius diximus in §.Item qui
reipublicæ. Putarem tamen rectè facturum iudicē, qui
hoc casu non solùm ætatem inspiceret pupillorum, sed
& quantitatem patrimonii, & cuiusmodi sint rationes
iuxta text.in l.Si is, qui tres.§.fi.ff.eod.

52 Vltimò not. ꝙ tutela plurium pupillorum, puta fra-
trum habetur pro vna, quia nō consideratur numerus
pupillorum, sed diuersitas patrimonij, & an ratio admi-
nistrationis pariter reddenda sit, quia non numerus pu
pillorum, sed difficultas rationem conficiendarū & red
dendarum consideranda est, ut optimè declarat textus
in d.l.Si is, qui tres.in fi.ff.eod.quod vsque adeò verum
est, ꝙ si pluribus fratribus, aliis pupillis, aliis adultis,
idem sit datus tutor & curator respectiuè, si indiuisum
patrimonium habent, reputabitur hoc vnicum onus
& non plura, quamuis respectu aliquorum sit tutor, &
respectu aliorū sit curator.l.Tria onera tutelarum.ff.eo.
quod profecto videbatur absurdū, quia cum tutor per-
sonis detur saltem principaliter, videbatur inspiciēdus
numerus personarū.§.Certę.ī.qui testa.tuto.dari poss.
quæ obiectio resoluitur ex eo, quia hic agitur de con-
sideratione dādæ, vel nō dandæ excusationes, quæ prin
cipaliter dātur ꝑꝑ occupationes & implicita negotia,
ideo cùm vnū, & idē ferè sit negotiū administratio eius
dē patrimonii, sancitū fuit quod dicitur in tex.nostro.

In glos.in ver.Tria onera.Interpretatur glo.verbum
(onera,) vt scilicet verè sit onus, nā si tutela modici pa-
trimonii sit, non dicitur onerosa ſm gl. quod quamuis
in se verū sit, vt scilicet tutela modici patrimonii excu-
sationem non præstet, tamen non puto hoc esse ob mo
dicitatē & leuitatē patrimonii, sed ex iuris præsumptio
ne, ꝙ scilicet affectata fuerit, vt est tex.in l.Spadonē.§.
fi.ff.eo.quo fit, vt ex quo hoc fundatū sit in pręsumptio
ne, alia pręsumptione tollatur secundum naturam prę-
sumptionum, ꝙ si alia præsumptione eneruetur & tol-
latur prima, crederem etiā illam tutelā, quę modici pa-
trimonii esset, excusare contra glo.& Docto.quia onus
est, quàmuis onera differant per plus & minus, & ideo
non differāt specie.l.fi.ff.de fund.inst.Secunda pars gl.
declaratur apertè ꝑ tex.ibi, Vt tamē plurium.& apertius
per tex. in l. Si is qui tres.§.fi.ff.eo. & fuit dictum in vl-
mo not.Tertia pars de tutela affectata abūdè supra de-
clarata est in notab.nec vera est ratio glos.ꝙ affectatæ
non excusent, quia non censeantur onerosę, sed quia
sponte quis ambiendo & affectādo se supposuit oneri:
intelligit enim lex tutelā affectatā non ideo minus esse
onus, ꝙ affectata sit, sed noluit inde cōmodum ducere
posse tutorē, quia affectauit ex regula ea, quæ habet, ꝙ
damnū sua culpa passum patienti imputandū sit, quem-
admodum videmus & onus paupertatis excusare.s.eo.
53 §.seq.& tamē siquis culpa sua incidat in paupertatem,
non excusantur, nec ei est subueniendū, vt tradit Alex.
in l.Quamuis.ff.solu.matr.Fely.& Dec in c.Quæ in ec-
clesiarū.col.pen.de consti.& est tex in l.pen.§.fi.ff.de iu
re dot. in l.fi.§.fi.ff.de iis quæ in frau.credi.in l.Etiā.§.j.
ff.solu.matr.quia culpa erat ordinata ad casum pauper-
54 tatis.Similiter inimicitię ex propria culpa prouenientes
nō excusant.Dec. in c.Vt debitus. col.7.de appell.& me
55 tus iustè illatus similiter excusationē nō præstat, vt la-
tè Dec.in c.fi.col.2.de appell.Quarta pars gl.est clara, &
quando oportuit fuit declarata in j.notab.

Vltimo glos.limitat istum text.in tutore honorario.
56 Honorarius autem tutor est ille, qui non datus est, ut
administret, sed honoris gratia, vt declarat tex.in l.3.§.
„ Si parens.ff.de admi.tuto.ibi, Sed erunt ii, quos vulgò
„ honorarios appellamus, de quibus meminit etiam tex.
in d.l.Siquis tutor.ff.de ritu nupti. in l.Spadonem.§.Si
ciuitatis.ff.eo.licet melius probet intentionem glo.hic
tex.in d.l.Siquis tutor.§.Quid ergo si honoris causa.vbi
propriè dicit, ꝙ ea tutela in numerum trium tutelarū
non connumeratur, facit tex.in l.Quòd si forte.§.ij.ff.de
solut.vnde coniicere licet, quàmuis longè fallantur Ac
cur.Bar. & alii in d.§.i.dum interpretantur quinam sit
tutor honorarius.Et ex hoc coniicere licet, quam verū
sit quod suprà dicebam, ꝙ causa huius excusationis est
sola occupatio, nam videmus tutorem honorarium pe-
riculo allegari d.§.i.& tamen hęc tutela in numerum
aliarum non adscribitur.d.§.Quid ergo.

Colligit hic Ang.ex omnibus iam dictis distinctioni
bus quod nihil aliud est, quam iam actū agere, uideas
distinctionem Ang. vel collige ex prædictis per te regu
lam cum ampliationibus & limitationibus prædictis.

Inferunt Ioan.de Platea, Ioan.Fab.& Ang.hic ad plu
res questiones, quę extra propositam sunt materiam,
ideo prætermitto, ne dum verba Imperatoris interpre-
tor, in ipsa incidam, videarq; illa, vel nō intellexisse.vel
parum curasse, curiosior legat apud alios.

## §. SED ET PROPTER PAVPERTATEM

1 *Paupertas excusat à tutela, & quæ etiā post susceptā tutelam superuenit,*
2 *L.Athletę.§.Mediocritas.ff.de excusa.tuto.declaratur contra glo.*
3 *Paupertas iudicatur ex qualitate personarum.*
4 *Pauper quis sit relinquitur arbitrio iudicis, nisi lex certis causis determinauerit qui dicātur pauperes.*
5 *Paupertas* } *an differant.*
*Inopia* }
6 *Pauper* } *non differunt.*
*Egenus* }
7 *Pauper, qui sua culpa incidit paupertatem, quando excusetur, & quando ei subueniatur.*
8 *Paupertas probanda est per eum, qui se fundat in ea.*
9 *Probandi onus incumbit ei, qui dicit, etiā quòd probatio sit negatiua.*
10 *Paupertas quando prosit.*
11 *Pauperum causæ prius expedienda sunt.*
13 *Pauper non tenetur soluere mercedem notarijs,*
*Restituitur aduersꝰ desertionē appellationis num.13,*
*Et procurator excusatur, nisi appellationē nō ē prosecutus.14.*
15 *Paupertas facit ne currant fatalia.*
16 *Paupertatis impedimentum facit dari annum.*
17 *Paupertas facit euitari mulctam.*
18 *Pauper non tenetur soluere sportulas iudicibus & aduocatis.*
*Nec mercedem medico.19.*
20 *L.Post susceptam.ff.de excusa.tuto.in prin.emēdatur*
21 *Impar oneri tutelæ quando quis dicatur.*
22 *Pauper quò ad tutelam quando quis dicatur.*
23 *Pauper dicitur testis, qui non habet tantum in bonis quanti est causa, de qua agitur.*
24 *Miserabiles personæ quæ dicantur, relinquitur arbitrio iudicis.*
25 *Pauper & inops propriè dicitur, qui necesse habet sibi uictum quærere ex opere & artificio.*
26 *Paupertatis signū est incedere nudis pedibus, uel in hospitale se recipere, uel cedere bonis, uel decoxisse.*

Pauper

27 *Pauper existimatur, qui cõmuni opinione uicinorũ ha-*
*betur pro paupere.*
28 *Docere, id est probare.*
29 *Documenta dicuntur probationes, & unde.*

NON diuiditur propter unicum literæ con
textum. paupertas excusat à tutela .h.d.
ex L.Paupertas.ff.eod.

Casus facilè figuratur, est enim clara
per se dispositio huius tex.& in promptu
eius ratio, noluerunt enim leges obligare aliquem ad
impossibilia.l. Impossibilium .ff.de reg.iur.Vnde si-
quis impar sit oneri tutelæ, administrare non cogitur,
quia obligaretur ad id, quod per eum fieri non potest,
neque etiam honestum est, ut qui sua industria uictum
sibi quærere debeat, nec aliunde sibi alimenta aut suis
parare possit, alterius negotia posthabitis suis tractare
debeat. Primùm enim nobis debemus, & durum & cru
delitati est proximum alterius causa seipsum deserere.
l.præses. C.de serui.& aqua.& solebat dicere Plato,
vt eum refert Marsi. Ficinus in eius uita, miserrimum
esse illum, qui alterius causa seipsum deserit: & Euri-
pides, Odi sapientem, qui sibi nihil sapit. neque etiam
utile est pupillo habere tutorem pauperem, qui vel ne
gligenter res pupillares administrare inopia cogetur,
vel non ex fide, & has esse rationes huius excusationis
deprehendere possumus ex l.pen.ff.eo.

In tex.ibi, Tam diui fratres quam per se diuus Mar
cus rescripsit. Puto ego duas illas dictiones ( per se)
expungendas esse, hoc enim intendit, hoc.l.constitu-
tum fuisse à diuis fratribus Antonino.l.& Vero, item
à diuo Marco, nisi locũ saluemus authoritate Liuii lib.
,, j.dum inquit, Cognitiones capitalium rerum sine con
,, filiis per se solus exercebat.

1 Not.i.quòd† paupertas tribuit facultatem se excusan
di tutori, dummodo sit talis, quę faciat illum imparem
oneri iniuncto. Non enim quælibet paupertas sufficit,
sed talis, ut tradat eum talem, qui pupilli rebus & ne
gotiis, & propriis superesse non possit, concor.tex.in
l.paupertas.ff.eod.quod amplia, etiam si paupertas su
perueniat post tutelam suscep[illegible]
tutelę impar reperiatur, l.post susceptam. in fin.ff.eo.
2 Vnum considerandum est, quòd † glos. in d.l.post su-
sceptam. uidetur intelligere text. in l. athletæ.§. Me-
diocritas. ff.eodem. vt loquatur de paupere, nam hoc
falsum est, intelligẽdum enim esset de mediocriter pau
pere, quod non est admittendum, cùm ea requiratur
inopia & paupertas, quæ imparem reddat oneri iniun-
cto, vt hic dicitur, & in d.l.Paupertas.& in d.l.post su-
sceptam.facit tex.in l.Cura. §.Inopes.ff.de mun.& hon.
& est optimus tex.in l.Rescripto.§.j.ff.de mun.& hon.
,, ibi, Cæterum si ita quidem tenues & exhausti sunt, ut
,, non modò publicis honoribus pares non sint, sed etiã
,, vix de suo victum sustinere possint, minus utile & ne-
,, quaquam honestum est talibus mandari magistratum,
,, præsertim cum sint qui conuenienter rei, & suę fortu-
nę, & splendori publico possint satisfacere. Intelligen-
dus ergo est tex.in d.§.Mediocritas. de ingenij medio-
critate & rusticitate, ut constat ex verbis superioribus.
Non ergo quælibet paupertas excusat, vt dictum est
3 sed talis, quę† sit impar oneri tutelę. Paupertas enim iu
dicatur ex qualitate personarum & rerum cognitione,
vt ex Cornelio Tacito probat Alcia.in l.Quos nos ho
stes.§.j. de verbo. signi.& uoluit Bar. in l.Si constante.
in princi. col.4.ff. sol. mat. Ang.in l.Si uerò. §. Qui
4 pro rei qualitate † .ff.qui satisd. cog. Et hinc est, quòd
quia secundum qualitatem personarum, rerum subie-
ctarum, loci, & aliarum circunstantiarum considera-
bilium quis dici possit pauper vel non, tanquam quid
indeterminatum à iure, imò quod non possit recipere
specialem determinationem, relinquitur arbitrio iudi
cis ex regula .leg.i.ff.de iure delib.ita uoluit glossa. in
verb.Locuples. in auth. Præterea. C. vnde uir & ux.
quæ communiter approbatur per Doct.ibi, & per De-
ci.in consi.163. col.4. & volunt omnes in d.l. Si con-
stante. in 11.q.i.q. princi. Cuma. cons. 131. Duo fra-
tres.in princip. Abb. in c.j. colum. fin. de accusa.uer.
Vltimò .facit. Fely.in c.Siqui. in fin.de testi. Alcia.in l.
Quos nos hostes.§. Locuples.ff. de uerb.sign. quod ue-
rum est, nisi lex certis casibus determinasset quinam
essent pauperes, in illis enim attendenda esset expressa
legum dispositio, ita concludit Bart.& alii sequuntur
5 ubi suprà in quo solet illud in campum disputationis
venire quod voluit Archidia.viii. distinc.c.Quo iure.
& sequitur Pau.de Cast.in l.Id quod pauperibus. circa
fi.C.de epis. & cleri.videlicet, quòd paupertas diffe-
rat ab inopia: inopem enim esse uolunt illum, qui ni-
hil omnino in bonis habeat, pauperem verò qui pa-
rum, sed hanc differentiam non probari inter dicit Ale
xander in d. leg.Si constante. col.15.& in aũth.Prete-
rea. in glo.in uer.Locuples. Deci. in c. Ex ratione. col
4.de appella. in c.Quæ in ecclesiarum in princip.de.
consti.& hanc differentiam reprobat etiam Alexan.in
leg. Si arbitrix per illum text. ff. qui satisdat. cogan.
vbi Ias. & idem Ias.in d.l.Si constante. col.24. quam-
nis idem Deci.in d. auth.præterea .in 12.col.uideatur
hanc differentiam sequi. Ego credo differentiam non
esse ueram eò, quod apud Latinos authores inopes etiã
dicantur illi, qui aliquas habent facultates, quod ex
verbis Cice. lib.ii. de offi. facilè deprehendi potest,
,, dum inquit, Nam cùm premeretur inopi multitudo
,, ab iis, qui maiores res habebant. siquidem compara-
tiuum illud designat multitudines non fuisse sine opi-
bus, est bonus tex. quem solet allegare Deci.ad hoc, in
,, l.Si procuratorem. §.Si ingnotantes.ff.mand.ibi, Quid
,, tamen si paupertas eis nõ permisit, excusata est eorum
6 inopia. Illud proculdubio † uerissimũ est egenos & pau
peres non differre, ut probat tex. in l.Quisquis.§.Filii
verò.C.ad l.Iuli.maiesta.
7 Limita quod † supra dictum est ex his, quæ dicebam in
pręcedenti §. quando quis sua culpa incidisset in pau-
pertatem, is enim posset remoueri, sed non posset eius
excusatio admitti, quod intellige, ut declarabam, quan-
do culpa fuisset ordinata ad causam paupertatis, malè
enim meritum ad alios exemplo suo deterrendos ege-
state laborare dignissimum est, vt dicit tex.in l.Bona fi-
des.in princip.ff.deposi. & ita loquitur tex.in l.penul.ff.
de iure dot.qui tex.solet allegari ad hoc, & in l.fi.§.fin.
ff. de iis, quę in fraudẽ credi.l. Etiam .§.i.ff. solu. ma-
trimon.& ita intelligendum est quod uoluit Bald.in c.
Sedes apostolica .de rescrip. in c.Ex parte.de consuetu.
& ita distinguunt Docto.in d.l.Si constante.& Deci.in
c.Quæ in ecclesiarum. col.pen.de constit.& hoc gene-
raliter est in quibuscunque beneficiis, quę solent insur
gere ex paupertate, ut ibi habet, & uoluit pater & præ-
ceptor meus D.Hermanoctius Detus in repe.§.Cato
de verb.oblig num.390.quæ tamen omnia declaranda
sunt, vt scilicet pauperi, qui paupertatẽ incurrit cul-
pa ordinata ad paupertatem, nunquam succurrendũ sit,
nisi alias famę periturus esset, tunc enim à iuris rigore
recederur. ita diait glos.quę optima iura adduxit in c.
Sacrorum.11.q.3.tradit Alex.in l.Quamuis.ff.sol matr.
post Bald.ibi, Deci. in c.Pastoralis.§. Verùm. colum.3.
de appellat.
8 Secundò not.quòd† paupertas probanda est per illũ,
qui uult se excusare prætextu paupertatis, & hoc est ex
regula generali, quę habet, quòd semper ei, qui dicit,
incumbit onus probandi.l.2.ff.de probat.etiam q pro-

batio fit negatiua, quę probanda est, quando est fun-
damentum intentionis, ut in casu nostro not. Bal. in l.
Illa col. 2. ff. de uerb. oblig. in l. pen. §. Docere. per illum
tex. ff. ne quis eũ. & utrobiq; Docto. cũ similibus ut per
Deci. in cons. 534. col. pen. in princi. Et ideo si dico me
pauperem, ut aliquid consequar, teneor paupertatẽ eã
probare: si aduersarius dicat me pauperem, tenetur ille
paupertatem meã probare. Si dico testem pauperem, vt
illum excludã à testimonio in iudio inter me & aliũ,
teneor ego ꝓbare id, quod assero ex illa regula d. l. 2. ff.
de probati. & in proposito nostro est glo. notab. q̃ seq.
ibi. Bar. Alb. Ang. Pau. de Cas. & Soz. in l. Si verò. §. Qui
pro rei qualitate. ff. qui satisda. cog. ibi propriè exempli
ficat in terminis nr̃is in ver. Dubitetur. cuius dictũ ce-
leberat Bal. in l. Nõ prius. in prin. C. quan. fis. vel. priua. &
Ang. in §. Hinc nobis. col. i. vers. Vnum sciat. in Auth.
de hęre. & Flaci. Deci. in consil. 120. col. 2. in prin. Albe.
in l. Ei incumbit. col. fi. ff. de ꝓbat. in l. Si creditores. ff.
de priuil. credi. Bal. in l. Non prius. in prin. C. quando fi
scus vel priua. in consil. 404. Non est nouum. colũ. 2.
lib. i. Pet. de Anch. consi. v. Pro parte. col. i in fin. Maria.
Soz. consil. 24 Visis. col. antepen. Afflic. decis. Neap. 377.
Princeps. colum. fina.

10 Tertiò non piget annotare vnum, quod† generaliter
solet sumi ex hoc tex. quòd aliquando paupertas prosit,
,, postquã Theophilus hic apposita text. nostri decisione
,, subdit, Inuenias ergo vbi & paupertas prosit. quod ego
non rectè sumi ex hoc tex. contenderim, siquidem prę
stando materiã se excusandi, nõ uideo quid prosit, sed
benè operatur, vt tutela non noceat, neq; sinat me obli
gari ad id, quod in potestate mea non est, vt dixi in fi-
guratione casus. Potius ergo notãdũ est ex hoc tex. q̃
paupertatis p̃textu plurima concedũtur a legibus, quę
11 alias non concederentur: & ideo videmus, q̃† iudex an-
te oĩa pauperum causas tenetur expedire, c. Imprimis.
12 2. q. i. Nec tenentur† pauperes mercedes notariis persol
uere, l. Tam demens. & ibi glo. C. de epis. aud. Alex. in.
13 l. Argẽtarius. in fi. ff. de eden. Restituitur† prętere a aduer
sus desertionẽ appellationis §. Alii. in Auth. de iis qui
14 ingre. & procurator excusatur, si appellationem prose-
cutus non est d. l. Si procurator em. §. Si ignorantes. ff.
15 mand. Quin imo paupertas† facit, vt nõ currant fatalia.
i. tẽpora data ad persequẽdam appellationem glo. in c.
Si ęgrotans. v. q. 3. cum simili. vt per Ias. in l. Inuitus. C.
16 de procura. col. 2 Inter alia enim† impedimẽta, propter
quæ datur secundus annus de iure canonico, commo-
ratur impedimentum paupertatis, vt concludunt Abb.
& alii in c. Ea ratione. vbi Deci. col. 4. de appella. Quinti
17 mo & mulctam† euadere facit, l. Illicitas. §. Præses. ff. de
18 offi. Pręsi. nec sportulas† iudicib. aut aduocatis soluere
tenetur. §. Sit tibi. in Auth. de mand. prin. in c. Statutum.
§. Insuper. in fi. de rescrip. lib. 6. Bal. in l. Si furiosi. per il-
lum tex. de nupti Abb. in c. i. de offi. iudi. item nec mer
19 cedem† medico, c. Non satis. 89. distinc. Abb. in c. Ad au
res. de æta. & quali. Plurima etiam alia cõtra ordinarias
iuris regulas inducta sunt inspecta paupertate, quæ lon
gum & impertinens esset recensere, habentur per Do-
cto. post Bar. in d. l. Si constante. ff. solu. matri. In 2. q.

20 Vltimò not. ibi, Imparem. vt dixi superius, quòd† ea
debet esse paupertas, vt excuset à tutela, quę faciat ne
impar sit tutor operi & oneri tutelę, ita enim legendũ
est in l. post susceptam. non (honori) ex Pandectis Florẽ
tinis, quod optimè probatur ex verbis Vlpiani in l. Sed
,, an vltrò. ff. de neg. gest. ibi, Quid enim si illam insulam
,, fulsit, quã dñs quasi impar sumpti dereliquerit Non in
telligas ergo, vt intellexit hic Ioan. Fab. vt dicat impar
respectu personæ, vt (puta) quòd tutor sit pauper, & pu
pillus sit ex magnatibus, hoc enim nec verbis, nec sen-
sui conuenit: dicitur enim impar oneri tutelæ, qui pro-

pter paupertatẽ onus tutelę ferre non potest, & qui ne
gotiis suis & pupilli superesse non potest.

In glo. j. in prin. Incidit glo. ferè in idem absurdum,
in quod incidit postea Ioan. Fab. vt imparem oneri tu-
tulæ dixerit, quando inæqualitas est in patrimonio tu
toris & pupilli, quod admittendũ nõ est per supradicta,
quod facilè apparet ex subsequẽti casu, dum loquit̃ de
,, ualetudine, & apponit illa verba, propter quã nec suis
,, quidem negotiis superesse potest. Interpreteris ergo
vt, suprà dictum est.

22 Secũdò cõsidera, quòd† glo. uoluit, quòd respectu tu
telæ ille dicatur pauper, qui nõ habet tantũ in bonis,
quantum habet pupillus, cui tutor datur, quod reprο-
bat hic Ang. quia hoc lege non ꝓbat, secũdò quia onus
tutelæ vel curæ est personale, l. j §. Equè personale. ff.
de mune. & hono. quod munus non iniungitur alicui
respectu patrimonii, sed personę l. Cura. §. Inopes. ff. de
mune. & hono. Primò aduertendum est circa hęc dicta
Ang. quia posset in primis probari cõclusio huius gl. à
23 simili, quia ille testis dicitur pauper, qui† nõ habet tan-
tum in bonis, quantum valet causa illa, in qua testimo-
nium perhibuit, ita dixit glos. in §. Si uerò absunt. in
Auth. de hęre. & Falc. in ver. Substantiam. Ange. in §.
Hinc nobis. in eadem Auth. Alex. in consil. 15. Viso pro
cessu. lib. i. Soz. regu. 442. in 3. fall. Roma. in d. l. Si con-
stante. solu. matri. ubi Ioan. Crot. col. 16. dicit, q̃ ea com
muniter approbat, q̃uis ibi. & in tract. de Testi. nu. 135.
& Ias. in auth. prętere a. in glos. in ver. Locuples. C. vn-
de vir & ux. d. glos. impugnent, quam defendit ibi Dec.
Attamen non puto ueram conclusionem glo. quia non
consideratur inæqualitas patrimonii, sed potẽtia rectè
gerendi negotia propria & pupillorũ, pro quo adduci
potest tex. in l. Tutores nominatorum. & quæ ibi ponit
Bar. C. eod. tit. tamen d. rationes Ang. nihil faciũt, q. n.
tutela sit munus personale, hoc non facit, q̃ nõ deb[illegible]
inspici facultates tutoris, non ad aliquid [illegible] soluendũ
de proprio patrimonio (h[illegible] casu non diceretur
munus personale, l. i. de mune. & hono) sed ad explorã
dam tum fidem, tum facultatem gerendi rectè negotia
ipsorum pupillorum. Videmus enim, q̃ in danda excu
satione [illegible] ipsa patrimonia, non autẽ
ipsæ personæ, vt dicebam in præcedenti §. propter dif-
ficultatem rationum conficiendarum & reddendarum,
vt est tex. in l. Si iis qui tres. in fin. ff. eodem. Non ergo
habemus considerationem patrimonii tutoris quò ad
erogationem ab eo faciendam, sed ad cognoscendum
nunquid oneri sit impar, vel par & hoc est quod inspi-
ciendum venit, quod totum relinquitur arbitrio iudi-
cis, vt dicebam in i. notabili. Vlterius dicit glo. q̃ alibi
dicitur pauper, qui non habet quinquaginta aureos in
bonis, l. Nõnulli. ff. de accus. sed dicas, q̃ hoc verũ est in
casibus, in quibus leges ita statuunt, prout in d. l. Nõnul-
li. & in §. Sed nostra. j. de success. liber. ita cõcludit Bar.
& alii omnes post eũ in d. l. Si cõstante. in 2. q. extra illos
enim casus, vt dixi, relinquit̃ arbitrio iudicis, vnde vera
est expositio glo. quæ subsequitur, uidelicet, q̃ hic pau
per & impar oneri dicatur esse, qui ea egestate laboret,
vt tutelę superesse nõ possit, qđ totum, vt dixi, religio-
ni iudicantis reliquendum est, vt cõcludunt oẽs in d.
auth. Præterea. Abbas & Fely. in c. Siqui testiũ. de testi.
in c. j de accus. Deci. in c. De causis. de offi. deleg. si-
24 cut alias videmus relinqui† arbitrio iudicis, quæ nam
dicantur personæ miserabiles secundum Io. Andr. in c.
Significantibus. de offi deleg. Pe. de Bellaperti. Bar. &
Bal. in l. i. C. quando inter pupil. & vid. Firmia. in trac.
de Gabell. par. 7. q. 27. Alexan. in consil. 67. Viso instru-
mento. col. i. lib. 4. And. Sicul. cons. 62. col. 2. lib. i. Deci.
in c. Sedes. col. 2. de rescrip. ubi videndum. Exemplifi-
cat postea gl. in eo, quem tota die oportet esse in agro:
credo

credo ego, q hoc modo optimè probetur paupertas, 25 quia† quoties probatur aliquè victũ sibi necessariò quærere ex propriis operis & artificio, ille dicitur pauper & inops, c. Quod super his. vbi Abb.in 3.nota.de uoto.sicut etiam quando probatur, q ostiatim victũ quærit, l. i. C. de mendi. vali. lib. 11. ponunt Docto. in c. Odoardus. de solutio.& inter alias coniecturas & signa 26 paupertatis considerant Bal.& Ang. signis† nudis pedibus aut cruribus incedat in l. Si verò. §. Qui pro rei qualitate.ff.qui satisd.cog.sicuti considerant etiã siquis ob necessitatem in hospitale se recipiat, l. Siquis ad declinandam.in prin.C.de Epis.& cleri.ubi gl. Qui semel cessit bonis præsumptione iuris pauper est, c. Odoardus.de solutio.§.fi.j.de actio.Similiter & qui cessit foro & decoxit. l. In fundo. vbi not.Ang.ff de rei uend. sicut 27 ille qui cõmuni vicinorum† & vulgi opinione habetur pro paupere gl.in l.Vbi adhuc.C.de iure doti.quam sequit ibi Bar.& alii,Deci.in cons. 120.col. 2. benè ponit Alex.in cõs.37.li.7.vbi propriè declarat quis dicat pauper quò ad materiam,de qua agimus,vel similem.

28 In glo.ulti.in ver.Docere.Glo.ê expositiua,† & exponit docere.i.probare & benè, in quo significatu etiam Latini authores acceperunt, vt Cice.in Verrem.5.actione.Docebo(inquit) hęc omnia vera esse. in quo significatu usus est Alex.Imperator in l.i.C.q. & aduer. quos. & est tex. in c. Ad decimas . de resti.spoli.lib. 6.unde a-
29 pud nostros† documẽta dicta sunt, quasi q doceãt & pbẽt,ut in auth.Siquis in aliquo.C.de eden. cũ uulga.

## §. ITEM PROPTER ADVERSAM.

1 *Infirmitas, quæ excusat à tutelę administratione, excusat etiam à iam suscepta, etiam filiorum patroni.*
2 *Libertus excusatur à tutela filiorũ patroni propter infirmatem.*
3 *Infirmitas mentis excusat sicut corporis.*
4 *Infirmitas temporalis temporaliter excusat.*
5 *Tutore infirmo dat curator, si spes sit conualescentiæ.*
6 *Spado morbosus dicitur, nõ tamen excusatur à tutela*
7 *Infirmitas leuis non habetur pro infirm*[illegible]
8 *Qualitas requisita probanda est.*
9 *Infirmitas excusat à publicis muneribus, & à quib.*
10 *Delegari potest ex causa infirmitatis.*
11 *Doctor infirmus potest legere per substitutum.*
12 *Infirmitatis causa in multis recedimus à regulis iuris.*
13 *Notarius, qui per se scribere tenetur, potest per alium scribere stante infirmitate, dummodo subscribat qui scripsit, & ipse notarius.*
14 *Instrumentum sumptum ab alio qualiter subscribendum sit.*
15 *Excusari nõ dicitur qui etiã si uellet nõ admitteretur.*
16 *Tutoris datio non tenet, si datus sit cæcus, mutus, aut surdus.*
17 *Infirmitas suorum à quibus excuset.*

Hic, §. diuisionem non recipit.

Infirmitas impediens negotia propria excusat à tutela. h. d. ex l. Non solùm. in fin. ff.eod.

Casus figuratio non exigitur, ratio enim ex ipsomet tex. colligitur. Quoties.n. aduersa valetudo ea est, vt suis negotiis superesse non possit, & propria negotia administrare impediat, neq; æquitati consonũ est, nec etiã expedit pupillo, ut alia negotia superinducant, quibus sufficere nõ posset. Lex enim, ut in superiori §. dicebã, nũquã exigit à nobis quæ pęstare nõ possumus. l. Impossibilium. de regu. iur. cùm cognoscat ex hoc impossibile esse tutori, & danosum pupillo, si tutelæ munus valetudinario iniungatur, quod obire non possit. l. penul. in fi. ff. eod.

5 Not. i. ex hoc tex. quòd † infirmitas, quæ talis ê, ut impediat, quòd quis non possit gerere propria negotia, excusat ab alienis, & pſertim a tutelæ administratione, concor. tex. in d. l. Nõ solùm. §. fi. ff. eo. cum legibus seq. vbi quod hic dicitur (propter quã, nec suis quidẽ negotiis interesse potest) ibi dicit (quominus quis suis reb. superesse possit,) quod nõ alia de causa aduertendũ puto, q̃ ad interpretationẽ illorũ uerborũ, quæ frequẽtissimè reperiũtur apud Iuriscõsultos (suis rebus supesse)

Amplia, ut hoc non solùm uerũ sit, ut excuset talis infirmitas à noua tutela, sed etiã à iam suscepta. l. Post susceptam. ff. eod. l. Et non tantùm. ff. eod. titu.

2 Amplia secundò, ut non solùm generaliter habeat† locum in quocunque dato tutore, sed etiã in libertò, qui propter præmiũ cõsecutæ libertatis arctius ligatur a legibus, nã & libertus excusatur à munere tutelæ filiorũ patroni sibi delatæ, si ea aduersa ualetudine laboret, ut ab agendis rebus suis prohibeatur, propter eam, quam dixi, impossibilitatem, & propter incommodum pupilli. l. pen. §. fi. ff. eod. ubi est optimus tex. in hac materia.

3 Amplia tertiò† ex identitate rationis, siue sit aduersa ualetudo corporis, siue mẽtis, nã utraq; excusat, si talis est, ut suis rebus administrandis ipse per se nõ sufficiat. d. l. pe. §. fi. ff. eo. l. Idẽ Vlpia. §. i. ff. eo. l. i. C. qui morbo.

Limita primò, nisi sit spes conualescentię, nã ualetu-
4 do aduersa, quæ† temporalis existimatur, excusat durãte
5 impedimento, & parit† hunc effectum, ut non excludat tutor à tutela, ita q detur alius tutor, sed datur interim curator. l. Idẽ Vlpianus. in prin. ff. eod. Solent enim excusari tutores propter aduersam valetudinem perpetuò, uel ad tẽpus, prout ualetudo, ex qua afficiuntur, iudicari potest, ut ibi dicitur. l. Non solùm. §. Siquis ita. ff. eod.

Secũdò limita, ut intelligatur in ea infirmitate, quæ, ut dicitur in tex. impediat quominus quis possit suis rebus superesse, nã si alias quis morbosus existimet quò ad alia, non quò ad hoc, vt possit & sua & pupillorum [illegible] gerere, non dicitur morbosus, qui non impedi-
6 tur ex tali morbo. † Exemplum videmus in spadone, cui prorsus virilia deficiunt, nam is pculdubio morbosus est. l. Sin autem quis. ff. de ędi. edic. & tamen per hoc videmus à diuis fratribus rescriptum fuisse morbum hũc non excusare à tutela, vt dicit tex. in l. Spadonẽ. in prin. ff. eod. & habetur hodie. d. rescriptum in l. j. C. eod. titu. Eodem modo videmus, quòd propter amissionem quis vnius oculi non excusatur à tutela iam suscepta l. Frater. C. eod. titu. & ea est ratio, quia per hoc non dicitur non posse suis negotiis superesse. Versabitur ergo in hoc plurimum arbitrium iudicis, si propter Infirmitatem tutor petat se excusari, vt diximus superius in §. pręcedenti de paupertate: poterit enim iudex habita relatione medicorum per doctrinam Bar. in l. Contumacia. in §. fina. ff. de re iudi. tradunt Docto. in c. Tenor. de re iudi. iudicare ex arbitrio suo, an excusatione dignus videatur, ita vt uel in totum à tutela remouendus sit, vel ad tempus, vel omnino non admittendus etiam si vellet, vt mutus & surdus l. i. in fi. ff. de tute. & dicetur in glo. vbi etiam attingendum erit, quod quæri solet de furioso, vbi declarabitur quò ad hoc text. l. j. C. qui morbo. qui videtur excusationẽ exigere, su-
7 perfluò autẽ tractaremus de leui infirmitate, † tum quia regulariter pro infirmitate non habetur. l Quęsitum. in fin. ff. de re iudi. glos. in c. Querelam. in ver. Infirmitate. de procur. text. in leg. i. §. Sed sciendum. versi. Proinde ff. de ędi. edic. Deci. in c. De appellationibus. de appel. in l. i. col. 25. ff. de offi. eius. tũ etiam quia hic non

simplex

simplex infirmitas requiritur, sed qualificata, & ideo de
8 bet probari huiusmodi qualitas ad hoc, vt competat excusatio, iuxta doctri. Bal. in l. j. §. Siquis neget. col. fi. ff. quęad. testa. ap. seqt. Deci. in cõs. 105. in col. 3. cũ simi.
9 Secundò generalius not. ex hoc tex. ꝙ infirmitas corporis & aduersa valetudo pstat excusationẽ à muneribus publicis, quod intellige & declara ꝙ excuset ab iis muneribus, quę corpore implenda sunt, non quæ pecunia vel cõsilio, vt est tex. notab. in l. 2. §. Corporis. ff. de
10 vaca. mune. Et hinc videmus etiã, ꝙ ex causa infirmitatis potest delegari, vt notat Bar. in l. 1. col. fi. vbi omnes.
11 ff. de offi. eius. Item & Doctor per substitutũ legere po
12 test, vt notat Bal. i l. fi. de excu. tuto. & generaliter infirmitatis causa recedimus in multis à iure cõmuni, & à regulis iuris, ut tradit Roma. qui plura enumerat in l. Si
13 verò. §. De viro. in 44. quæst. ff. sol. matri. & videmus, quòd notarius, qui per se scribere debet. §. Nos autem. vbi gl. in Auth. de tabelli. potest per alterum scribere, si infirmitas supueniat, vt voluit Bar. in l. i. ff. de offic. Cõs.
14 dũmodo instrumẽtũ illud subscriptũ sit manu illius, q exemplũ sumpsit ſm practicã Specul. in d. tit. de instru. editio. §. Breuiter. vers. & ipse notarius principalis subscribat, & in subscriptione faciat mẽtionẽ, ꝙ exemplũ fuit sumptũ manu alterius, secundũ Bal. in rub. C. de fide instru. col. 7. vers. Sed hic dubitatur. facta etiam mentione de infirmitate, & qualiter fuit recognitũ & collatum, ſm doctri. Im. & Cardi. in c. fi. de offi. deleg. prout hęc omnia ita declarat Alex. in cõs. 4 t. Viso tenore. col. j. & cons. 139. Ponderatis. col. pen. lib. i.

In glo. i. Exemplificat glo. in surdo, & muto, & in detento perpetua valetudine per l. i. C. qui morbo. vbi & cæcus, & surdus, mutus, & furiosus, necnõ perpetua valetudine detentus, excusationẽ habere dicũtur, cuius
15 legis verba deceperunt glo. nam isti propriè non dicũtur habere excusationem, cùm etiã volentes nõ admittantur, vt est tex. in d. l. i. in fi. ff. de tute. l. i. C. qui morbo. lib. x. l. Luminibus. C. qui dari tuto. pos. Nec obstat si dicatur, ꝙ hoc uidetur in potestate huiusmodi psonarũ excusare se uel non excusare per tex. in l. post susceptã. ff. eo. vbi videt ex illius legis verbis colligi posse, ꝙ sit in potestate eorundem deponere tutelam vel non, quia
16 ita distinguendum est, ꝙ isti tẽpore, quo quis datus ẽ tutor, iam est cęcus, mutus, aut surdus, talis datio non tenet. d. l. j. in fi. ff. de tute. & est tex. expressus in l. Agnato.
„ §. fi. ff. de legi. tuto. vbi dicit tex. Surdus & mutus nec legitimi tutores esse possunt, cùm nec testamento, nec
„ alio modo vtiliter dari possint. sed si impedimentũ hoc superueniat, præstat volenti excusationem. d. l. post susceptam. & est tex. in l. Etiam si tutor. ff. de autho. tut. vbi si tutor cęcus factus sit, potest, si vult, author fieri, & sic prosequi tutelam iam susceptã, quis ab initio dari non possit. d. l. Luminibus. C. qui dari tut. poss. Abusiuè ergo & impropriè in d. l. i. C. q. morbo. dicũtur excusari posse, & ita tenendũ est iudicio meo, quicquid voluerit Bar. post glo. ibi in l. j. ff. de tute. in fin. pro qua distinctione facit optimè tex. in l. Cõplura. ff. de tute. nec incõuenit, vt dicant excusari in l. j. C. qui morbo. cũ alias hoc idẽ videamus expressum in l. j. in fi. ff. eo. tit. & in l. Maritus. C. qui dari tuto. poss. vbi inhibetur creatio, & per consequens est nulla, vt est ibi tex. & tamẽ in §. pen. j. eo. dicitur, ꝙ potest se excusare. & in l. j. in fi. ff. eo. dicit, quòd absoluitur, & hanc distinctionem sensit etiam Saly. in d. leg. j. C. qui morbo. & voluit Auge. hic referens simpliciter verba Saly.

Secundò dum glo. dicit, ꝙ morbus excusat prout durat, & interim datur curator, conclusio uerissima est, quã probat tex. in l. Idẽ Vlpianus. in prin. ff. eod. & pendet à regula illa, quę habet, ꝙ quando tutores nõ in ppetuum, sed ad tempus à tutela excusantur, datur interim curator. §. Item loco. ĩ. de curato. & ita se habet qđ dicitur hic de furore, nam hoc est expressum in d. l. Idẽ Vlpianus. §. Furor. ff. eod.

Vltima conclusio glo. pendet ex iam dictis vt. s. mutus, surdus, cęcus, etiam volentes ad tutelam nõ admittantur, si ea deferatur post casum & aduentum huiusmodi morbi & impedimenti, secus si post susceptam tutelã superueniat morbus, vt dixi, & ratio esse potest, ꝙ qui tutor suscepit tutelam, & factus est valetudinarius, potest ipse, si vult, actorem constituere suo periculo, qui tutelam administret, vt est casus in §. fi. ĩ. de curato. Ita enim consultum est pupillo, cuius negotia nullum ob hoc damnum pati possunt, & ideo nõ est verum, ꝙ fiat à legibus differentia in noua tutela & iam suscepta per prędicta. Quæ circa effectus infirmitatis extra causam tutelę tangit hic Ang. tanꝙ nimis extra propositam ma
17 teriam in aliud tẽpus releganda sunt. Hoc vnum adijcio, quòd aduersa valetudo suorum, puta, patris, filiorũ, vel vxoris, nõ præstat excusationem a munere tutelæ, sicut nec à cæteris muneribus. l. fi. C. qui morbo. lib. x. qa sua cuiqꝫ ęgritudo in personalibus muneribus præstat excusationẽ, facit tex. in l. Libertus. §. Præscriptio. ff. ad muni. quamuis alias infirmitas suorum propria existimari soleat, & eodem iure censeri. c. Sciant cuncti. de elect. lib. 6. & videtur text. in c. Communis filius. vbi glos. xxiij. distinc.

### §. SIMILITER EOS.

1 *Literas nescientes excusantur à tutela.*
2 *Text. in § Similiter. Insti. de excusa tuto. & §. fin. in l. Athletæ. ff. eod. contrarij ex diametro, & qualiter conciliari possint.*
3 *Literas scire quis dicatur uel nescire.*
5 *Excipi potest contra delegatum, quòd literas nesciat.*
6 *Literas nesciens admittitur ad administranda negotia.*
7 *Rusticus quando excusetur à tutela.*
8 *Simplicitas potius quã sagacitas psumitur in rustico.*
9 *Rusticitas quæ dicatur.*
10 *Literatis faciles beneficia tribuuntur.*
11 *Illiteratus in collatione beneficiorum est odiosior homicida.*
12 *Doctrina illuminat mundum.*

Diuiditur in duas partes, in prima ponitur alia species excusationis seu alia causa, ex qua quis potest excusari, in secunda tẽpore detur tacitæ cuidã obiectioni. secũda ibi, Quamuis & imperiti.

Qui literas nescit à tutela excusatur, etiam si sit aptus negotijs gerendis. h. d. ex l. Athletæ. §. fi. ff. eod.

Casus ita potest figurari: dubitatum fuit, an ille, quis nescit literas, grauari debeat onere tutelę uel curæ, & videbatur quòd sic, si alias aptus & idoneus reperiretur ad negotia gerenda. leg. Athletæ. §. fina. in fin. ff. eodem, dicitur tamen contrarium hic, videlicet, quòd qui literas nescit, instam habet excusationem ex rescripto diui Pij, quamuis alias imperiti literarum alienis negotijs gerendis sufficiant, iste enim est intellectus text. nostri, vt patet ex verbis eius, & ex verbis Theophili hic, quamuis text. in d. §. fin. aduersari videatur, de quo dicemus in notabilibus, & rationẽ eam esse puto, quòd cum tutor & inuentarium conficere, & rationes cõscribere teneatur, qui nescit literas, cùm hoc nisi per alium facere possit, dubium vertitur ne ex hoc & author ipse, & pupillus lædi possit. ideo potius excusari voluit à tutela, vt hic, & istũ puto sensum huius. §. de quo statim videbimus.

Not.

1 Not.i.q̃†qui literas nesciunt, excusantur à tutela:cõtra hunc tex.est casus ad literam, de qua contrarietate 2 Docto.non perpendunt.in d.l.Athletę.§.fi.ff.eo.nam ibi prin.dicitur ab Vlpiano,quòd de humilibus, rusticis & illiteratis ita scribit Paulus:subsequuntur postea verba Pauli,vbi dicit,Mediocritas & rusticitas interdum excusationem præstant ẽm epistolã diuorũ Adriani & Antonini.Eius autem,qui neget se literas scire, excusatio accipi non debet,si expers non sit negotiorum.Ecce ergo quòd ibi incipit tex.à negatiua,vt non admittatur excusatio eius,qui literas nescit,si non sit expers negotiorum,hic autem dicitur, quòd eius,qui nescit,literas,excusatio admittit ex rescripto diui Pii,quàuis alias imperiti literarum possint sufficere ad administranda negotia,& sic hęc iura sunt ex diametro cõtraria: neq; est quòd existimẽ hoc in loco erratum fuisse vel à scriptoribus,uel à cõpilatoribus,cùm constitutio & rescriptum eiusdem Antonini Pii in vtroq; loco citetur,cùm videam Theophilum hic in suis Institutionibus Gręcia clarius hoc detegere,cuius uerba hæc sunt:Is,qui literas nescit iustam habet excusationem,ut diuus Pius rescripsit,quàuis & imperiti literarum interdũ alienis negotiis gerẽdis sufficiant.& sic clarius exprimit sensum horũ verborũ iuxta ea,quę.s.dicebã in figuratione casus.Videmus ergo hic excusationẽ absolute admitti,ibi negari dũmodo nõ sit expers negotiorũ:nec saluari possunt,ut dicamus,hic intelligẽdũ est in omnino inexperte,quia hoc nõ dicitur hic,quinimmo uerba illa(quamuis & imperiti possint administrationi negotiorũ sufficere)præsupponunt,quòd quamuis omnino non sit expers,tamen admittendus veniat,vt excusetur.Quod mihi maiorẽ affert difficultatẽ, id uidetur, quòd & hic fit mentio rescripti Pii Antonini,& similiter in d. §. fi.unde pater,q̃ hę decisiones siue contrarię siue ita diuersæ ex eodẽ fonte procedunt.Nullus Doctor hic aut alibi(quòd viderim)considerat contrariũ, tamen mihi videtur,q̃ difficulter possit tolli.Hoc uno distinctionis fędere cõciliari potest iudicio meo,ut dicamus, q̃ in hoc summopere uersetur officium iudicis ad dignoscendũ, nunquid ex sit literarũ imperitia, uel ex rerũ experientia & usus,vt probari uel improbari debeat,admitti vel non admitti ad tutelam,excusari aut non excusari: & si literarũ nescius sit,ut dicit in hoc tex.neq; aliud appareat,admittatur excusatio,vt hic,si verò non sit expers negotiorum,non admittatur.Video hanc concilationẽ pati eam difficultatem,q̃ hic tex. præsupponat illum, qui literarum nescius sit,habere excusationem,quàuis alias possit ad administrationem sufficere negotiorum, & sic dato q̃ non sit expers negotiorum, omnino eius admitti debeat excusatio.Sed quid agas? Malè relatum fuisse Pii Antonini rescriptum à Triboniano, nefas existimaretur dicere.Sed errasse eum potius crediderim, quàm Vlpianũ & Paulũ,cũ ęquitati maximè cõueniens sit, q̃ non sit admittẽda excusatio eorum, qui literas nesciunt,si aliàs non sint negotiorum expertes, d. §. fi. Aliter enim quando haberet locum tutela saltem legitima rusticorum?qui à communiter accidentibus nesciunt literas, & tamen & bona possident, & pupillos relinquunt, & sunt in eadem consideratione apud leges,dict.§.fin.

3 Secundò no.q̃†ille,qui nescit literas, excusatur à tutela,& intellige nescire literas id,quod apud Gręcos 4 dr(analphabetus)quàuis†enim aliquis indoctus sit literarum,puta,Latinarum,uel Gręcarum,uel iuris,dũmodo & legere & scribere didicerit, dicitur scire literas quò ad terminos nostros,quamuis dicatur imperitus, uoluit Bar.in auth.Sed nouo iure.C.si cer.peta.in prin. traduut Fely.& Deci.in c.Scisciratus.in glo.in uerb.Impedimento.de rescrip. Et eodem modo repellimus ab ordinibus literas nescientem,c.præcipimus 34.distinc. 5 c.j.36.distinc.c.fi.de tẽpo.ordi.in 6.Et excipi potest†cõtra delegatum literas nescientem,vt not.Specu.in titu. de iudi.deleg.§.Excipi.ver.Item q̃ est illiteratus.An autem possit esse iudex,tradunt Docto.in d.c.Scisciratus. in fi.in l.Certi.C.de iudi.de aduocato clarum est,gl.& Bal.in l.2.C.de postul.& item dicit Deci.in c.j.in fi.de fid.instrum.

6 Tertiò no.q̃†ad negotia administranda admittitur q literas nescit per tex.in d.l.Certi.C.de iudi.& voluit gl. in d. l. 2. C. de postu.Minor,enim industria exigitur in procuratore ad negotia,quã ad iudicia, vt notat Bar.in l.Quod Nerua.col.pen.ff.depos.declarando tex.in l. A procuratore. C. mand. & de hac materia uidenda sunt quę ponit Ias.in d.l.Certi iuris.

In glo.Dum primò limitat, vt tunc demum literas nesciens excusetur,si alias simplex sit & rudis, secus si sagax,hoc glo.trãstulit ex verbis suis positis in d.§.fi.dũ loquiẽ de rusticis.Si.n.simpliciter loquimur de ignaris literarum,distinguendũ est an sit expers negotiorum,vt iudici videatur non esse admittendam illius excusatio- 7 nem:si verò sumus†in rustico simpliciter,circũscriptis omnibus aliis qualitatibus,tunc fit distinctio, quam facit gl.in d.§.fi.in ver.Interdum.quam ibi sequiẽ Bal. vt si rusticus sagax non excusetur,quam doctrinam sequitur Deci. in c.Super literis.col.4.đ rescript.In dubio ra 8 men†potius simplicitas,quàm sagacitas in rustico præsumiẽ,vt in notabili casu decidit Ale. in consi. 1. in fine 9 lib.6.Sed aduertendum est,q̃ ego puto†posse intelligi, vt verba illa,quæ habentur in d.§.fi. de rustico & rusticitate, interpretari debeant non de eo, qui ruri natus est simpliciter,sed de eo potius, qui moribus incultus est,in qua significatione accepit Virg.cũ dixit,Rusticus es Corydon.& Vlpia.in l. Siquis id quod.§. Doli mali. de iurisdic.omn.iudi.ibi, Quòd si per imperitiam & rusticitatem. fateor tamen, q̃ potest etiam intelligi ille tex.in rusticis secundum declarationem Bar. in l.Consicinntur.ff.de iure codicill.

10 Dũ verò gl.vltimo loco dicit,q̃†literati admittunẽ ad multa ad q̃ non admittuntur illiterati, & q̃ melioris conditionis sunt, hoc iam ex prędictis satis appsret.Et uidemus,q̃ literatis facilius beneficia tribuuntur.c.De multa.in fi.de pręb.Quinimò dicit Inn.in c. Cũ nostris. 11 de concess.præb.q̃†in collatione beneficiorum magis odiosus est illiteratus,quàm homicida,& plura in proposito tradit Deci.in c. prudentiam.in i. notab. de offi. 12 deleg.nam†doctrina literarum mũdus illuminatur, vt inquit Imperator in auth. Habita. C.ne fil.pro patre.& voluit Fely.in c.Nonnulli.col.11.versi.Et fauore. de rescrip. vbi inter cætera literatos stellis æquiparat, & habetur latè per D. Bonum Brixiensem in suo tractatu Nobilitatis.in tertia parte principal. Sed quia hæc extra propositam materiam sunt, pertranseo, nulli enim magis est nota domus sua, quàm virtutis & bonarum literarum laudes.

## §. ITEM SI PROPTER.

1 *Inimicus datus tutor excusatur.*
2 *Recõciliatio p̃sumitur in dubio, si inimicus datus sit tutor.*
3 *Inimicus testis præsumitur causa inimicitiarum deposuisse.*
4 *Qualitas probari debet per allegantem.*
5 *Inimicitiæ præsumuntur durare in dubio.*
6 *Tutor datus propter inimicitias, si eius excusatio sit admissa, recuperat omnia damna & expensas ab hæredibus.*

Argu-

7 *Argumentum à contrario sensu ualet.*
8 *Contraria quandoq; ea dicuntur, quæ in genere uel in effectu sunt contraria.*
9 *Tutor, qui patri pupillorũ administrare & gerere tutelam promisit, non potest se excusare.*
10 *Fides etiam hosti seruanda est, & quomodo.*
11 *Cõmissarius, executor, si uiuente testatore acceptauit, non potest eo mortuo recusare.*
12 *Inimicus tutor datus quando excusetur.*
13 *Inimicitiæ si considerentur, non attenditur unde ortũ habuerunt.*
14 *Lactationes plerunque non attenduntur.*

Diuiditur in duas partes, in prima ponitur decisio, in secunda ratio, argumento sumpto à contrariis, secunda ibi, Sicut per cõtrarium.

Tutor propter inimicitias datus excusatur, atqui patri administrare promiserit, nõ habet excusationem, h.d.ex l.Athletæ.§.Dat remissionẽ. ff. eod. & l.Spadonem.§.i.ff.eo.

Casus facilè figurat.in primo enim casu dubitationẽ faciebat, ꝙ qñ inimicus datus est testamento tutor, & testamẽtũ factum est pp inimicitias cõtractas, tales inimicitię non solent parere excusationem, tanquã videat inducta quædam remissio.l. Athletæ.§. Dat remissionẽ. ff.eo.Sed hic contrarium decidit ex eo, quia psupponit, ꝙ ob id datus sit tutor à testatore inimico, vt eidẽ hac administratione filiorum suorum noceat, supponẽdo ipsum debitis & negotiis: vt primum enim apparet, ꝙ non ad extinguendas inimicitias datus est tutor testamento, sed ad fouendas & vindicandas, profectò durat vis ipsarum inimicitiarũ, q̃, vt dixi, præstant excusationem à tutela, vt in §.Inimicitię.ĩ.eod.in secundo uerò casu ea est ratio, quia cùm tutor datus testamento promisisset patri pupillorum tutelam administrare, quamuis alias haberet iustam causam se excusandi, hoc facere non potest tanquã iuri suo renunciauerit.l. Vxori.§. fi.ff.de fals.& est tex.clarus in l.Spadonem.§.i.ff.eod.

In tex.ibi, Si propter inimicitias. Nisi me inuitũ cogeret sentire cũ aliis, Theophilus hic, & tex.in l. Athletę.§.Dat remissionem.in fi.ff.eo. libentissimè in eã sententiã iuissem, vt hic locus intelligendus esset, non qñ inimicus datus est tutor, sed qñ aliquis potẽs (puta) aut formidabilis pp inimicitias datus est, ut.s.is tutor esset, quẽ testatoris inimici formidarent, & hoc clypeo cõsultum esset pupillo: ea aũt esset ratio, ne.s.inimicitiis implicaretur tutor, & sic vt publicæ utilitati & tranquillitati consulaẽ: in hanc enim sniam me ire suaderer, ꝙ video paulo post vno tantũ.§.interposito positã à Triboniano regulã, ꝙ inimicitię excusationẽ pstant à tutela, quo fit, vt penitus superflua fit §.nostri dispositio, & si in testamẽto datis tm̃ tutoribus hoc in loco loquaẽ Tribonianus, cum regula illa generalis ad omnes prorsus tutelas se referat. Accedat, quòd uerba hæc (propter inimicitias) non hoc videntur exprimere, quod fateri necesse est, vt inimicus datus sit tutor, sed potius vt ex hac causa datus sit, ut dicebam. Adde, quòd Tribonianus, si communem sensum sequamur, nescio qua ratione argumentatus erit, dum dicit, » Sicuti per contrariũ non excusanẽ qui administrare » promiserunt. » Nescio.n.quomodo à contrariis argui possit in casibus nullam inter se coniunctionem aut similitudinem habentibus. Quod (rogo) commune hẽt, inimicus tutor datus testamento excusaẽ, p contrarium qui promisit administrare non excusatur adiecta dictione (sicuti) quę nota similitudinis est. Tolerabilius enim fuisset argumentum absq; huiusmodi dictione, si dictũ esset, inimicus excusatur, promittens non excusaẽ: sed adiecta dictione (sicuti) vr̃, vt similitudo quędam per ꝯtrarium inter hos casus reperiatur, q̃ faciat, vt inde argui possit. ꝙ si, vt dicebã, interpretamur retento.s. eodem casu, sensus est, vt si propter inimicitias tutor daretur, excusaretur hoc ipso, sicuti p contrarium nõ excusaretur, si gerere promisisset, vetat tñ ita intelligi tex. in d. §.Dat remissionẽ.vnde verba hęc sumpta sunt, & §. 1.in l.Spadonem.ff.eo.vnde vltima pars huius.§. sumpta ẽ, & ꝙ Theophilus hic nõ propter inimicitias, sed inimicum dixit, quare cum aliis sentiendum est.

5 No.i.ex hoc tex.ꝙ† siquis inimicus ideo datus sit tutor ab inimico suo patre pupillorũ eius testamento, vt ppterea illaquearet debitis & negotiis, pp hoc ipsum excusaẽ, & hoc inductũ fuit ex epistola Veri & Antonini, vt est tex. in d.l. Athletæ. §. Dat remissionẽ. in fin.ff. eo.qđ Alexander Imperator extendit ad quæcunq; munera: ideo siquis pp inimicitias ad munera publica, & ciuilia vocatus sit, eidẽ talẽ nominationem non nocere sanxit idem Imperator in l.i.C. si prop.inimi.crea. facta sit lib. 10.nam hoc pręsidis ęquitas facere debet: ratio illa est, qa publicè interest nõ ex inimicitia hmõi creationes fieri, sed ęstimatione vera & cõmodo publico, vt ibi dr̃. & ideo videmus, ꝙ clericus promotus p inuidiã ab Episcopo ad maiores gradus, vt minoribus priuetur, restituiẽ, c.Honoratus.74.dist.vbi est tex.clarus. Similiter q ideo nominatus est tutor, ut fatigeẽ in pponenda excusatione, excusai & repetit dãna, l. Seueriter. C.eo.Sed circa hoc dubitatio occurrit, dr̃ in §. Dat re-

5 missionẽ.ꝙ† si antiquiores sint inimicitiæ testamẽto, valebit datio, quia psumeẽ reconciliatio, ut & Bal.inde notat, & hoc, nisi pp inimicitias datus sit, ut hic & ibi dr̃. Quæro modò ex quibus ęstimabiẽ, ꝙ datus sit pp inimicitias, & quid in dubio censendum sit. Ego [illegible] id totum arbitrio iudicis committendum per tex. in d.l.i. C.si propt.inimi.crea [illegible] ibi, præsidis ęquitas faciet. qui ex coniecturis hoc dijudicabit, si ex aliis cõstare potest, uel nõ potest, ꝙ mutauerit animum offensus & inimicus, ut dicit glo.notab.in d.§.Dat remissionem. quam celebrat Hippolytus Marsi. post Bal.in l. i. §. prętetea.col.3.ff.de quæst.In dubio tamen dicit Bar. in d.l. i.C.si prop.ini.quem ibi sequitur Ioan. de Plate. & uoluit etiam hic Ioan.Fab.quem sequitur Ang. quòd cense inimicus datus, ut se implicet debitis & laboribus

3 sicut in teste, qui† si inimicus sit, in dubio pręsumitur causa inimicitiarum deposuisse, nec ei fides adhibetur, l.3.in prin.ff.de testi.tamen mihi uidetur, ꝙ Bar.nõ benè dicat, nã considero tex.in d.§. Dat remissionẽ. ꝙ pcedit hoc ordine: ponit enim regulam primò, uidelicet ꝙ inimicitię capitales dãt remissionem tutelæ: excipit statim ab hac regula, nisi datus sit testamento tutor à patre, quod non aliunde prouenire potest, nisi quia pręsumatur ex datione reconciliatio: secundò ponit exceptionem ab hac exceptione & limitatione prima, & dicit, ꝙ si superuenerint inimicitię, nihil refert, ꝙ antea scriptus sit tutor in testamẽto, quia noua hęc causa illũ repellit, nec coniectura reconciliationis capi pt tandẽ ponit aliam limitationem ad primã exceptionẽ, uidelicet, nisi propter inimicitias datus sit, quãuis. n. antiquiores sint testamẽto inimicitię, & sit datus testamẽto, quo casu secundum priorem limitationem ualebat datio, nec excusabatur, si tñ propter inimicitias datus sit, habet excusationẽ: modò sic, cùm iam regula limitata sit, ut inimicus testamento datus non habeat excusationem, ex quo pręsumiẽ recõciliatio, si ab ea recedaẽ propter hanc qualitatem, ꝙ in dubio ppter hoc datus uidereẽ, nõ haberet locũ illa prima limitatio, nisi de animo reconciliandi constaret, & illa ab hac excipienda fuisset,

fuisset,non è conuerso:quo fit,vt cùm quis velit dicere
se propter inimicitias datum testamēto tutorem,& suā
excusationem proponat ,hoc saltem ex aliquibus conic
4 cturis probare debeat, quia qualitas hæc,ꝙ† ob id fue-
rit datus , debet probari per allegantem , Bar.in l. j. §.
ait prætor.ff.nequid in flumi.publi. cum simi.vt ꝑ Dec.
in consi.520.col.fin. & in hoc puto versari officium iu-
dicis, vt dicit in simi. Anto.de But.in c.j.in prin. de iud.
& sequitur ibi Dec.in 2.notab.in fi. quamuis enim ini-
5 micitiæ durare †præsumantur in dubio , vt dicit Are. in
d.c.j.de iud.in prin. tamen hoc est verum aliquo extrin
secus in contrarium non apparēte , vt est electio in tu-
torem,quæ an ex fide facta sit, arbitrabitur iudex ex cō
iecturis: satis est,ꝙ in dubio nō sentio cū Bar. quinimò
vult Bal.in d.§.Dat remissionem.in 3.nota.ꝙ ex hoc te-
stamento pax præsumatur, & probetur, & recōciliatio
quod probat apertè tex.ibi.
6 Iuxta hoc quæro,an si iudex†arbitrabit datū propter
inimicitias, & per consequens admittet excusationem,
an iste ita excusatus agere poterit cōtra hæredem,d.te-
statoris ad omnia sua damna & expēsas, quas passus est
in d.lite,& crederem,ꝙ sic, & per hoc allego gl. in ter-
minis in d.c.Honoratus.74.distin. in prin. quam ibi se-
quitur Præpos.& Cardin.Alexandri. pro quo est tex. opti
mus in l.Seueriter C.eo.titu.
7 Secundò no.secūdum Christo.hic,ꝙ†valet argumē-
tum à contrario sensu , l. Huius rei. ff. de off. eius , vbi
omnes , sed tu dic , ꝙ hic nō potest sumi argumentum
à contrario sensu , quia contrarius sensus est, si nō pro-
pter inimicitias datus sit inimicus,nō excusatus, quod
probatur in d.§.Dat remissionem.ita enim sumendum
est argumentum à cōtrario sensu , sed hic largè dicitur
sumi,vt dicebam in textualibus datur excusatio, nō da
tur,non ꝙ illud,ꝙ non detur ei , qui promiserat admi-
nistrare,pendeat inde, ꝙ sit contrarium superiori deci-
siōni,quia nō cōtrarius sed diuersus est casus,quæ qui
dem valde diuersi . vt Agricola optimè declarat,& post
eū Clau. Cantiuncula in sua Topica legali in 22.loco à
differentibus, sed, vt dixi,sunt in hoc contraria,quia in
vno datur excusatio,in alio casu non , facti diuersitate.
8 Hinc notare [illegible] quæ [illegible] dici, q in gene-
re vel in effectu sunt cōtraria,vt hic: satis est,ꝙ hic nul
lo modo argui potest à contrario sensu.
9 Tertiò no.ꝙ†qui promisit patri pupillorum admini-
strare tutelam filiorum eius,quamuis habeat ex publi-
co iure legitimam excusationem, eam ꝓponere nō po-
test,nec ad eam admitti,concor.tex.in d.l.Vxori . §.j.ff.
de sal.in d. l. Ex sententia. ff.de testa. tute.adducit Ang.
10 hic rationem,quia†fides etiam hosti seruanda est,l.i.ff.
de dolo . Primum dico fidem hosti seruandam , ex illo
tex. non duci,quinimmo contrarium , cùm eum bonū
dolum dicat,si hostis decipitur, de quo tamen.M. Tul-
lius legendus est lib. 3. Offi. posset tamen intelligi iste
tex.vt.s.inimicus,qui alias haberet excusationem,si ꝓ-
misit patri pupillorum,non excusetur quem intellectū
videntur pleriq; sensisse. Secūdum dico rationem esse,
quia videtur iuri publico ꝑ promissionem renunciasse
vt dicebam in figuratione casus,probat tex. in d.l.Vxo
ri.in fi. ibi , Quia consensisse videtur voluntati testato-
ris , id enim procedit ex regula illa , Quod semel pla-
11 cuit amplius displicere non†potest.Et hinc dicit Bal.
in d.§.i. ꝙ commissarius & executor testamēto electus,
si viuēte patre acceptauit , non potest etiam postea se
excusare , etiam ꝙ haberet excusationem à iure cōmu-
ni,ita.n.intelligunt omnes,d.§.j.l.Spadonem.ff.eo.pro-
quo est tex.in l.Et si quis. §.Si cui funeris, ff.de relig. &
sump.fune.ibi, Credo tamē & extra ordinem eū à præ-
tore compellēdum,vbi hoc idem firmat Bar.& Bal. per
illum tex.in l.3. §.i.de arbi. Dec. in consi. 61.col.j.vers.si

Quinimmo considerandum est.
In gl.j.in prin.Glo.benè declarat verba(propter ini-
micitias)vt.s.oneri huic,& debitis, & negotijs suppo-
natur d.l.Athletę.§.Dat remissionem.vbi hoc exprimi
tur,& satis colligitur etiam ex d.l.j.C.si prop.inimi.lib.
10.& in d.l.Seueriter.C.eo.
12 In ea.glo.ibi,Et no.Glo.considerat † quatuor casus,
quos singulos perspiciamus. Aliquando enim datus est
aliquis tutor inimicus propter inimicitias. vt negotijs
& laboribus implicetur,& hic est casus noster, in quo,
vt dictum est, si hoc ex coniecturis liquefit iudici, præ-
stabit excusationem,d.§. Dat remissionem.i fi.d.l.j.C.si
prop.ini.lib.10.d.l.Seueriter.C.eod.d.c.Honoratus.74.
distinc.& hic casus non habet dubium.
Aliqñ & secundò inimicitiæ suboriunt post testamē-
tum,& postquam iam fuerat ab aliquo vt ab amico da-
tus tutor,& clarum est,ꝙ superuenientes inimicitiæ, si
capitales sint,(ita enim intelligendum est per §. Inimi-
citiæ.j.eod.) excusant à tutela , est clarum in d. §. Dat
„ remissionem.ibi,Nisi postquam scriptum est testamen-
„ tum,capitale certamen eis inuicem constitit. & no. ꝙ
ibi dicitur capitale,vt dicebam , & clarius declarabitur
in d.§.Inimicitiæ.
Aliquando & tertiò inimicitiæ ante testamentū præ
stant excusationem , si capitales fuerint dato ꝙ postea
tutor scriptus sit in testamēto,& cùm glo.dicat hoc es-
se secundum quosdam , huic membro non adhęret &
benè, nam quò ad excusationem à tutela, non habetur
in consideratione,nisi capitalis inimicitia vt.j eo.§.Ini-
micitiæ, & d.§.Dat remissionem. vnde cùm dicatur , ꝙ
si postea factum sit testamentum , hoc tollit excusatio-
nem,frustra de hoc dubitaretur , an antè vel post factū
esset testamētū, si ea inimicitiarū natura non esset, quæ
alias excusationem præstaret.l.Si quęramus.ff.de testa.
c.i.de æta.& quali.cum vulgaribus.
Aliquando & quartò(dicit glo.) inimicitiæ non capi
tales exortæ sunt ante testementum,& testator his non
obstantibus tutorem inimicum nō capitalem filijs suis
dedit , & hoc casu censeatur in dubio inducta remissio
& ita intelligit tex.in d.§.Dat remissionem . vt.s.tūc de-
mum non det excusatio, si post inimicitias qs sit datus
tutor in testamento , quando inimicitiæ capitales non
fuerunt , qui quidem intellectus est in terminis contra
„ tex. ibi, qui dicit , Dat remissionem tutelę & capitalia
„ inimicitię contentio facta aduersus patrem pupillo-
„ rum . & sic regula ponitur In capitalibus : subdit exce
ptionem à regula , Nisi secundum testamentum appa-
„ ruerit datus tutor. vnde necesse est exceptionem intelli
gere in casu in quo regula loquebatur , & sic subsisten-
tibus capitalibus inimicitijs,Bar.in l.i. vbi Deci.col. 3.
ff.de reg.iur. Dico ergo inimicitias non capitales non
ꝓstare excusationē à tutela aliquo casu.j.eo.§. Inimici-
tiæ.ibi,Si capitales fuerint,ideo quod dr in d.§. Dat.in-
telligi debet de capitalibus per prædicta.
Sed circa hoc membrum aduertēdum est ad vnum,
quod dicit hic Io. Fab.videlicet, ꝙ illud, quod dicitur,
ꝙ excusatio nō datur inimico dato in testamento,si an-
tiquiores fuerunt inimicitiæ ipso testamento,habet lo
cū quādo testator , ille, qui dat eos tutores,fuerat ipse
offensus, nam benè ex hac datione censetur iniuriam
remisisse , secus si offensus fuisset tutor, nam tunc non
est in potestate offendentis iniuriam remittere,& ita vi
detur intelligere Io.Fab.d.§. Dat remissionem.& dicit,
ꝙ glo. ibi velle videtur , ꝙ à quacunq; persona ortum
habuerint inimicitiæ,& sic siue sit offensus testator, si-
ue tutor , omnino censeatur inducta remissio,nec con-
sideretur ex qua parte orta sit simultas & odium, & di-
cit Ioan.Fab.ꝙ prior opin.est magis amica literæ,tamē
ꝙ ipse tenet secundam per tex.in l. 3. §. Si tutor inimi-
cus.

cus. ff. de suspect. tuto. Verum est, ꝙ tex. in d. §. Dat re-
missionem. videtur loqui, quando offensus fuerat pater
pupillorum propter illa verba, Capitalis inimicitiæ cō
tentio facta aduersus patrem pupillorū. tamen ille tex.
aliter & generaliter potest intelligi, quia etiam ꝙ pater
pupillorum prouocauerit, si tamen tales inimicitiæ du
rauerunt, verum erit dicere, ꝙ eius aduersarius conten
derit cū patre pupillorum ex causa capitalium inimici
tiarum, vnde puto verissimum dictum glo. ibi, in ver.
Facta, ꝙ à quacunq; parte pouenerit culpa illa, censetur
abolita per dationem tutoris, in quo aduertendum pu-
to, ꝙ nō iccirco dicitur carere excusatione tutor, quia
cēseatur facta remissio ex ipsa datione à dāte, quia hoc
verum esset tantùm ex parte eius & non aliter, sed est
ideo, quia lex præsumit reconciliationem non remissio
nem, cùm nemò pręsumatur tam inops consilij, vt ini-
micum suum velit tutorem dare & custodem filiorum
suorum: cùm enim lex præsumat patrem semper opti
mū consilium pro filio capere, ideo est, ꝙ præsumit ip-
sam reconciliationem: at si inimicum datum tutorem
apparere possit inimicitiarum causa, & sic adhuc odiū
duraret, tunc præstatur excusatio vt hic: non ergo quia
censeatur à testatore facta remissio, sed quia reconcilia
tio inferri videtur ex hoc actu. i. non ꝙ ea hoc actu fiat,
sed ꝙ iste actus eam præsupponat, ideo non excusatur,
13 facit etiam†pro gloss. illa, quia in habenda ratione ini-
micitiarum non habetur consideratio, ea qua parte ꝓ-
cesserint, Inno. in c. Cùm. I. & A. de re iudi. Bal. in l. i. C.
si qua. præd. po. vbi dicit illam glo. esse auream Anto. de
Butr. in c. Veniens. el 2. desponsali. Alex. consi. 99. col.
i. lib. i. Anto. de Butr. Abb. Imo. & cæteri in cap. Vt de-
bitus. de appel. latè Hippo. in l. i. §. Cùm quis. colum.
penul. de quæsti.

Cætera, quæ Ang. hic circa materiam inimicitia-
rum satis impertinenter ponit post Ioann. Fab. cuius
verba ad literam suo more transcribit Ang. commo-
dius & aptius videbuntur, j. in §. Inimicitiæ. vbi regula
generalis ponitur.

In glo. in verb. Promiserant. Verū est, vt non excuset
qui promisit se administraturum patri pupillorū, etiā
ꝙ alias haberet excusationē: frustra enim declararetur
hic, ꝙ ex hac causa non admittitur ad excusandū, si ex-
cusationem legitimā non haberet: vt enim s. dicebam,
quando de aliqua q. quæritur, omni alio respectu habi-
litas pręsupponitur. l. Si quęramus. ff. de testa. cū vulga.
Pręterea quo modo promissio priuaret illū excusatio-
ne, quam non haberet. §. Seruus. s. de capi. diminu. l. De
cem. §. Decem. ff. de verb. oblig. cum simil.

In ead. glo. ibi, Vel sic se iactauit. Ego promissionem
exigi, & consensum ipsius prestitum patri pupillorum
puto per tex. hic, & in d. §. Spadonem. §. i. vbi est melior
tex. quam alibi, quia inde sumptus est tex. noster, hoc
enim procedit ex regula illa, vt dixi, quia quod semel
placuit amplius displicere non potest, quam duco ex l.
Vxori, §. i. ff. de fal. vbi ponitur casus, vt dicit glo. in d. re
gula, Quod semel. in princ. de reg. iur. lib. 6. Iactatio er-
go sola non sufficit iudicio meo, nisi approbatio, pro
missio, vel cōsensus aliter appareat: video enim huiusi-
14 modi iactantiones plerunq; non recipi à legib⁹, vt cō-
sensum inducant l. fi. ff. de testa. vbi Docto.

In fi. glo. Dic; ꝙ quando aliquis scribit sua manu se
tutorem in testamento alterius, distinguēdum est, nam
si testator ipse subscribat manu sua testamentum, tunc
proculdubio erit tutor, & erit testamentarius l. Ex sen
tentia. ff. de testa. tute. sed non facta subscriptione, non
erit tutor d. l. nisi iudex, videns alias ipsum idoneum
det, nam hoc facere potest. d. l. Vxori. §. i. ff. de fal. & est
datiuus, non testamētarius, & ita distinguunt Bar. Albe.
de Rosa. Dyo. & Iac. de Arena d. l. Ex snia. ff. de test. tute.

## §. NON ESSE.

1 *Ignotus qualiter accipiatur.*
2 *Ignotus tutor dari potest.*
3 *Ignotus potest eligi, & ei beneficium conferri.*
4 *Testes an debeant cognoscere contrahentes.*
5 *Tutor non habēs domicilium in loco, vbi tutela admi nistranda est, excusatur & an dari possit.*
6 *Tutor non subditus non datur à iudice.*
7 *Tutor subditus si detur tutor bonis non subditis iudi-ci danti, an datio sit nulla.*

NON diuiditur propter vnicum contex-
tum.

Hoc solo, ꝙ quis ignotus sit patr. pupil-
lorum, non excusatur. h. d. ex l. Spado-
nem. in fi. ff. eod. In hoc summario ani-
maduertenda est incuria Ange. Areti. hic, qui ita sum
mat: Ex eo, ꝙ quis non cognouit patrem pupilli, non
excusatur à tutela, in quem errorem lapsus est etiam
Christo. hic quinimmo & Fede. Nausea, qui profitentur
potius in sua lectura scientiam humanorum studio-
rum, quàm legum, qui omnes intelligunt hunc lo-
cum, vt ea verba (ignotus patri pupillorum) hoc so-
nent & inferant, ꝙ ipse tutor datus non cognouerit pa-
trem pupilli, hic autem tex. vult expressè contrarium,
q. s. pater pupillorum non cognouerit ipsum tutorem,
hoc. n. maiorem habet in se dubitationem, verbum
enim (ignotus alicui) id propriè significat, ab eo non
visus, vt mox dicemus.

Casus ita figurari potest: quęsitū est an tutor excusari
possit ex eo, ꝙ pater pupillorum, qui eum tutorem de-
dit, illum nunquam vidit aut cognouit: & dubium fa-
ciebat, quia extraneos & alienæ prouinciæ homi[illegible]
tutores demus, illi habent excusa[illegible] l. fi. ff.
eod. Valde enim absur[illegible] videtur, vt quis onere tute-
læ grauetur ab eo, à quo non est cognitus: cuius tamen
contrarium deciditur hic, vt. s. non visus (ita enim intel
ligere debemus ignotum in tex. nostro) possit dari tu-
tor, nec ex hoc solo excusetur, pone enim ꝙ aliquis sit
sanguinis necessitudine iunctus, qui tamē peregre tan-
diu profectus sit, vt pater pupillorum eum nunquam
viderit, quem tamen ipse testator & vt necessarium &
coniunctum amat, & vt de viro bono ac fideli confidit,
quinimmo & si penitus extraneus sit licet nunquam vi
sus, potest apud patrem pupillorum talium bonorum
virorum testimonio probatus esse, vt meritò fidem ha
buerit pater, vt ex fide gesturus sit tutelam filiorum
eius, per hoc non debet excusari posse, cùm alias videa
mus & penitus incognitos institui hæredes posse. l. Ex
traneum la. 2. C. de hære. insti. §. fi. j. eo. ti. Quòd si aliam
excusationē habet vel ratione domicilij vel quauis a-
lia causa non impeditur eam proponere, quia hic tex.
excludit tantūmodo ab excusatione illū, qui hoc solo
se tueri vult, ꝙ ignoratus patri pupillorum sit.

1 In tex. ibi, Quòd ignotus† patri pupillorum sis. Igno
tum hic accipe in suo proprio significatu pro incogni-
to & non viso, vt propriè accipitur Plau. in Trinum. dū
inquit, Is homo exornetur graphicè in peregrinū mo-
dum, ignota facies. i. quæ non visa sit, non incognitus
patri. i. qui patrem non cognouit, prout Ange. Ioan. de
Platea, Christo. & Fede. Nausea hic intellexerunt, quod
profectò valde deridendum est. Quamuis enim apud
Quintilia. ignotus pro inscio reperiatur præterquam
ꝙ hoc non ex puritate Latini sermonis acceptum pu-
to, verbum illud (patri) in casu dandi non patitur, vt ita
accipi possit, & habemus etiam exemplum in l. ciuile.

C. de

C.de fur præsertim cùm verba ducta sint, quinimmo
& transcripta ex verbis Iurisconsulti in l.Spadonem.in
fin. ff. eod.
2 No.j.ẽm verũ intellectum huius.§.q̃ †ignotus nobis
pôt à nobis tutor dari, concor.tex.in l.Spadonem.§.fin.
ff.eo.sicuti etiam potest ignotus hæres institui, vt dici-
tur.§.fi.j.de hære.insti.l.Extraneum i.la 2.C.eod.Et eo-
3 dem modo ignotus†potest eligi,& ei beneficiũ cõfer-
ri.c.Cùm deputati.de iudi. vbi notant Doct. vt dicit ẽt
4 hic Ioan.Fab.Docto.hic insernnt†ad q.an sit necesse,q̃
testes cognoscant contrahentes,quæ nimis est extra ꝓ-
positam materiam, ideo videnda sunt dicta per Bar.&
alios post glo.ibi in l.fi.§.Sinautem dubius. C. de iure
delib.circa quod vnum tantum addam, q̃ satis est,q̃ te
stes dicant,q̃ si viderent, cognoscerent, licet non desi-
gnent proprium habitum corporis vel rerum secundũ
Bar.in l.j.ff.si ex nox.ca.agar.
Secundò no.ibi,Qui hoc solo vtit,q̃ cum ministerio
locutus est Imperator, quemadmodũ fecit ẽt Iuriscon-
sultus in d.l.l.Spadonẽ,& in l.fi.ff.eod.dum inquit,Non
propter hoc excusabitur. noluit enim excludere alias
causas, puta, domicilii vel diuersitatis prouinciæ, vt
dicetur in glo.
5 In glo. Verũ est, q̃†siquis non habeat domicilium
in eo loco,vbi dat tutor, & vbi administrãda est tutela
habet excusationem d.l.fi.in fi.ff. eod. vsitatissimum.n.
est,vt ijs, qui in Italia domicilium habent, administra-
tio rerum prouincialium remittatur. Diuus.n.Marcus
& Seuerus rescripserunt, q̃ ita demũ ex vicinis ciuitati
bus & prouincijs accresendi sunt tutores, si in ciuitate
ex qua pupilli oriundi sunt, non reperiatur idoneus tu
tor cuius rescriptum referunt Pau. Iurisconsultus in l.
Diuus Marcus.ff.de tuto.& cura.dat.ab ijs,& Vlpian.in
l.j.§.Siquando. ff.de mag. conueni. Iuxta quod quærit
6 hic Ang. vtrum†tutor dari possit in loco, in quo nõ ha-
bet domicilium,& dicit,q̃ glo.in l. neq;. C.qui dar. tu.
poss.in ver. petine [illegible] distinguit vt per iudicem dari non
possit, sed per testatorem sic, quod Cyn.intelligit,si nõ
consentit ille, qui datus est tutor, alias sic, sed dicit q̃
hic tex. cũ glo.facit ad hoc,q̃ valeat datiuus,cùm dicat
posse excusari, quod nõ [illegible]
maior.versi.Minores.j. eo.subdit,q̃ Saly. adhæret distin
ctioni glo. & rationem adducit, quia in iudice inspicit
iurisdictio,& ideo non subditum non dat tutorẽ,quod
secus est in testatore: tandẽ Ang.dicit, q̃ sicut pupillus
potest sibi domicilium constituere coram iudice non
suo,vt possit sibi dari tutor, ita tutor alienigena,si do-
miciliũ sibi cõstituat i loco, poterit dari tutor arg. not.
p Bar.in l.j.ff.de tuto. & cura. da.ab ijs. Sed quô hæc fa-
ciant ad propositũ q.ipse videat:quæstio est,an ille, qui
non habet domicilium in loco, possit tutor dari, & si
loquimur in testamentario, proculdubio valet datio p
tex.nostrum: q̃ si bona pupilli forte sint posita in loco,
in quo ipse tutor datus habet domicilium, ex hoc excu
sari non potest,vt in tex. nostro, sed si bona pupilli sint
in alio loco,quàm in eo,in quo datus est tutor, potest
se excusare ab administratione earum rerũ, quæ in alia
prouincia sunt,quàm in ea, in qua habet domicilium:
ita enim cõstituerunt Verus & Antoninus.i.l. Nõ solũ,
§. Et qui in testamẽto. ff. eo. Si verò datus sit à iudice,
cadit iudicio meo duplex consideratio, prima an detur
persona, quæ non sit de iurisdictione ipsius, & tunc ꝓ-
culdubio non valet datio.l.Neq;.C.qui dar. tutor.poss.
7 secunda est si detur subditus †à iudice, sed detur rebus
alterius prouinciæ,quàm vnde est iudex,& tunc voluit
glo.in d.§.Et qui in testamento,q̃ datio sit nulla, nec sit
opus excusatione,quę opinio falsa est, & contra tex. in
§.Datus.j.eo.& in l.propter litem.§. Licet.ff.eo.quia da
tus tutor ad vniuersum patrimonium datus intelligit,
pôt tñ se excusare ab administratione rerũ in alia pro-
vincia existentiũ d.§.Licet.q̃ si pôt excusare se,tenet da
tio,vt arguit Bar. qui hanc opi. tenet in l. pupillo. ff.de
tuto.& cura.da.ab ijs.Cyn.& Bar. in l.i.C.vbi pet.tuto.
Soz.in consi.36.col.4. lib.i.& ita in hac q. residendũ pu
to. Cętera dic,vt per alios, nihil.n. attingunt vlterius,
quod vel ad declarationem tex.vel glo.facere videatur.

## §. INIMICITIAE.

1 *Capitalis causa.*
2 *Capitalia iudicia.*
3 *Capitalis aduersarius & hostis.*
4 *Capitales inimicitiæ.*
5 *Inimicitiæ excusant à qualibet tutela.*
6 *Inimicus tutor potest postulari suspectus.*
7 *Inimici consanguineus potest accusari suspectus.*
8 *Inimicitiæ præsumuntur durare in filijs & descẽdentibus usq; ad quartum gradum.*
9 *Iniuria quælibet serpit in descendentes.*
10 *Inimicitiæ cum transuersalibus an excusent à tutela.*
11 *Inimicitiæ non capitales non excusant.*
12 *Inimicitiæ capitales ubi excusant, est articulanda & probanda hæc qualitas.*
13 *Inimicitiæ probandæ sunt per allegantem & quare.*
14 *Inimicitiarum qualitas probanda est.*
15 *Inimicitiarum causa nõ attenditur, neq; origo, neq; in tutore, neque in iudice & arbitro.*
16 *Cautionem de non offendendo petenti non obstat exceptio quòd ipse fuerit causa timoris.*
17 *Maritus cogitur præstare cautionem uxori adulteræ de non offendendo.*
18 *Reconciliatio facit, ut non detur amplius excusatio.*
19 *Inimicitiarum exceptio per pacem sopitarum non attenditur.*
20 *Reconciliatio probanda est per eum, qui eam allegat.*
21 *Reconciliatio qualiter probetur expressè uel tacitè.*
22 *Ingratitudo commissa per filium præsumitur abolita ex actibus contrarijs.*
23 *Reconciliatio recens an pariat eosdem effectus.*
24 *Testis idoneus non censetur ille, cum quo de recenti facta est pax.*
25 *Recõciliatio facta in mortis articulo an sit attẽdẽda.*
26 *Uxori censeaturne remissa iniuria adulterij in ultimo uitæ spiritu per benedictionem.*
27 *Reconciliari qui propriè dicantur.*
28 *Solet, hoc uerbum inducit necessitatem.*
29 *Inimicitiæ capitales quæ dicantur.*
30 *Uxorem alterius retinens præsumitur inimicus capitalis.*
31 *Verba iniuriosa pariunt inimicitias capitales attenta qualitate uerborum.*
32 *Iniuria uerbalis quando dicatur atrox.*
33 *Honores alicui decretos tuebans dicitne facere atrocẽ iniuriam, ideo potest ei armata manu resisti.*
34 *Inimicitiarum causa nulla fiunt, quæ aliter non fierẽt in iure.*
35 *Arbiter } Iudex. } repellitur, si inimicus sit.*
36 *Procurator inimicus non cogitur, imò post litem cõtestatam reuocetur.*
37 *Testis inimicus reijcitur, & examinatus non facit iu(dicium.*

Inimicus

38 *Inimicus non accusat etiam in notorijs.*
39 *Inimicitiæ excusant vasallum à petēda inuestitura infra annum & mensem.*
40 *Inimicitia qualiter probetur,*

Hic §. nō recipit diuisionem propter vnicam orationis structurā. Inimicitię capitales vrgentes excusant à tutela h. d. ex §. Dat remissionem.l. Athletæ.ff.eo.

Casus facilè. figuratur in notissima regula, & quæ apertam habet in se æquitatem: cùm enim inimicitiæ præsumanť durare cū filijs, &(vt Bal. sensit) ēt vsq; ad quartū gradum, iustū & summè æquū visum fuit non cogere quēquam ad tuendos eos, quos odit, & ideo perijsse expetit iuxta illud Cicero.lib. 2. Offi. Ferè
,, enim quem quisq; odit periisse expetit.nec fidei inimi-
,, ci tutelam committere eorū, qui per ætatem se defendere nequeunt.Quocirca non solùm data ex parte tutoris excusatio ad leuandum illum hoc onere vt hic, sed etiam ex parte pupillorum actio suspecti.l. Tutor. §.Si tutor inimicus.ff.de suspec. tuto.ꝙ si iam reconciliatio secuta esset, tanquam extincta causa irarū & odij cessat eius effectus.l.Adigere §.Quamuis.ff.de iure patr.
1 In tex.ibi, Si capitales fuerint.Modestinus in l.Licet.
,, ff.de verb.signi.Licet (inquit) capitalis Latinè loquen-
,, tibus omnis causa existimationis videatur, pęnæ tamē
,, appellatio capitalis vel mortis vel amissionis ciuitatis
,, intelligenda est. Hinc dixit Paulus in l. Publicorum.ff.
2 de publi. iudi. Capitalia iudicia sunt ex quibus † pœna
,, mors, aut exilium est, Hinc apud Latinos dictus est ca-
3 pitalis aduersarius, & capitalis† hostis aut inimicus, qui
vel mortem vel existimationem alterius petit. Inde
4 & inimicitia† capitalis inter eos, qui vel vitam vel existimationem alterius insectati sunt, vel maiorem eius fortunarū partē, quæ etiā dici solet causa capitis, vt apud Cice.pro Quinto legitur sępius. Cice.in Catili. hostem capitalē dixit, & i lib.de Amici. odio capitali ab aliquo dissidere, & capitalem aduersarium li.4. de Finib.nostri ferè eodem modo declarant, de quo paulopost.
5 Primò no.ꝙ† inimicitię excusant à tutela, qđ in declara à qualibet: si.n.testamētaria sit, iam statutū est.s.ī §.Item si propter.& in d.§.Dat remissionem.l.Athletæ. ff.eo.idem multò magis in legitima & datiua dicendū est.Si enim legitima tutela ad agnatum inimicū delata sit, hoc ipso potest se excusare, ꝙ capitalis inimicitiæ cōtentio fuerit ei cū patre pupillorum: idem in tutore dato à iudice: idē probat tex.in d.§.Dat remissionem. li
6 cet videat loqui in testamentario, quinimmo† si taceat tutor, potest ex causa inimicitiarū prædictarum remoueri vt suspectus.l. Tutor.§. Si tutor inimicus. ff.de suspec.tuto.& nō solum potest accusari vt suspectus ini-
7 micus patris, sed consanguineus † etiam inimici patris argu.tex.i c.Accedens.el 2.vt lite non contes. vbi Abb. facit tex. in l. j. C.si rector prouin. vbi Bal. not. Et ideo dicebat in simili Deci. consi. 674. in secundo dubio, ꝙ si datus est frater matris, quæ transiuit ad secunda vota, potest accusari & remoueri vt suspectus, sicut & ipsa posset, præsertim si sine causæ cognitione datus esset, vt decidit Bal. in l. Omnem.col.2.ver.Quæro an datiuus. C.ad Tertulli.Curti.in consi. 47. Super controuersia. col.3.& sequen.
8 Secundò no.ex hoc tex. ꝙ† inimicitiæ durare præsumunť in filiis & serpere in descendentes tex. iuncta glo, in d.l.Tutor.§.Si tuto.ff.de suspec.tuto.si enim extincto patre censeretur extincta inimicitia, non ageretur hic de excusatione, & dixit Bal.ꝙ censentur durare vsq: ad quartum gradum, in c.j.§.Si vasallus culpam.col.2.in fi.
9 si de feudo fue.controuer.&† est ratio quia quælibet iniuria serpit in descendentes.l. Lex Cornelia. in princ. ff. de iniur.facit tex.in l.Quisquis.C.ad L.Iul.maie.
Tertiò no.ibi, Cum patre.ꝙ cum mysterio locut⁹ est tex.non ꝙ non intelligam, ꝙ appellatione patris veniāt hic omnes ascendentes ex ratione d.l. Lex Cornelia.de
10 iniu. sed quia si inimicitia fuisset † cum fratre, patruo, vel alio transuersali, tex.hic non videtur velle, ꝙ sufficiat ad excusationem pariendam, ita in simili voluit glos.in l.Tutor.§. Si tutor inimicus.ff. de suspec. tuto. dum sentit, ꝙ inimicitiæ, quæ fuerunt cum fratre vel alio transuersali, non faciant vt tutor accusari possit suspectus.Bar. ibi tandem sentit hoc totum cōmittendum esse arbitrio iudicis pro qualitate personarum & locorum secundum mores regionis, quod ego puto verissimum tam ad pariendam excusationem, quam accusationem suspecti: quid enim si in Aemilia vel Romandiola quis occiderit fratrem pupillorum vel patruum? proculdubio repelletur à tutela, & ipse poterit ex eadem causa excusari.
11 Quarto no.ibi, Si capitales fuerint. ꝙ† inimicitiæ ita demum escusant à tutela, si capitales fuerint, aliàs à cōtrario sensu non excusant, quod ego puto verū eò ma-
,, gis, ꝙ Theophilus hoc expressè subdit: Sin autē nō capi
,, tales fuerint, excusationem non præstant.possumus ergo tantò magis argumentum sumere hic a contrario
12 sensu.l.j.§.Huius rei.ff.de offi.eius.Vnde † aduertēdum est ne decipiat in probatione ille, qui vult se excusare, quia nō sufficit articulare & ꝓbare inimicitias, sed necesse est probare hanc qualitatem, ꝙ fuerint capitales, quia nō simplex inimicitia, sed capitalis excusat, & quādo lex loquitur cum certa qualitate, illa debet probari, vt voluit Bar. in l.j.§. ait Prætor. ff. nequid in flum. publi.facit qđ notat Io.An.in c.1.de hom. lib. 6.cum simi-lib.vt per Ias.in l.Vt vim.col.i.ff.de iusti. & iur.Deci. in cons 466.Stante.col.3.in cons.540.col.2.in princ. Bertran.cōs.30.Lecto.col.j.lib.j.Ant.Rub.Al[illegible]16.In causa.col.5.versi.Tertium dubi[illegible]consi.164.Absolui.col.2.versi.Quarto facit.lib.2.in cōsi. 170. Nomine. col.antepen.versi.Primò quia nō est.eod.libr.cum infinitis simil.Et ideo dicebat Bal. optimè in l. Siquis testa-
[illegible] de testi.ꝙ ille, qui† allegat
13 inimicitiā, debet eā probare non solùm in casu nostro quia est fundamentum suæ intentionis l. 2.ff. de proba. sed quia ex naturali rōne pręsumit in dubio amicitia inter hoies, qđ ego probo ex naturali illā cognatione, q̃ inter hoies natura constituit.l.Vt vim.ff. de iusti.& iur. vnde subdit ꝙ nō sufficit ēt probare inimicitiā in gene-
14 re, nisi probet eius† qualitas, vnde multò magis in casu nostro, vbi qualitas hæc, ꝙ sit capitalis, requisita est à lege.Sit ergo cautus qui proponit excusationē, vt hanc qualitatē deducat & ꝓbet, vel saltē tale quid, ex quo resultet clarè, ꝙ inter eos fuerit interpretatione iuris inimicitia capitalis, quæ qualis sit, dicemus cum glo.
15 Quintò no.ibi, Exercuit.ꝙ† quamuis ipse tutor fuerit nō solùm offensus.sed offendēs, omnino habet excusationē, quia in hoc casu non attenditur, quę fuerit causa inimicitiarum, ad idem tex. iuncta gl.in l.Athletæ.§. Dat remissionē.in ver.Facta. ff.eod. vbi Bal. no.ad testes qui repelli possunt, si probentur inimici non attenta causa & origine.c.Quoties.de testi.& idem dicimus in iudice & arbitro, in quo ēt nō distinguitur causa, Ant. de But. in c. Veniens. de spons. sequitur Alex. in consi. 99.In causa.lib.j. Similiter videm⁹, ꝙ petenti cautionē
16 de nō offendendo non obstat exceptio, ꝙ† fuerit causa inimicitiæ & timoris, vt volunt Bar.& Ale.in l.Qui bona.§.Siquis iuxta.ff.de dam. infec. Abb.in c. Literas.de resti.spolia.in c.i.in 6. notab. vt lite non contes.Ias.in l. Si super. C. de transacti. Ripa in rubr. ff. de dam. infe. colum.4.ver. Sextò dubitatur. vbi pro hoc allegat tex.

in c.

17 in c.De Benedicto.32.quęstion.1.vbi maritus† cogitur
pręstare securitatem vxori adulterę de eam non offen-
dendo,& tex.in l.In ipsius.C.fam. hęrcis. & circa hanc
materiam an distinguatur quis fuerit causa,satis dictũ
fuit s.in §.Item si propter. & ponit Dec. in c. i. in 2.le-
ctura.in 2.col.de iud.& optimè in c.ut debitus.col.7.in
fi.de appella.vbi videndum.
18 Sextò no.ibi,Nec reconciliatio interuenit, q† recõci
liatio inimicorũ facit,vt non deĩ excusatio, quia videĩ
cessare causa inimicitiarum.sicut videmus, q exceptio
19 inimicitiæ† per reconciliationem & pacem sopitę non
admittitur,vt dicit in simili Bar.p illum tex.in l.3.§.Nõ
solùm.ff.de adim.lega.Inno.in c.Cum oporteat. de ac
cusa.glo.in versi.Capitales. in c. per tuas de simo. Bar.
20 in l.3.§.j.ff.de testi.& ibi Alexa.& in hoc aduerte, †quia
satis est, q tutor,qui vult se excusare,alleget & probet
inimicitiam inter ipsum, & patrem pupillorum,& pro
bet hanc qualitatem,q sit capitalis, nã non habet ipse
necesse probare,q non fuerit secuta reconciliatio, sed
satis est q alleget, nam præsumptione iuris inimicitia
psumiĩ durasse,nisi pax probetur d.l.In ipsius. ubi Bal.
per illũ tex.C.fam.hercis.no.Inno. in d. c. cũ oporteat.
Bal.in d.Auth.si dicatur.C.de testi.Pet.de Ancha. consi.
257.In causa.Bal.in l.Ex persona col. 3.C.de proba. po
21 test autẽ† probari recõciliatio expressa per pacem,itẽ
tacita ut (puta)ex mutuis beneficijs,ut no.Bald.per illũ
tex. in d.l.In ipsius. C. fami. hercis. facit tex. cũ glo. j.
de iniu.§.fin.ubi actio iniuriarũ tollitur dissimulatione,
facit quod uoluit Bal. in l. Liberi. C. de inoffi. testam.
22 q p contrarios† actus gratitudinis exhibitę à filio erga
patrẽ præsumatur abolita ingratitudo per eũ commis-
sa contra eundem.de quo tradunt Doct. in auth. Non li
cet.C.de lib.pręte.ubi Cur.iun.col.2.in 3. limitatione,
uel ex conuersatione aut salutatione, ut habeĩ per gl.
in §.In summa.j.de iniur. & alijs modis, de quibus ibi
Deo [illegible] dicemus.
23 Sed dubiũ est,quia† si reconciliatio de recenti ante
mortem patris subsecuta esset, an ea hunc effectũ pa
24 reret,ut non admitteret eius excusatio:nam uideo q†
ille,cũ quo de recenti facta est pax, nõ censeĩ idoneus
testis. c. accusatores. et j. 3 [illegible]
teat.Alex.consi.99.uersi.Et quãuis tẽpore.lib.j. col. j.&
Ioan.de Ana.in d.c.cum oporteat.col.3.dicit, q tex.no
ster intelligendus est,dũmodo reconciliatio non sit re-
cens.Ego puto in hoc maximè uersari officiũ iudicis
in discernendo,an pax secuta fuerit(puta) ex causa pu-
blica ad sedandos rancores ciuitatis ex pcibus magno
rum virorũ,vel proprio motu, vt obtineatur gratia &
indulgentia forsan alicuius delicti, non obtineri non
poterat sine pace ex mandato forsan superioris, vt quo
tidie fit in terris ecclesiæ ad extorquendũ postea com-
positiones delictorum, & an secuti fuerint continuati
actus amicitię,puta,q simul habitauerint & sub eodẽ
tecto,& in eadẽ mensa steterint, vt cõsiderat Alex. in a-
lio proposito in cõsi.159.col.fi.lib.7.ver.Sed plus dico.
nã ex varietate casuũ poterit optimus iudex cõscientiã
suã informare,an admittenda sit excusatio ex recẽti re
25 cõciliatione,vel nõ. Adde siqs † in mortis articulo re-
cõcilians sit inimico suo,vel ei benedixerit, aut ẽt de-
osculatus fuerit siue hortatu sacerdotis,siue ẽt proprio
motu,non putarẽ p reconciliatione habendã,vĩ. n. re-
missum quoddam odiũ conscientiã lædens metu etiam
mortis,sępe.n.reuirescunt. iniuriæ cõualescentibus in
firmis,& ita vĩ decisio Guliel.de Cun. Bar. & Ang. in l.
si tibi.§.Quędam,ff.de pact.in l.Nõ solùm.§. j. ff.de in-
iur.Bal.in l.2.C.de libe.& eo.lib.in l.2.ff. ad Sylla. in c.i.
§.Iniuria.de pace iura.fir: Anto. de But. in c. De his.de
accu.& tantò magis vrget, quando in mortis articulo
hęc fiunt, vt no. Ioann. Andr. in addi.Specu.in titu.de
instru.edit.§.Nunc aliqua.sequitur Alex. in consi. 189.
In causa.col.2.versi.Nec obstat si dicatur.lib.6.ubi pro
26 priè quęrit an ex benedictione† facta vxori censeatur
remissa iniuria adulterii à marito in vltimo vitæ articu
27 lo constituto.Obiter tamen notabis,q† reconciliati p
priè dicunĩ ii,qui ad primęuum statum reducuntur c.
Notũ sit.2.q.1.c.Ministrare.26.q.6.c.fi.de consecra.eccl.
vel alta. declarat Purpur. in alio proposito in l.2.§.ap-
pellata.colum.3.ff.si cer.peta.versi. Et hoc quod de re-
conciliatione.
28 Septimò notaĩ ibi, Solent excusare, quòd † verbum
(solet)hic inducit necessitatẽ,ostendit ordinariã quan-
dã necessitatẽ excusandi prout in l.i.C.de eden.in fin.&
in l.admonendi.vbi oẽs notant.ff.de iureiur. vbi Ias. in
repe.col.3.versi.Item pondera tex.in versi.Solent.
29 In glo.1.Glo.exẽplificat† quęnam dicanĩ inimicitiæ
capitales,& ex sententia Azo. dicit, q capitales inimi-
citię dicuntur inter eos, quorum vnus aliũ accusanit
de crimine,quod ingerebat pœnam capitis.i.status, vel
pœnam sanguinis,vel quia alter morti alterius insidias
parabat.Ange.hic voluit ex sententia Bar. q ea dicatur
inimicitia capitalis,quoties inter aliquos mora seu oc-
cisio alicuius affinis vel consanguinei interuenit, l. Lex
Cornelia.ff.de iniur.& idem si de capitali crimine accu
sauit.l.Qui cùm maior.de bon.lib.q nimmo & si mina-
tus fuerit interficere,secundum glo.in l.Licet.ff. de ar-
bi.Io.Fab.hic adiicere videtur,si inter eos lis fuerit de
omnibus bonis,vel maiori eorum parte,& generaliter
vbicunq; verisimile est quemquã ita odio prosequi ad-
uersarium,vt eũ periisse expectat:& idem si cũ inimicis
patris conuersaretur uel cohabitaret c.Repellantur.de
accusa.Ego collectis Docto.sententiis puto uersari offi
cium iudicis: sunt enim quidam casus in iure expressi
& à Docto. recepti.ex quibus proculdubio iudicandũ
est ortas esse capitales inimicitias, at erũt quãplurimi,
in quibus pro conditione personarum,locorũ, & facti,
æstimabit æquus iudex capitales uel non capitales ini-
micitias,ut optimè sentit Abb.in d.c.Cùm oporteat.de
accusa.in gl.in uerb.Inimicos.& itẽ uoluit Bal.in auth.
Si dicatur.C.de testi.sequiĩ Ias.in l. Procuratoribus. C.
[illegible] capitalis inimicitia diciĩ,
quando quis de statu quæstionem mouet, ut dicit hic
gl.& idem uoluit Bar.in l.3.§.Non solùm. ff. de adi.leg.
quod probat tex.in l.Qui cùm maior.in princ. & per to
tam illam.l.ff.de bon.lib.& idem dicit Bar.ibi,siquis cõ
sanguineũ uel affinem alterius interfecerit d. l.Lex Cor
nelia.in prin.Idem si minatus est interficere,scd̃m glo.
30 in l.Licet.ff.de arbi.Idem,siquis uxorem alterius† apud
se retineat secundum Bal. per illum tex. in c.accedens.
el secundo ne lit.non contest.pro quo est optimus tex.
in l. Codicillis. §. Matre. ff. de lega. 2. ibi, Sed & mihi
deteriora fecit.quæ uerba sm Doctor. ibi de adultero
intelligi debẽt,& ita illũ tex.intelligit Dec.in c. at si cle
rici.§.de adulteriis.col. 2.de iudi.facit tex. in l. Patri. &
in l.Quod ait.ff.de adul. Eodẽ modo capitales inimici
censenĩ,qui litigant de omnibus bonis, uel de maiori
eorum parte,& ita hunc tex.interpretatur Bar. in l.3. in
prin.ff.de test.per tex.in l.propter litem.ff.eo. & uoluit
Bal.in l.Athletę.§.Dat remissionem. ff. eo. prosequitur
latè,ex quibus causis inimicitię capitales contrahantur
Hippo.Marsi.in l.i.§.præterea.col.7.uer. Et ideo succes
siuè.ff.de quæstio.& in suo consi.8. column. 3. dicit eos
esse inimicos capitales,inter quos causa criminalis agi
tur,& per consequens idem erit, si causa erit pecunia-
ria pro qualitate personarum magna p doctr. Bald. in l.
Interpositas.prope fi.C.de transa.& in proposito dixit
Bertran.in consi. l. col.3.uersicu. pręterea metus.libr.i.
31 Quinimo ex uerbis iniuriosis† oritur aliquando inimici
tia capitalis secundũ Bal.in c.Veniẽs.in fi. C. de iureiu.

ſequitur Hippo.d.conſi.col.3.verſ.Item etiam oritur,&
in conſi.20.col.6.in prin.quod non eſt ſimplieiter ad-
32 mittendũ,ſed ita demum†ſi ex qualitate perſonarum,
verborum,& loci,iniuria atrox dicaꝛ, & ideo io pro-
poſito conſideravit.Cur.in conſi. 148. col. 2.ꝙ ſi filius
in conſpectu multitudinis dixiſſet patri , ꝙ erat ſtultus
vel huiuſmodi verba iniurioſa ratione loci , temporis,
& perſonarũ talis iniuria dicitur atrox, & eſt iuſta cau-
33 ſa exhæredationis. Idem exiſtimarem†in eo , q turba-
ret aliquem in honore iam decreto, quia quamuis non
detur actio propter turbationem io honoribus , vt vo-
luit Ioan.Fab.in §.Aliam.ꝫ.de bon.poſſ.per tex. in l. In-
iuriarũ. §.Siquis de honoribus. ff. de iniur.tamen hoc
eſt verum in decernendis,ſed in iam decretis & compe
tentibus ſecus eſt,vt nidetur de mente Bal. in l. Obſer-
uare.§.antequam.ff.de offi.proconſ.& lega.in fine pri-
mæ lecturæ:imò nidemus,ꝙ poteſt armata manu reſi-
ſti , ut tradit Petr. Gherard. in ſing. 33. Nobiles. tradit
Purpur.in l.j.column.9.uerſicu. Tertia concluſio.ff.de
iuriſdict.omni.iud.& habetur per Docto.io l.ut Vim.ff.
de iuſt.& iur.idcirco puto,ꝙ etiam ex hoc oriatur ini-
micitia capitalis.
34 Dum uerò gl.ſubdit notandum eſſe, ꝙ†ex cauſa ini-
micitiarum aliquid fit,quod alias non fieret , hoc uerũ
35 eſt,nam & arbiter repelliꝛ, d. §. Cum quidam.† & d. l.
Licet,allegata in glo.item & iudex, d.l. Si pariter. ff. de
lib.cau.nec procurator cogitur.l.filiusfa.in fi.ff. de pro
36 cura.Quinimò ex cauſa inimicitiarũ poſt litem † con-
teſtatã procurator reuocaꝛ,d.l.Vel exilio. ff. de proen.
Sunt & alii plurimi effectus inimicitiarum,quos recen
37 ſere longũ eſſet: nũc ſatis ſit noſſe , ꝙ † inimicitia reij-
cit teſtem à teſtimonio, l.Teſtium. ibi, an inimicus. ff.
de teſti.§.Siquis uerò.in Auth.de teſti. auth. Si dicatur
in fi.C.eod.tit.c.Super eo.c.Quoties . de teſti. Bar. in l.
i.§ Cum quis.ff.de queſti.quinimò ſi examinetur , non
facit indicium ſecundũ doctr.Bar.in l.Maritus. in prin.
ff.de quæſti.tradit Vincentius Paleottus in conſi.inſer-
to inter coofilia Alexandri conſi.127.colum.fin. libr.4.
38 Item inimicus etiam in notoriis non admittitur†ad ac
cuſandũ,ut noluit Roma.in conſ.323.poſt alios , quos
39 allegat.Alius eſt effectus inimicitiæ,ꝙ excuſat uaſal-
lum non euntem ad petendam inueſtituram infra an-
num & menſem capi.j.quo temp.mil.inueſti. pet. deb.
vbi glo.tradit noniſſimè Goza. in conſi. 71. colum. pe-
40 nultim.in princip.verſicul.Sed in caſu noſtro.† Quali-
ter autem probetur inimicitia , ſatis poteſt colligi ex
prædictis,& eſt tex.vbi Iaſ. latè tradit, in l.Liberi.C.de
inoffi.teſtamen.

## §. ITEM IS QVI.

1 *Status controuerſia quæ dicatur.*
2 *Status cauſa quæ.*
3 *Cauſa liberalis quæ.*
4 *Status ſui controuerſiam paſſus à patre pupillorũ ex
cuſatur ab eorum tutela.*
5 *Seruitus coniunctorum noſtrorum ad dolorem noſtrũ
& iniuriam porrigitur.*
6 *Teſtis poteſt eſſe contra me ille, cum quo mihi cauſa
ſtatus eſt.*
7 *Controuerſiam facere dicimur etiam ante litem conte
ſtatam.*
8 *Controuerſia etiam extraiudicialis dicitur.*
9 *Cauſa ſtatus dicitur etiam quando agitur an quis ſit
libertus uel ingenuuſ.*

NOn dinidirur.Excuſatur paſſus controuer-
ſiam ſtatus à patre pupillorũ.h.d.
Caſus facilè figurari poteſt, nam ratio
pendet ex iis , quę ſuperius dicta ſunt ,
nam ſiquis iudicio capitali ſit petiens à
Patre pupillorũ,iam conſtat capitales inimicitias ortas
eſſe inter eos,vt dictũ eſt ſ.in gl.j.quo fit , vt eadem ſit
cauſa excuſationis:maxima.n.ex hac cauſa inferꝛ igno-
minia & iniuria noo ſolùm in ius vocato,ſed etiam om
nibus coniunctis eius.l.j.& 2.ff.de lib.cauſ.cũ ſi.
In tex.ibi,Qui ſtatus ſui controuerſiã paſſus eſt. Sta-
1 tus cõtrouerſiã appellat,qñ quis†in ſeruitutem vocaba
tur,ſtatus enim hominum ,vt viſum eſt. ſ.in tit. de iur.
perſo.& in titu.ff.de ſtatu.hom.pertinet ad libertatem
& ſeruitutem,eſt enim propriè ſtatus hominum ius il-
lud, quo quis vel ius libertatis,vel ſeruitutis ſibi vindi-
2 cat,ideo cauſa ſtatus appellata † eſt cauſa,in qua agitur
de libertate uel ſeruitute hominis,quod optimè ſumiꝛ
ex verbis Vlpiani in l.Non ſolùm.§ Si ſtatus. ff. de pro-
,, cur.dum inquit,Si ſtatus cõtrouerſiã cui faciat ꝓcura-
,, tor,ſiue ex ſeruitute in libertatem aduerſus eum quis
,, litiget,ſiue ipſe ex libertate in ſeruitutẽ petat,debet ca
3 uere &c.ꝗ & cauſa etiã liberalis† appellata eſt. ff. de lib.
cau.per totũ.Hinc Aphricanus in l.eius qui.in prin. ff.ſi
cer.pe.ſtatus ſui ignarum cum appellat, qui factus fue-
rat à dño liber,& nondum ſciuerat.Et Paulus inſtrumẽ
ta ſtatus mei appellat in l.Iſti quidem.ff.quod me.cauſ.
quibus continebatur me liberum eſſe.
4 Not.j.ꝙ†qui à patre pupillorum ſtatus ſui controuer
ſiam paſſus eſt,excuſationem hac de cauſa nanciſciꝛ, &
ratio eſt,quia(vt dixi)ex hoc videtur contracta inimici
tia capitalis volendo deducere illum in ſeruitutem , vt
dictum eſt.ſ.proxi.§.in glo.in prin. quo fit,vt idem ſit,ſi
talis cauſa ab eo,qui tutor datur,mota fuiſſet cõtra pa
trem pupillorũ vel contra ipſos pupillos.l. Athletæ.§.
amplius.ff.eod.cùm non modica ſit ignominia mihi , ſi
parentem ſeruũ habeat,maiorũ proru parentũ, ſi filij
vocenꝛ in ſeruitutẽ,quinimmo & totius cognationis:
5 ſeruitus enim coniunctorũ noſtrorũ†ad dolorẽ noſtrũ
& iniuriam porrigiꝛ,vt dꝛ in l.j.& 2.ff.de lib.cauſ.Hinc
multo magis verum eſt,quod dixit Bar. in d.l. Athletæ.
6 §.amplius.ff.eo.ꝙ†ille,cum quo eſt mihi cauſa ſtatus
non poteſt eſſe teſtis contra me.
Secundò no.ibi,Controuerſiam paſſus eſt.ꝙ quonis
modo mouerit cauſam ſtatus,ſiue ſit ꝓceſſum ad finẽ
cauſæ,ſiue ad litis conteſtationem,ſiue etiam non fue-
7 rit lis conteſtata,omnino excuſaꝛ à tutela:nam†contro
uerſiam facere dicimur etiam ante litem conteſtatã,ita
eſt optimus tex.in l.Diuus Pius.ff.de peti.hære. in prin.
,, ibi, Prohibendũ poſſeſſorem hęreditatis, de qua con-
,, trouerſia erat antequã lis inchoaretur,per quẽ tex.di-
cit Bar.in l.amplius non peti.col.2.ff.rem rat. hab. ꝙ ſi-
qs promiſit controuerſiã nõ mouere, contrauenit etiã
ꝑ actus contrarios factos ante litem cõteſtatã , & etiã
voluit Ang. in §. Omnem.in Auth.de litig.col.7.tradũt
And.Sicu.& Dec.in c.Ex literis.j.in princ.de proba.in l.
ſed & ſi lege.§.Si ante litem.ff.de peti. hære. in c. audi-
ta,vbi Bal.de reſti.ſpolia.glo.in l.Qui fidem. ff. de tran-
ſac.Saly.in l.Siquis maior.col.3.C.de trãſacti.Neruius
in cap.j.in j.notab.de appella.quinimmo forſan poſſet
8 attentari,ꝙ†extraiudicialis controuerſia facta hoc be-
neficium excuſationis pareret,ex ea enim animus infe
ſtus pari modo deprehenditur,& verbum (controuer-
ſia)etiam hunc ſenſum recipit,ut dicit Bar. poſt gloſſ.
ibi in l.Lucius.§.Tres hęredes.ff.ad Treb. Corn. conſ.
65.in prin.lib.4.
In gl.Gl.in prin.bñ declarat,q̃ q̃ſtio ſtatus ꝓpriè ē,
qñ quęritꝛ, an quis ſit liber vel ſeruus ; vt eſt tex.in d.
l.Non ſolùm.§.Si ſtatus.ff.de procu.Dum verò dicit , ꝙ
etiam

etiam dicitur causa status, qua quęritur an quis sit libertus vel ingenuus, facit tex. in l. Amplius. §. fi. cum l. seq. ff. de lib. can. nam & eo casu de statu hominis agitur. Sed puto ego intelligendum hunc tex. in primo casu ex ratione inimicitiarum contrahendarum, vt dixi, quę est ratio, quare hoc introducat, quia ęquiparaoť hę causę vel mauis iniuriæ, vt quis accuset aliquem de capitali crimine, vel asserat ipsum in seruitutem, vt dictū est. Sed aduertendū est, dum glo. allegat tex. in l. Isti quidē. ff. quod met. causa. oā ille tex. non probat hoc, quia verba illa (cùm viris bonis iste metus maior, quam mortis esse debeat) referuntur ad proximum casum de stupro, quamuis posset etiam cauillādo referri illa clausula ad superiora: & idem si ipse tutor nō calumnię causa quęstionē status pupillo intendat. d. §. Amplius. si enim ut tutelę onus euitaret, vel aliqua alia cā calumniosè talem q. moueret, non excusaretur, vt dicit gl. in d. §. Amplius. & idem probat hic Ang. quod & verum est.

## §. ITEM MAIOR.

1 *Senectutis priuilegia.*
2 *Consul grandior natu primus fasces sumebat.*
3 *Septuagenarius excusatur à tutela.*
4 *AEtas certa & determinata si est requisita in aliquo, exigitur, ut perfectè sit.*
5 *Senibus relaxatio cōcessa ē ab administratione tutelę.*
6 *Senioribus testibus magis creditur, & quando.*
7 *Torquendi primò sunt iuniores, & quare.*
8 *Testamenti tabula penes seniorē in dubio deponūtur.*
9 *L. ij. C. de offi. mag. offi. in fi. aliter intellecta, quàm Alcia. declarat.*
10 *Senior supplet uices præfecti collegij.*
11 *Senior altiori loco sedet.*
12 *Primogenitura prælatio unde originem ducat.*
13 *Senior breuiori relegationi subijcitur, & quare.*
14 *Doctor maior ætate cæteris paribus pcedet, quod Bal. reprobat.*
15 *Maiores in testamento intelliguntur ætate.*
16 *Senectutis priuilegia remissiuè.*
17 *Senex dicitur quò ad tutelā qui excessit 70. annos, quò ad perfectionē intellectus. 50. aliàs est arbitrarium.*
18 *Minores 25. annis nō possunt esse tutores hodie, secus iure antiquo.*
19 *Priuatio non datur ubi non est habitus.*
20 *Regere alios non conuenit qui ab altero regi debet.*
21 *Miles nec etiam uolens admittitur ad tutelam.*
22 *Militibus omnia probibita fuere quæ illos a militia distrahere possent.*
23 *Cap. Subdiaconus. 77. distin. aliter declaratur, quàm glo. ibi.*
24 *Annus quando requiratur completus remissiuè.*
25 *AEtas quinquaginta quinq; annorum excusat à cæteris muneribus.*
26 *Miles qualiter à tutela excusetur.*
27 *Milites nostri temporis an excusentur à tutela.*
28 *Equites aurati an gaudeant priuilegio militum.*

Diuiditur in tres partes: in prima disponitur, quòd maiores 70. annis excusantur à tutela vel cura: in secunda dicit, q olim excusabantur & minores 25. annis, sed quòd hodie etiam volentes non admittuntur ex constitutione Iustiniani: in tertia etiam dicitur, quòd idem habet locum in milite, vt nec volens admittatur. secunda ibi, Minores. tertia ibi, Idem & in milite.

Maior 70. annis à tutela excusat, minor 25. an. & miles etiam volentes non admittuntur hodie. h. d. ex l. 2. in prin. ff. eod. ex l. fin. C. de legi. tute. ex l. Militię. C. qui dar. tutor. poss.

Casus tunc rectè figurabitur in his regulis, quando rōnes horum priuilegiorum & harum dispositionum excutientur & deducentur. Quòd maior 70. annis excuset à tutela duplex potuit esse ratio: altera, ingrauescēs senectus, quæ per se species morbi est. Lex. n. in his muneribus, in quibus corpus ipsum versatur, & labor eius dedit uacationem in ætate 55. annorū: at quoniā tutela ipsa magis prudentia, q̄ labore corporis eget, idcirco fuit vacatio ad eam ætatem protracta, quæ iam oneri ferēdo impar videret, statutaq; fuit ætas 70. annorū, vtpotè quæ quietem magis desideret, q̄ aliquas extraneas perturbationes. Altera potuit esse ratio, q Romani magistratuū priuilegia senibus cōcesserūt l. Semper. ff. de iure immu. & dicetur inferius. Rursus q minores à tutela repellantur, ratio allegatur tam in tex. nostro. q̄ in l. fi. C. de legi. tut. unde sumpta est dispositio huius §. Inciuile enim visum est eos, qui in rebus suis administrandis aliorū auxilio egere noscunť, & sub alijs regunť, aliorū tutelā uel curam subire, posset enim verè eis dici, Medice cura te ipsum. Siquis. n. sub alterius tutela vel cura esset, & esset alterius tutor uel curator, cōfunderet nedum nomina, sed & res ipsas, cùm idem tutor & pupillus esset, alium regeret, & ab alio regeretur: at per hunc modum naturalis ordo per omnia conseruat, vt. s. aliqui obediant, aliqui pręcipiant. Vltimi respō si in milite ea fuit ratio, quia cum hoc quod hic dr̄, in eo milite intelligatur, qui in castris sit, & qui stipendia mereať, noluerunt optimi illum legumlatores permittere aliquid militibus, ex quo ab ipsa militia auerterentur, hac. n. de causa plurima olim inducta fuisse compertimus, de quibus suo loco.

1 In tex. ibi, Maior 70. annis. Senectus it vsq; adeò tributum est ab antiquis, & tam in ciuitate Romana venerabilis fuit, vt prisci illi eundem penè senibus honorem, quem magistratibus tribuerint, vt inquit Callistratus in l. Semper. ff. de iure immu. Venerari. n. à iuuenibus senes reipub. maximè interest, ut Scipio aduersus Fabiū
2 differit apud Liuiū, & Cōsul grādior natu olim primus fasce sumebat, aliaq; cōplura senibus tributa sunt ab antiquis, de quibus A. Gellius. lib. 2. c. 15. Neq; . n. generi, neq; pecuniæ maior honor tributus est, quam ętati, ut ibi dicitur, hincq; conqueritur Iuuenalis saty. 6.

Credebant tam grande nefas & morte piandum,
Si iuuenis vetulo non assurrexerat, & si
Barbato cuiq; puer, licet ipse videret
Plura domi fatra, & maiores glandis aceruos

Tā venerabile erat pcedere quatuor annis. Pręter autem, q tam grandis honos exhibitus est senib. existimarunt antiqui illi vacationē tribuendā senectuti, vt quæ quasi emerita stipendia reipub. soluisset. Hinc Plinius:
,, Quæ leges maiorē annis 60. otio reddunt. Et Seneca se
,, xagenariū ab officijs vacare solitū dixit, nec post 65. in curiam venire cogendū. Hinc & Pau. Apost. ad Timoth.
,, c. 5. Seniorē ne increpaueris, sed obserua vt patrē. Sed
,, paulopost de his commodius.

3 No. j. q maior 70. annis potest se excusare à tutela, & cura: ideo autē dixit maiorē, q a excessisse oportet 70. annum, siue tempore quo dati sunt tutores, siue quo aditur hęreditas, siue quo cōditio, sub qua datus erat tutor, extitit, & sic in effectu, quando defertur tutela: si. n. onus tutelæ non inueniat ipsum maiorem, illum afficit: at si datum iam ætate illa reperiat, proculdubio nō

reperir vbi consistat,& hoc est, ꝙ tria illa tẽpora considerauit tex.in d.l.2.ff.eo.nam hoc vnum sufficiebat, ne diceret tempore delatæ tutelę,cuius rei rationem assignat tex.in l.Maiores.ff.de iur.immuni. nã dicitur,ꝙ q ingressus est 70.annũ,non excusatur,quia non videtur maior 70.annis,qui annum agit septuagesimum: quan
4 do enim certa & determinata ętas† in aliquo exigit, illa perfectè debet adesse,vt dicit Albe.d.l.2.
5 Secundò no.ꝙ† siue hoc gratia honoris, siue pietatis causa inductũ sit,senibus relaxatio ꝯcessa est ab administratione tutelæ,vt hic,& l.Maiores.ff.de iure immu.in l.2.ff.eo.in l.i.C.qui ęta.neq; solũ hoc priuilegiũ tributum est senectuti,sed alia quam plurima , quæ enumerare sigillatim non est animus,aliqua tamen recensebo quę magis ad pręsentẽ materiam accedere videbunt. In primis hoc tributũ est ſm Alcia.lib.i. de Verb. sign.
6 vt in pari numero & qualitate testiũ,senioribus† magis credatur,poterat allegari glo.& Doct.in l.Cùm quid.in ver.Nouum.in fi.ff.si cer.peta.qui idẽ tenent,quod ego nescio an ita indistinctè probem puto enim hoc perpendẽdum ex facti qualitate.Vide aliàs Alex. ex Seneca attestantem,seni,vtpotè q debilitatæ memorię magis laboret,minus esse a iudice fidendum,in cons.138. lib. 6.& idem considerat Soz. in d. l. Cùm quid.Andr.Sicu. consi. 89. colum. 4.lib.4.Idem Alcia.ubi s̃.vult , vt patrato facinore,cùm quid quæstione† est exquirẽdum, à
7 iunioribus incipiendũ esse,l.1.§.i.ff.de quæst.quod non priuilegio senectutis,nec eius rõne existimandum est, ut ille credidit,sed quia quantò est imbecillior ætas,eò magis ab eo veritas citius habet,quod eo in loco inten
,, dit lex,vt paret per tex.in l.i.§.i.ff.de quæstio.ibi,A su-
,, spectissimo incipiendum,& à quo facillimè posse uerũ scire iudex crediderit.ubi uidendus est Marsil. Penes se
8 niorem cæteris partibus tabulę testamenti† deponunt. l. fi. ff. de fid. instr. addit Alcia. ꝙ inter agentes in rebus illæ ceteros antecedebat,quem meliora stipendia vel labor prolixior anteire fecisset,l.2.C. de offi. mag. offi. in
9 fi.Sed locus ille iudicio meo† nihil ad senectutẽ, priuilegiũ enim illud primò uirtuti datur.s.quando meliora stipendia,secundò diuturniori labori,quod & si arguat etiam magis longęuam ætatem,tamen non ętati , sed labori & diuturniori milicię pstat,quo fit,ut diutius militasse poterit iunior, si forte citius ad militiã aliqua ex cã accessisset,quod facilè colligi potest ex tex. in l. Tyrones.C.de tyro.lib. 12.ubi idẽ dicit, & facit tex.i c. Si officia.in princ.59.distinc.& est tex. in terminis in l. i.ff.de albo.scriben ibi,Prout quisque in ordinẽ uenit. declarat glo.in uer.Antiquiores.in c.fi.de consuetu.lib.
10 6.ubi Domi.Vetustior & antiquior† supplet uicem pręfecti collegii absentia,l.2.C.de pręfec.pręto.lib.12.Sic
11 dignioti loco cęteris paribus† sedet antiquior ętate,ut notat glo.in §.Aliam.j.de bon.pos.in prin. & in §. Quæ igitur.in Auth. de defen. ciui.uideo enim Exodi.28.Dominum fecisse scribi in ueste Aaron nomina filiorum
12 Israel iuxta ordinẽ natiuitatis suę,† hincq; primogenituræ prælario originem ducit ut Deutero.cap.21.Et maior ætate in consiliis dandis primus esse debet, Roma. in singu.81.per tex.ubi Bal. in c.i. de contro. apud par.
13 term.facit tex.in l.fi.C.de tyro.lib. 12. Relegationi† ẽt breuiori subiicitur senior , quàm iuuenis l. 2.de term. mo.quod ego breuitate ætatis inspecta factũ existimo.
14 Et uoluit Bar.in l.i.ff.de obseq.pa.pręst.ꝙ† duobus Doctoribus eodẽ tempore creatis ille præcedat,qui maior ætate erit cęteris paribus,de quo latè Dec.in c.Clerici. col. 2. de iudi.quãuis in cõtrariũ uideat dictũ Bal. in c. Cùm omnes.in 14.col.de consti.dum uoluit , quòd cęteris paribus si iuuenis & senex paria iura habeant , nõ sit inter eos differentia, & ponit exẽplũ in uotis Cardi
15 naliũ. Et siquid a testatore dispositũ sit † de maiorib. in telligẽdũ est de maioribus ætate,ut in pulchro casu cõsuluit Alex.in cons.4.li.4.Et ne ulterius diuagemur ꝑ-
16 ter materiam propositã,siquis uelit † cætera senectutis priuilegia prosequi,uideat Fely.in c.In nostra.col.fi.de testi.And.Sicu.in consi.23.col.pen. uers. accedat.lib.i. in cons.24.col.9 uers.Nonus testis lib.2.in trac.de Pręstan.Cardi.in 1.par.q.i.Christoph. j. de testa.in princip. in 2. not. Fely. in c. Quoties.in 3. nota.de testi.& Pur. pur.qui optimè prosequitur in l.Cùm quid.ff. si cer.peta.colum.7.
17 Tertiò no.ꝙ† senex hic & in hac materia ille dicitur, qui cõpleuit 70.annos,alibi aliter,ut uidebimus in glo. quò autem ad perfectionem intellectus dicitur annorum.50.glo.i uer.pfectina.in procemio Sexti.alias est arbitrariũ iudicis,ut dicit Ioan.Andr. in c. Quoniam frequenter,ut lit.non contest.ubi Abb.& Fely.in 3. q.Dec. in c.Sedes.col.3.de rescrip.in fin.& ibi Fely.col. 3.ponit qualiter quis probetur senex,& in c.Siqui testium. col. 3.de testi.Corne.cons.249.Viso puncto.column. 3. lib. 3. ubi latè.
18 Quartò no.ꝙ† minores 25.annis non possunt hodie esse tutores,concor.tex.s.in §.fi.de fiduci.tute.ubi dixi, & est tex.in d.l.fi.C.de legi.tute.vbi uideodum , de iure enim antiquo admittebantur post pubertatem,si uolebant,l.Non solùm.§.Si libertus.ff.eo. ꝙ si ante pubertatem facti essent curatores, usq; ad eorum pubertatem alius curator dabatur.
19 †Quintò no.ibi,Adeò ut nec excusatione opus sit,ꝙ iste §. induci potest ad id, quod dici solet, ꝙ priuatio non datur ubi non est habitus,§.Seruus.ff. de capi.dim. ubi uidimus,& ꝙ non entis nullæ sunt partes,ut ibi dixi,non repeto.
20 Sextò no.ꝙ† inciuile est,ut ij,q alieno auxilio in rebus suis administrandis egere noscuntur,alios regant, ita enim,ut dicit tex.in l.fi.C.de legi.tute.[illegible] in iure confusio rerum & nomi[illegible]minum,ut. s.quis & tutor uocetur & pupillus,cum sint nomina relatiua & ad aliud,quę confundi non possunt,ut in eodẽ quasi actio & passio reperiatur:rerum.vt is administret alie-ua,qui sibi non sufficiat,facit tex.in l.Sic eueniet, ff. de adul.Non enim videtur tolerabile,vt qui in alterius potestate est,alium in potestate habeat, vt ibi dicitur , & s̃.sæpius dictum est,præsertim in §.i.supià de patr. potesta.cum similib.
21 Septimò no.ꝙ† miles nec etiam volẽs ad tutelam admittit,& ideo excusatione nõ indiget ( ita enim infere per illa verba,Idem & in milite obseruandũ est) quod ,
22 ne à militia distrahatur,cõstitutũ est:sicut vidimus† in ductum esse quod habetur in l.Filiusfami. §. Milites. ff. de procur.nam nec si maximè velit potest procurator dari.Fuerunt enim militibus omnia ea prohibita , quę quoquo mõ possent eos à militia distrahere.l.Militem. C.de procura.vbi apertè dicitur,ꝙ miles vtilitate publica prohibetur defendere etiam patrem , matrẽ, vxorẽ, & huiusmodi , & pro aliis aduocare , quod nihil aliud designat , nisi quia reipu. interest milites non incũbere aliis negotiis,q̃ militiæ. Offenditur enim disciplina militaris,si alienis negotijs vacent milites , & vix permissum est,vt suis incumbere possint.l.Qui stipendia.C.de procur.quã rem explicauit luculenter Imperator in l. Milites.C.loca.Milites nostros(inquit) alienarum rerũ
,, conductores,seu procuratores,aut fideiussores,aut mã
,, datores conductorum fieri prohibemus,ne omisso ar-
,, morum vsu ad rurestre opus se conferãt,& vicinis gra
,, ues præsumptione cinguli existant : armis autem non
,, priuatis negotiis occupentur,vt numeris & signis suis
,, iugiter inhęrentes,rempu. à qua aluntur, ab omni bel-
,, lorum necessitate defendant.

In gl.j.Cùm tex.hic,& vbiq; leges excusent maiorẽ. 70.annis,

70.annis,non poteſt ille dici maior aliqua ætate,niſi ætatem illam expleuerit,vt optimè declarat tex.in l.2. in prin ff.eo.& in l.3. ff.de iure immun. & fuit dictum ſupra,& hæc eſt vera ratio, quia quando lex exigit certũ & determinatum tempus illud debet eſſe perfectum, alias enim nõ diceretur quis verè maior tali anno, niſi eundem annum exceſſerit, & minor tali anno dicitur,
23 quouſq; annus nõ eſt completus, & hæc eſt ratio.cap. Subdiaconus.77.diſt.nõ illa,  ſimus in honoribus ecclesiaſticis, vt dicit ibi glo. quia verbum illud oſtendit tempus perfectũ, ſicut in c.Cũ in cunctis de elect. vbi Abb.in glo.in verb. Exegerit,dicit & benè conſiderandæ eſſe verba diſpoſitionis,vbi Dec.i princ. colum.fina.
24 de hac autem materia an requiratur, annus ſit completus, vide quæ habentur in l.Qui hoc anno.ff.de ver. obli.in l.Sicut.ff.de leg.1.

25 Dum verò glo.ſubdit,  † in alijs muneribus ſtatuit tẽpus 65. annorum p d. l.fi. Doct. aſſignant rationẽ differentiæ hic,vt Ioan.Fab.Ang.Chriſto.poſt Iac.de Arena.& Pet.dicentes hoc eſſe ex eo, adminiſtratio pro uincię alicuius maius onus eſt, quàm adminiſtratio vnius tutelæ, vel vt plures pupillis tutores inueniantur, cum qua tranſeunt omnes. Tu dic, ea eſt ratio, ſola animi vigilantia & prudentia tutela adminiſtranda eſt, cũ perſonale munus ſit. l.j.§. Illud tenendũ.&. §.æquè, ff.de mun.& hono.& quę prudentia & conſilio exequẽda ſunt debilitate corporis non remittuntur.l.2.§.Corporis debilitas.ff.de vaca.mun.Et ſi dicatur,Doct. quærunt quare eſt,  ab alijs pſonalibus excuſantur in 55. anno, in his autem ſeptuagintà exiguntur, quæ ęquè perſonalia munera ſunt:nulla melior ratio aſſignari poteſt,quam ea, cùm immunitas à tutela non ceoleatur data per immunitatem perſonalium munerum cõceſſam.l.Spadonem.§.Qui accipit.ff. eo.niſi expreſſim conceſſa ſit, electa fuit hæc ętas,quæ viſa eſt oneri ferendo ... ad illud tempus,cùm in priuatis huiuſmodi re bus non ... ille corporis, qui videtur eſſe in alijs perſonalibus.

In fin.glo. Quę ſint gratia ſeneſtutis introducta, retulimus prout viſum nobis eſt expedire iuuenibus.ſ. in ſecundo nota.

In glo. in ver. Nec excuſatione . aduerte dum allegat tex. in d.l.§.Initiũ.ff. de poſtul. qui nihil facit, nam dicit, prætor exordiũtur ab ijs,qui abſolutè prohibentur poſtulare:ſubdit, in quo edicto aut pnetitiã aut caſum excuſauit.non ergo ſunt ij ,qui prohibentur qui ſe excuſent,ſed excuſãt à prætore,& ideo prohibentur, ſed benè quod voluit gl. probat in l.vnic.C.qui morbo.iun cta l.i.in fi.ff.de tute.itẽ tex. in §.pe.J.eo.iuncta l.Martius.C.qui da.tu.poſſ.cum ſimi.

26 In gl.in ver.Idẽ & in milite.Qualiter† miles excuſet. latiſſimè proſecutus eſt Modeſti. in l. Sed & milites.per totam illam legẽ.ff.eo.vbi videndũ. Veterani verò quò ad hoc non habent inter milites, prohibeant,ſeu benè habent excuſationẽ, niſi ad tutelam filiorũ alterius veterani ſint vocati.l.fi.C.de excu.vete.

27 Quęrit hic Ange.quid in militibus † noſtri temporis an prohibeant & excuſent à tutela vt antiqui,& dico  ſi ſunt milites,qui armis vacent, & in obſequio principis ſint ad hoc , vt ad omnem voluntatem eius in prælium pro repu. ſeu imperio deſcendant, & hos puto prohibere tutelam adminiſtrare ex eadem ratione, quãuis in eis non interuenerit ſolennia, de quibus in l. pen. ff.ex quib.cau.maio.quia ſatis eſt,  effectus in eis reperiatur,vt voluerunt Pap.de Ca. Alex. & alij in l.Scriniarios.C.de teſta.mili.Ange.Imo.Pau.de Caſt. in l.Illę autem inſtitutiones.ff.de hęre.inſt. Anto.de Petru. in repe. l.i.ff.de iureiur.in 3.effectu,Deci.latè in conſi. 578.col. 2.quod intelligendum eſt non ſolum in equitibus , ſed etiam in peditibus.l.Non omnes.§.fi. ff.de re mili.l.i. C. de appari.lib.12.l. In nomine domini.C.de offi. præfec. prǽto. & in pedeſtri & nauali hoc voluit Mar. Laud. in
28 tract.de Mili.in 5.quęſt.ſi verò ſunt milites aurate militiæ,qui ſolo nomine militũ fruuntur, & aliquando vacant negotijs ruralibus , prout aliquando vidi quendã Simonem Baldum (vt ipſe dicebat) Ariminenſem, qui paucis antè annis porcis & huiuſmodi animalibus emendis & vendendis vacauerat poſtea neſcio quo ſpiritu ductus empto militię cingulo,monilibusq́ ſplẽdens plerunq; inter ruſticos videntibus ridẽdi prębebat materiam,nam hos nec milites eſſe neq; equites,niſi quando equo vehuntur , non puto, (quamuis & ego q́nque fuerim in eius militię curatę collegium adſcitus a Paulo 3.Pont.Max.) nec priuilegiis militum gaudere ſecundum Doctri.Cyn.in l.i.quęſt.6.col pe.C. de iur.& facti igno.vbi Bar.ad fi.Bar.in l.Miles ff.ex quib.cau.maio.in l.Militem. C. de procura. cum ſimilib. vt per Alexand. & Iaſon.in l.Centurio. in princip.ff.de vulga. & pupill. Decian rub.C.de teſtam.mili.vbi uidendum,& io dict. conſi.578.col.2.

In gl.fi.Dic,ut alias dixi poſt Ioan.de Platea, & Ang. hic, illud,quod dicitur de quarto gradu , non probatur iure.ſed potius cũ tutela regulatur ab hęreditate, uidetur dicendũ. ſicut hodie admittitur quis ad ſucceſſionem uſque ad decimum gradum,ita ad tutelam.ſ.de legi patro.tute. in princ. de iure autem Canonico poſſunt intuitu pietatis ſuſpicere tutelam etiam promnti, non tamen coguntur, niſi quando alius tutor non reperitur c.peruenit.86.diſt.

## §. ITEM ROMAE.

1 *Grammaticorum } Rhetorum } neceſſitas,diligentia,& laus. Medicorum }*
2 *Soncini Benij Medici Ferrarienſis laus.*
3 *Grammatici,qui intra numerũ ſunt , excuſantur à tutela.*
4 *Auth. Habita. C. ne filius pro pat. & eius priuilegia habent locum in ſtudioſis Grammatices , Rhetorices, & huiuſmodi.*
5 *Grammatici.qui literas primas docent,non dicuntur, nec habent uacationem.*
6 *Poetæ non excuſantur à tutela,& ibi de ratione.*
7 *Rhetores excuſantur à tutela,ſi intra numerum ſunt.*
8 *Medici excuſantur à tutela & qui.*
9 *Medicus debet eſſe eruditus , expers ſecundum præcepta artis,& diligent.*
10 *Medicus ſi adhibendus ſit, qualiter ſit articulãdum & probandum.*
11 *Iureconſulti non excuſantur à tutela.*
12 *Medicus excuſatur à patrimonialibus.*
13 *Aduocatus tenetur gratis conſulere pro pauperibus.*
14 *Medicus infirmo pauperi gratis mederi tenetur.*
15 *Scholaris receptus etiã in album non habet priuilegia ſcholarium,niſi intret ſcholas,& ſe exerceat.*
16 *Scholaris uagus non fiet magiſter.*
17 *Negligere officium.& non reſidere.paria ſunt.*
18 *Familiares Papæ non gaudent priuilegiis,niſi in bis ſe exerceant.*
19 *Scholaris prouectus utens ſtudio camerario gaudet priuilegio ſcholarium.*
20 *Sophiſtæ dicuntur philoſophi contra Accurſium, & quàm uariè acceptum ſit hoc nomen.*

21 *Triuiales magistri qui dicantur.*
22 *Iurecconsultis quare nõ sint concessa priuilegia excusationum in alijs ciuitatibus.*
23 *Berytensium ciuitas quæ dicantur.*
24 *Doctores legentes in studijs approbatis an excusentur à tutela.*
25 *Doctores actu legentes excusantur ab omnibus muneribus, ubi quid in realibus.*
26 *Doctor legens extra patriam an excusetur à realibus in patria.*
27 *Excellentia uirtutis facit recedi à regulis iuris.*
28 *Integritas uitæ facit recedi à regulis iuris.*
29 *Scholaris ualde doctus præfertur Doctori indocto.*
30 *Vincentij Portici Lucensis laus.*
31 *Excellẽtia artis facit, ut damnatis supplicium differatur & remittatur.*
32 *Dispensare cogeretur superior cũ irregulari, si propter scientiæ excellentiam uerteretur comodum ecclesiæ.*
33 *Literati extollendi sunt ad dignitates & pluralitatem beneficiorum.*

NON recipit diuisionem hic §. Grammatici, Rhetores, Romæ omnes, alibi, si intra numerum sunt, excusantur a tutela h. d. ex l. Si duas. §. i. ff. eo.

Casus figuratio facilis est, tantũmodo. narratio priuilegiorum reddenda est a nobis, quæ clara est, ne distrahant à tã necessarijs artibus & professionibus, quæ quantum commodi & vtilitatis afferant ipsi reip. paulopost videbimus in tex.

1 In tex. ibi, Item Romæ † Grammatici, Rhetores &c Quanta solicitudine affici debeat Grammatici, hinc facilè cõiectnrari licet, q lex illos à munere tutelæ excusat, cũ alias tam impensè nitantur leges, vt q̃ pauci excusentur, ita vt data immunitate à muneribꝰ publicis, nisi hoc expressum sit & nominatim, à tutela quis non sit excusatus, Modestinus in l. Spadonem. §. Qui accipit. ff. de excu. tuto. quod Meritò est introductum, nam maximum onus est eorum, qui non solum in prima illa ætate præceptores se pueris exhibent, sed patres. Ex moribus enim & disciplina primorum præceptum plerũq; bonos iuuenum virorumq; omnium euentus procedere existimandum est: institutio enim illa prima facit, vt & virtutes & vitia præceptorum inhæreant non aliter ac testæ recenti odor, quo primum imbuta est. Nam & Alexandrum Macedonem ferũt vitia quædam prosecuta fuisse iam Regem, quibus à Leonide eius pędagogo ab initio fuerat imbutus, ita vt nihil existimem magis conducere reip. quam optima Grammaticorum electio: raro enim fit, vt qui instruuntur præ se non ferant imaginem quandam nedum literarũ, sed morum illorum, à quibus instituti sunt. Idem de Rhetoribus dicẽdum existimo cum Fabio lib. 2. Quamuis enim non defuerunt qui hanc dicendi facultatem multis allatis rationibus damnarint, & pœnis fontes eripiat, & bonos sæpenumero in discrimen adducat, quòd & seditiones & turbas in repu. excitet, ita vt ẽi Socrati obiectum à Comicis fuerit, q docuerit qualiter quis peiorẽ causam meliorem verbis facere posset, quare & Lacędemonæ eiectam hanc disciplinã & Athenis vetitum, ne orator effectus mouere posset, qua quidẽ lege pennas qua si reciderunt luxurianti facundię, in his omnibus abundè idem Fabius respondet. Si enim hæc huiusmodi ratione per pendant, nec duces vtiles erunt, nec magistratus, neq; ipsa legũ scientia, nõ Philosophia, nõ Medicina: quinimò nec cibus, neq; gladij, non aqua, nõ ignis, non demum sydera, & sol ipse. Fuere enim aliqñ duces perniciosissimi reip. fuere magistratꝰ, quinimo & iuriscõsulti aliquãdo in perniciem iustitiæ legibus vtuntur, & Philosophorum scolæ aliquando pessima dogmata excogitauerunt, & Medicina venena quãplurima docuit, q̃ in hominum perniciem accepta esse vidimus. Cibi &c ægritudines quãdoq; attulerunt: gladij latronum etiam instrumenta effecta sunt: ignis & aqua, sine quibus humana hæc vita consistere non potest, sol ipse, & sydera omnia, quandoq. hominibus & fatis nocuerunt, an ex eo sub diu habitare debemus, q super habitantes domos aliquando corruerint? Quid prodesse possit reipu. orator, & Appius Cœcus docuit, & Cic. Hac. n. & honores de repu. benè meritis decernunt. hac milites a metu reuocant, hac accendunt, vt commodum reip. vitæ pferant, hac & ciuitates constitutæ, leges latæ fuerunt. Et cum nihil à Deo optimo maximo oratione melius accepimus, nonne indignũ est, q in ea excolenda laborem effugiamus, siquidem hac ipsa dicendi facundia æquè cæteris hominibꝰ præstamus, ac homines oratione ipsa cęteris animalibus præstant. Præterea defendere amicos ac necessarios, regere consilijs Senatum, populum & exercitum quò velis ducere, ac dictis regere animos & mulcere pectora, vt Vergi. inquit, q̃ vtile sit, & q̃ bono viro cõueniat, omnibus facile palam est. Et (vt inquit Fabius) nonne pulchrum & hoc ipsum est cõmuni intellectu verbisq;, quibus viani oẽs, tantũ assequi laudis & glorię, vt nõ loqui & orare, sed quod pericli contigir, fulgurare ac tonare videaris? Quare & si in vtraq; partè valeant arma facundię, tamen æquum non est id haberi malum, quo licet benè vti. His (vt puto) rationibus moti fuerũt optimi illi legumlatores ad concedendam excusationẽ Rhetoribus. De Medicis nõ est quid quæramus, cũ vtilitas & commodum eorũ tã in aperto sit, vt sæpenumero optimos quouique ciues respub. Medicis acceptos ferre debeat. Non minor est virtus, quàm quærere, parta tueri (cecinit vates) [illegible] tot priuilegijs prosecuti sunt legis[illegible] matiros, & dotes eò, q liberis ho[illegible] ciuitatem repleant l. i. ff. solu. matrimon. pari priuilegio Medicos, qui iam vtiles suę ciuitati conseruant, atq; in vitam quasi restituũt

x sua virtute [illegible] non dubitaueim. Ego enim (qualiscunque sum) id in me expertum esse bona fide fatebor, vt quicquid ex me vnquam mortalibus cõmodi prouenier (cùm à diuino beneficio discesseris) acceptum ferẽdum sit clarissimo viro Soncino Bentio Ferrariensi Medico cuiꝰ virtute ac ope nõ sanatus modò, sed in vitam prorsus restitutus fuerim paucis hinc elapsis annis: vos igitur optimi viri, qui his nostris laboribus vos ipsos meliores facitis, date hoc tantùm laboribꝰ mei premiũ, vt dilectissimo viro bona optetis, ac animo saltem mecum gratiam habearis, hoc enim solo exoluto omni vos prorsus obligatione libero.

In tex. ibi, Et intra numerum sunt. Erat constitutus certus numerus in ciuitatibus horum professorum, qui huiusmodi beneficijs gaudebant, qui quasi approbati à repub. docerẽt ac moderẽtur, idq; ex epistola diui Antonini, cuius verba hęc sunt: Minores quidẽ ciuitates possunt quinq; Medicos immunes habere, tres sophistas, & Grãmaticos totidẽ maiores aũt ciuitates, septẽ, qui curent, quaternos, qui doceãt vtraq; doctrinã: maximę autem ciuitares decem Medicos, Rhetores quinque. Grãmaticosq; totidẽ, supra hunc aũt numerum nemaxima quidẽ ciuitas immunitatem præstat. Decet aũt maximo quidem numero vti metropoles gentiũ, secũdo autem, quæ habent fora causarum, tertio autem reliquas: excedere quidẽ hunc numerũ nõ licet neq; sentẽtia Senatus, neque quauis alia adinuentione: minuere aũt licet, quoniam pro ciuilibus muneribꝰ hoc introductũ esse apparet, & vtique nõ aliter hac immunitate per-

,, perfruerunt, nisi dogmate Senatus inscripti fuerint nu-
,, mero concesso, & circa operationem se negligentes
non habeant. quam quidem epistolam & prædicta om
nia idem Modestinus verbis Græcis retulit in l. Si duas.
ff. de excu. tuto. quæ ita barbarè versa sunt, nos alibi lo
cum hunc restituemus, vt etiam aduertit quò ad om-
nia Modestini scripta de excusa. tuto. Alcia. in l. Nato-
rum. ff. de ver. sig.
3 Primò not. q † Grammatici Romæ, & in alijs ciuita-
tibus, si intra numerum sint, excusantur à tutela, ad idẽ
tex. in d. l. Si duas. §. Grammatici. ff. eodem. ea ratione,
quam superius in textualibus adduximus. s. propter vti
litatem & necessarium eorum vsum & solicitudinem
animi, qua astringuntur, si muneri suo deesse volunt.
4 Similiter videmus, q † priuilegia concessa per auth. Ha-
bita. C. ne fil. pro patre. habet etiam locum in studiosis
Grammatices, Rhetorices, & huiusmodi, vt dicit ibi Bo
lognimus, & voluit Archi. in c. De quibus eam. 37. di-
stinc. quod eo casu clarissimum est per verba illius tex.
dum generaliter mouetur causa studiorũ, & quia amo-
re scientiæ exulant, & indistinctè omnes scholares cõ
plectitur, & cùm dicat (maximè legum) includit alia
studia. l. Illud. ff. ad l. Aqui. Et quod talia priuilegia etiã
literarum Grammatices studiosis concedantur, voluit
Philip. Franc. in proœmio. 6. Decre. per tex. ibi, Vniuer-
sis scholaribus & eam communem opi. dicit Pet. Re-
5 buffus in d. auth. Habita in vltimo † priuilegio. Hoc ta
men aduertendum est, quòd non dicuntur Grammati-
ci, qui primas literas pueros docent, hi enim non ha-
bent vocationem nec à tutela, nec ab alijs muneribus.
l. Vt gradatim. §. fi. ff. de mune. & hono. l. ii. §. Qui pue-
ros. ff. de vaca. mun. glo. in l. Archiatros. C. de meta. lib.
12. & ratio potest esse, quia non ita publicè prosunt, cũ
circa huiusmodi infima insistant, nec ad maiora perue
niant, nec in generalibus vniuersitatibus moreotur. c.
Tua. de cleri. non resi. attendunt enim leges hoc quod
6 prosit, ideo poetæ non † excusantur. l. Poetæ. C. de pro-
fess. & med. lib. 10. & hoc est quod dicit tex. in d. l. Si
,, duas. in fi. ff. eod. ibi, Philosophi, Oratores, Grammati-
,, ci, qui publicè iuuenibus prosunt, excusantur à tutela.
7 Secundo not. q † Rhetores [illegible]
Romæ vel intra numerum sint, vtilitas enim oratoriæ
artis superior demonstrata est, ad idem tex. in d. l. Si
duas. §. Grammatici. & § Philosophi. ff. eod.
8 Tertiò not. q † Medici similiter hoc priuilegio gau-
dent, quod ego in ijs Medicis existimo seruandum, qui
scientia & rerum vsu prodesse possint, non obesse, &
qui prius ægro pharmaca subministrent, vt videantur
habere in promptu omnia remedia, & postea libros in-
9 spiciunt, & interim † æger moritur, vt dicit Io. Mona. in
rub. de here. lib. 6. sed in eo, qui tria illa requisita ha-
beat, vt. s. eruditus sit, & secundum artis præcepta expe-
riatur, & q diligens, vt dixit Anto. de But. in c. Ad au-
10 res. de æta. & quali. quę puto † notanda in omnibus illis
casibus, in quibus quis Medicum adhibere tenet, quo
casu tenetur adhibere probatum, vt scilicet articuletur
& probetur quòd habeat hæc requisita, secundum qua
11 litatem tamen † loci & personarum, & in hoc melioris
conditionis sunt quam Iurisconsulti, qui non excusan-
12 tur. l. Sed & reprobari. §. fi. ff. eod. Item † Medicus à patri
monialibus habet excusationem, quod in legum Doct.
non reperitur secundum quosdam. l. Medicos. C. de pro
fess. & Med. lib. 10. De Medicina & Medicis (vt mihi vi-
detur) satis impudenter locutus est Lucas de Penna in
rub. C. de profes. & Medi. In hoc tamen pares sunt legũ
13 Doctores & Medici, quia sicut † aduocatus tenetur gra
tis consulere pro paupere. §. Sit tibi. in Auth. de mand.
princi. Abb. in c. i. de offi. indi. Bal. per illum tex. in l. Si
furiosi. C. de nupt. ita & Medicus infirmo pauperi gra-
14 tis mederi † tenetur c. Non satis. 86. distin. Abb. in c. Ad
aures. de ęta. & qualita. In hoc obiter libet adducere
sing. dictum glos. in summa. 83. distinct. quæ voluit, q
Medicus põt etiam inuito mederi, & repetere postea
mercedem & impensas etiam si mortuus sit, quam seq.
& dicit sing. And. Sicul. in rub. ex. de solutio circa fi.
Quartò not. ibi, Exercent. q ad hoc, vt quis gaudeat
priuilegio hoc, debet exercere, non enim sufficit q sit
intra numerum, nisi exerceat secundum Christophó.
hic, quamuis hic tex. non propriè hoc intendat, cùm
& qui Romę sunt habeant priuilegium, & tamen non
15 de exercitio mẽtio fit. Et ideo infert, quòd eodem mo
do scholaris non gaudeat priuilegio scholarium, licet
intra numerum sit, & descriptus in albo scholarium, ni
16 si intret scolas, & † exerceat se: scholaris enim vag⁹ nõ
fiet magister, vt est tex. vbi glos. ĩ l. i. C. de tyro. lib. 12.
17 Paria enim † sunt nõ residere & officium negligere cle.
j. de celeb. miss. facit tex. in c. Ex eo. ibi, Literarũ studio
insistentes. de electi. lib. 6. bene facit tex. in l. Semper. §.
Quibusdam. ff. de iur. immu. ibi, Nec omnibus promi-
,, scuè, qui assumpti sunt in his collegijs, immunitas da-
,, tur, sed artificibus dumtaxat. & in §. Negotiatores ea.
l. ibi, Quandiu in huiusmodi actu sunt. & in proposito
nostro est tex. in d. l. Si duas. §. pen. in fi. ibi, Circa opera
tionem si negligentiam non habeant. facit tex. in l. Ne
18 quidam. C. de testa. mil. Sicut videm⁹, quòd † familiares
Papæ non fruunt indultis & priuilegijs familiarium,
nisi in his se exerceant, And. Sicu. in consi. 82. col. 3. lib.
19 4. Conclude circa hoc, quòd † aut scholaris est proue-
ctus, & qui per se potest resoluere dubitationes & stu-
dijs incumbere, & iste si verè det operam literis, licet
non intret scholas aut rarò, omnino gaudet priuilegijs
scholarium prout alias vidi complures. & ego vltimo
studii mei anno tali genere studendi pro maiore parte
anni vsus sum, Bar. in l. i. C. de tyro. lib. 10. Lucas de Pen
na in l. In sacris. C. de proxi. sacro. scrini. eo. lib. Bonus in
tract. Nobilita. par. 3. n. 88. Ripa in c. i. in fi. de iud. & ita
voluit glos. vbi Domi. in proœ. 6. per illum tex. in ver-
bo, Commorantibus. Cardi. in c. Quod clericis de foro
compe. Bal. in l. Si cùm dies. §. Si arbiter. ff. de arbit. Ri-
[illegible] C. de mili. test. Baue. j. de
mili. testa. §. Sed hactenus. col. ii. si verò nec intrat scho-
las, nec studet, & tunc quia in eo cessant rationes indu
ctiuæ priuilegiorum, cessant etiam priuilegia, de quo
videndum est quod voluit Panor. in c. i. in fi. de iud. per
tex. & ibi Alber. in l. Necnon. ff. ex quib. cau. maio. Albe.
in l. Generaliter. col. fi. C. de Episc. & cleri.
In Glo. i. Benè exponit glo. vt ii intelligantur Gram-
matici, Rhetores, & huiusmodi, qui docent vel exer-
cent, eò q publicè iuuenibus prosint, vt dicit tex. in d.
l. Si duas. §. fi. ff. eod.
20 In ead. glo. ibi, Et † adiunge his sophistas. glo. benè ad
dit, sed malè exponit, sophistas enim appellauit tex. in
d. l. Si duas. §. Grammatici. ff. eo eos, qui philosophiam
profitentur. Solebant enim olim Philosophi appellari
sophistæ, vt de Protagora scribit Cice. lib. j. de Natu.
deo. postea sophistæ appellati sunt Rhetores, tandem
in inuidiam cessit nomen hoc, vt ii propriè sophistæ di-
cerentur, qui fictam quandam sapientiæ speciem iacta-
rent: non ergo aliquid de Dialecticis nominatim di-
ctũ est, vtpotè cùm ea pars philosophiæ supposita sit,
,, sed de Philosophis, nam de Rhetoribus subdit, inquit,
,, enim. Grammatici, sophistæ, Rhętores, Medici. Dùm
verò postea de triuio comminiscitur glo. quasi de his
tribus scientijs, seu artibus, & post glos. Ias. non est ni-
21 si merum somnium, nam quamuis † triuialium scientia
rum magistros appellet Quintilianus eos, qui quasi vul
gares sunt, & in triuiis docent, ideo ita dicti sunt qua-
si doceant parum cultè & eleganter, id enim est triuia-

le propriè,& triuialis lingua:dixit ergo triuiales scientias Quintilian. quæ parum exornatè docerentur in triuijs à præceptoribus, nihil enim hic de quadriuio, in quo decepta fuit glos.& secutus est Ias.& alij propter.l. Geometræ. ff. eo. sed totum hoc pendet ex commodo & vtilitate publica, hæ enim scientiæ & artes in vniuersum prosunt.

22 In ea gl.ibi,Quid de legum†Doctoribus.Ange. Christo.& Ias.hic valde conqueruntur, q plus Medicis tribuatur,quàm legum Doct. vtpotè quia Romæ tantum profitentes excusantur, in patria verò non. l.Sed & reprobari.§. .fi. ff.eo. Sed ea ratio est, quia nõ reperitur in alijs prohibitum,q legi vbiq; non possint,sicut in legibus.§.Hæc tria.in proœ. ff. & quamuis illa sit Iustiniani prohibitio, tñ ostendit id ante eum ab alijs Imperatoribus fuisse statutũ,dũ dicit,q iã à retro principibus constitutũ est: fuit enim tantũmodo hoc concessum regijs vrbibus, Constantinopoli.s.& Romæ, & vtraq; Roma
23 appellatur,necnõ Berytensium †ciuitati,Barutus dicitur hodie ſm Ptolemæum, eam Iuliã Felicem appellat Plin.lib.v.cap.20. de qua Volaterra. lib. 11. Cùm ergo hoc alibi prohibeat,nimirũ si profitentes leges alibi cõtra præceptum principis non potiuntur priuilegijs ab eo prouenientibus, cuius voluntati aduersantur c. Ex
24 eo.de reg.iur.lib.6. Sed†dubitant Doct.quid de alijs ciuitatibus, quæ vel priuilegio vel consuetudine habent hoc, vt in eis possit gymnasium publicum erigi, an ibi profitentes habeant hanc immunitatem:ego crederem q sic ex rationis identitate,ita volunt gl.Bar. & Albe.in d.§.Hæc tria.in proœ.ff.q hodie in huiusmodi locis legi possint iura non obstante prohibitione illa, maximè quia hodie non docent adulterinæ sciẽtiæ in his locis, & idem voluit Abb.in c.Tuæ.de cleri.non resi.dummodo igitur ciuitates sint,in quibus legi possit,vel expresso priuilegio,vel tacito per cõsuetudinẽ,non prohibentur & dicunt ciuitates idoneæ, de quibus intelligenda sunt illa verba, quæ in doctorãdis iuuenibus dici solet, vt habeant licentiam vbiq; locorum legendi,& cathedram magistralem ascendendi, intelligenda enim sunt ita,vt restringantur ad Idonea & approbata loca. Excu
25 santur benè actu legentes†ab omnibus muneribus publicis nedum à tutela.l. Medicos.C. de profess.& medi. lib.10.Sed an à realibus de hoc dubitat glo.fi.in d.l.Sed & reprobari.in fi. Doct. cõmuniter in d. l. Medicos. tenent,q sic,Parpalia in repe.l.placet.col.19.cum seq.C.
26 de sacrosanc.eccle.Sed quid siquis†legat extra patriam propriã,puta,clarissimus Alciatus legat modò Ferrariæ, an excusetur à realibus non dico Ferrariæ, sed Mediolani,& sic.in patria sua? And. Sicu. in proœ.Clemen.in ti. lectu.in 8. priuilegio Doct. tenet,q non,per d.l. Sed & reprobari.in fi.excipit Doctores raræ scientiæ eò, quia lucem afferunt & laudem patriæ suæ, per tex. in d.l.Sed & reprobari.ibi, Valde disciplinator. Hiero. Cagnolus in proœ.ff.§.Hæc autem. col.3. mouet hanc q.& dicit se habere apud se consilia.D.Iac.Purei, & D Hiero.Torti; qui consuluerunt contrarium, & dicit se idem tenuisse per tex.in l.Eos.in prin.ff.de vaca.mune.& dicit ita tenere Io.de Platea in rub. C. de professo.& medi.lib.10. per illum tex.& respondet ad tex.in d.l.Sed & reprobari. quòd non loquitur de legente in studio approbato, quod ego credo verum.

27 In ea.gl.ibi,Nisi sint aliqui multùm †disciplinari.colligas,q propter præclaram,& illustrem virtutem recedi
28 tur à regulas iuris cõmunis, prout † fit aliquãdo propter integritatem vitæ, vt de hoc vltimo Alcia.latè in lib.i.de Verb.signi. versi. propter vitæ integritatem. sed pro confirmatione gl.nostræ adduci potest quod voluit glo.in l.i.C.de anno. ciui. lib. 11. quòd scholaris valde
29 doctus præfertur Doctori†indocto,sequit Alex.& Ias.in .l.Cùm quid.ff.si cer.pet.& illam glo.singularẽ dicit Paue. in §. fi. in fi.j. de testa. mili.Henri.Boic. in proœ.Decret.in ver.Gregorius.Fely.in c.pastoralis.i prin. de offic deleg.& And. Sicu. in proœ. Clem.col.14.in 2. lectu. vbi dicit ita fuisse de facto iudicatum. Noui ego complures scolares maiori excellentia præditos, quàm sint
30 aliqui etiam ex†prouectis Doctoribus.Est in hoc gymnasio Vincẽtius Porticus Lucensis iuuenis profectò raræ spei, cui ego libentius multa tribuerem, quæ non tribuerem aliquibus Doctoribus, quos & cognoui,&
31 cognosco,tam†hic Ferrariæ,quam alibi.Pro hac regula glo.facit tex. in l.Ad bestias. in prin.de pœn. vbi damnatus propter artis excellentiam vel liberatur, vel eius executio differtur,nec fit inconsulto principe, de quo
32 uidẽda essent,q ponit Vero.cau.ij. facit † quod uoluit Maria. Sozi.i repe.c.Ad audiendũ.col. 44 ver.Sed quæro.de homi.q licet eo casu, quo permittitur dispensatio cum irregulari,illa non sit debita regulariter, adeo quod superior non dispensans non peccat mortaliter c.At si clerici.§.De adulterijs.de iudi.si tamen propter excellentiam personæ & uirtutis commodum ecclesiæ
33 uerteretur,cogeret superior †dispensare.Hinc dici solet,quod uiri literati extollendi sunt ad dignitates ecclesiasticas & pluralitatem beneficiorũ, Fely.in c.Nonnulli.col.20.de rescrip.Vidimus his temporibus Petrũ Paulum Parisium ac Benedictũ Guiduccionem Lucensem à paulo.iij. ad Cardinalat⁹ gradum ob raram eorũ uirtutem euectos esse. Facit pro hac regula bonus tex. in l.Honores in prin.ibi, Sed potioribus quibusq; iniũgenda sũt.ff.de decurio. & multa circa hanc materiam cumulat Bonus Brixiensis in tractatu Notabili. in iij. par.nu.68.vbi videndum.

In vltima parte gl.De Philosophis non est quòd dubitetur,habemus tex.in l.Si duas.§ fi.in l.Sed & reprobari.§.i.§.Sunt autem.cum similib.

## §. QVI AVTEM VVLT

1 *Electo uno ex pluribus remedijs nõ possumus ad aliud redire.*
2 *Tempora excusationum quæ.*
3 *Excusationes plures habens nõ tenetur illas omnes deducere.*
4 *Exceptione una opposita et non probata potest alia & contraria opponi.*
5 *Clausula Saluis alijs &c. quando operetur.*
6 *Factũ infrà tempus dicitur,quod factum est in quacunque parte illius temporis.*
7 *Declaratio an fieri possit post terminũ datum ad proponendum: quòd sic,si sit uerisimilis.*
7 *Exceptiones omnes dilatorias proponere debent infra terminũ, si pars unam proposuit saluis alijs, an post tempus excludatur à non propositis.*
9 *L.Scire oportet.§.Scire.ff.de excusa.tuto. emendatur.*

NON diuidit ꝓpter unicã literæ cõtextum. Habens plures excusationes, in una succumbens alijs uti intra tempus legitimum põt h.d.ex l.propter litẽ §.i.ff.eo.

Casus ita figurari potest: habebat quidã plures excusationes,puta,ius filiorum,tria onera tutelæ,& causam inimicitiarum, adiuit iudicem,ac omnes proposuit ut dicebat iuxta tex.in l. Scire oportet.†.Scire autem.ff. eod. sed in una defecit, uel quia negligens in probando fuerit, uel non potuerit: quærebatur, an si postquam in una succubuit, quam erat prosecutus,
1 posset aliis uti:& uidebatur quòd†non,quia cùm quis

ad obtinendum aliquid duplici via vti potest, & vna electa non potest ad aliam redire l. Si mulier. §. fi.ff. quod me causa. Quando enim quis habet plura remedia, uno electo videtur alijs renunciasse, ne iudicium ludibrio sit, Bal. in l.2. in 10.q. C. de serui.& aqua. facit regula l. Cùm prætor. ff. de iudi. Sed hoc non obstante deciditur contrarium: quia & si vel expressè vel tacitè per negligentiam vel aliter sit sublatum vnum ius, remanent alia ex l. Quoties qui duplici iure. ff. de reg. iur. cum hic simus in separatis penitus, & quę nullam inter se habent connexitatem. l. Si domus. ff. de serul. vrb. prędi. vbi Bar. præsertim quòd inducta ad excusandum non debent effectum contrarium parere. l. Legata inutiliter. ff. de adm. lega. cum simi. neque hic est duplex uia sed sunt plura genera excusationum separata penitus & distincta, & ideo cessant contraria.

Not. primò quod dicitur in tex. quòd ille, qui plures excusationes habet, si cùm quibusdam ex his uteretur, probare non potuit, potest intra tempora excusationis alijs vti. Sed ad perfectam huius §. intelligentiā
2 sciendum est, quòd † duplex tempus statutum reperitur in excusationibus obtinendis: primum quinquaginta dierum, si intra centesimum lapidem sit, si verò vlterius, secundum dinumerationem, de qua in proximo § & hoc primum tempus statuitur ad comparendū coràm iudice, & ponendam excusationem: secundum tempus datur ad prosequendum excusationem & eam probandam & obtinendam à iudice sententiam excusationis, & est quatuor mensium continuorum, vt vtrunque probatur in l. Quinquaginta. ff. eo. Modò dico, quod si (puta) prima die, qua datus sui, comparui coràm iudice, & deduxi vnam tantum speciem excusationis, puta, inimicitiarum, & data dilatione ad probandum illam non probaui, si supersunt adhuc aliqui dies ex quinquaginta datis ad contestandas causas excusationum, vt in d. l. Quinquaginta. tali casu puto, quod quamuis initio non omnes proposuerim excusationum causas, tamen ex quo superest mihi tempus, hoc facere possim, & hoc modo intelligo tex. in l. Scire oportet. §. Scire autem. ff. eo. si enim elapsi essent quinquaginta dies, non possem amplius deducere. [illegible] iudicem, & plures causas excusationum proposui infrà d. quinquaginta dies, tamen postea procedente tempore ante finem quatuor mensium apparet, quod vel non probaui, vel succubui in vna, puta, in inimicitijs probandis, potero probare alias, quas infra primum tempus proposui, dummodo non sint lapsi d. quatuor menses, & hoc est quod dicit hic (intra tempora cōstituta.)

Secundò not. hic à Christoph. quod qui unam excusationem proposuit, & non probauit, potest infra tempora aliam proponere & probare, allegat. l. Spadonem. §. Qui autem iura. ff. eod. Intellige, vt possit proponere, si infra tempus. 50. dierum sit, alias non, quia elapso tempore ad proponendum, præscriptum est ei. l. Scire oportet. §. Multa verò. ff. eo. ibi, postea autem non concedatur. Nec. tex. in d. §. Qui autem facit in proposito, quia ibi fuerunt propositæ non plures excusationes perfectæ, quarum quælibet probata excusaret, sed plures imperfectæ, quæ non coniunguntur, vt ibi, & in l. fina. C. qui nume. tute.

3 Tertiò not. secundum Ange. hic, quod habens † plures exceptiones non tenetur eas deducere omnes, & si vnā tantū proponat, & conetur illam probare, non videtur alijs renunciare, tamen dicit cautelam esse, vt ap-
4 ponatur † clausula, Saluis alijs &c. Quinimmo si vna opponatur, & non probetur, potest alia opponi etiam cōtraria c. Cùm delictus. de relig. domi. glos. & Doct. in c.
5 Auditis. de præscrip. Et circa † illam clausulam dic, quod si dictum est, Saluis alijs &c. vel Saluis exceptionibus meis, per hoc tales exceptiones non sunt propositæ, & ideo si non fuerint legitimè nominatæ, & in specie, vt latè per Deci. post alios in c. Pastoralis. de exceptio. & infra debitum tempus, talis clausula non operatur, vt voluit Fulgo. consi. 139. in prin. 2. col. est glos. in d. c. Pastoralis. quam ibi commendat Ioan. de Imo. vt ibi Fely. col. v. vbi dicit, quòd operatur duo: primum, quòd excipiens non se adstringit ad probandum: secundum, quòd parte non opponente procedit, quamuis dicat, quod credit, quòd pars poterit de hac generalitate opponere.

6 Quartò not. secundum Ange. hic, quòd † quando aliquid fieri debet infra certum tempus, sufficit quòd fiat in quacunque parte illius temporis, allegat in simi. Bar. in l. 2. col. 2. C. de temp. app. quod verum est, quia dicitur factum infra tempus, quod in quacunq; illius temporis parte factum est.

7 Sed iuxta prædicta quæro: pone quod † elapsi sunt quinquaginta dies, & sic terminus ad proponendas excusationes, quo casu vlterius non potest, vt est hic tex. an saltem poterit propositam excusationem declarare? & puto quòd sic, quia qui post terminum repellitur ab exceptione proponenda, admittitur ad declarandum propositam Archi. in summa. 13. quæst. 2. in simi. etiā Spec. in titu. de testi. §. Nunc videndum. col. pen. versi. Hoc etiam not. Domi. in proę. 6. in prin. & in fi. ver. Et nota optimū tex. Ang. in l. cùm proponas. col j. ver. Quid autem si nō appellet. C. de bo. au. ho. iud. poss. cum si. ut per Dec. in c. Pastoralis. §. Verum. in 3. nota. de appella. Abb. Fely. & Decy. in c. Pastoralis. in fi. de excep. quod tamen intelligit, quando declaratio foret verisimilis, & consonans, & non faciens de nihilo aliquid, vt dicunt Docto. & maximè Fely. in d. c. Pastoralis. allegat Oldr. cōs. 167. Ante omnia. benè facit quod uoluit Iuan. de Ana. in consi. 84. Videndum. col. 2. Paul. de Cast. in l. Hæredes palàm. §. Siquid post. col. 2. ff. de testa. faciunt ea, quæ ponit Deci. in consi. 114. col. pen. in fi. quamuis Ioan. And. in c. In alternatiuis. de reg. iu. lib. 6. in mercu. voluerit declarationē fieri debere. j. tēpus statutū faciendi actū.

8 Ex hoc etiam tex colligitur, quòd si iudex statuat terminum ad proponēdas omnes exceptiones dilatorias, [illegible] alijs, quòd hoc nō sufficit, nisi omnes proponat infra tēpus, alias eo elapso excluditur à non profitis, ita dicit Alber. in d. l. Scire oportet. §. Scire autem. ff. eod.

9 In glos. j. in prin. Tota disputatio † huius gl. est in intellectu illorū verborū positorum in l. Scire oportet. §.
„ Scire autem. ff. eodem videlicet, Et si multa habet, quæ
„ ad remissionem sunt iusta, omnia nominare; si autem non, similis est ei, qui nequaquam accessit, aut
„ accessit quidem, iustam autem remissionis causam non nominauit. ita enim legendus est ille text. & restituendus. Ponit igitur primò glos. quorundam opi. quòd initio necessarium sit omnes propositas esse, alias non possit, secundò opi. Ioan. quam tenet, quòd prædicta verba intelliguntur quò ad non nominatas, quia oportet, quòd si non sit lapsum tempus adhuc, proponat, & ita etiam intelligit gloss. ibi, in versi. Nequaquam. Doctor. hic non benè explicant, quia Ioan. Fab. vt ad punctum. quæst. nostræ venit, & pertransit, Ange. autem omnia eius verba suo more transcribit; similiter Bald. Nic. de Neap. & Alb. in d. §. Scire autem. sicco pede pertranseunt.

Mihi placet sentētia Azo. quæ verissima est, & declaraui. s. in j. notab. videlicet, quod quā superest primū tempus datum ad proponendum, possit nouas quācunq; proponere, quā verò non superest, non possit, & hoc secūdo casu loquitur text. in d. §. Scire autem. prout intelligit Azo, vt refert glos. in l. propter litem. §. j. eod.

In ea. glo. in fi. Verissima est solutio glo. nam in l. contraria

tratia in primo remedio dicebat testamentum nullum, & agebat, ac si testamentum esset nullum, vel propter defectũ testium, vel aliter, in alio dicebat testamentum validum sed inofficiosum, ideo non poterat simul proponere, nec eodem tempore: at in casu isto remedia erant similia, & ad eundem effectum excusandi tendebãt & poterant simul proponi, & si non fuerunt à principio proposita, vel simul, vel successiuè infra tempus datum ad proponendum, proculdubio non admittitur ad aliã speciem excusationis non alia de causa, nisi quia est exclusus tempore, si enim non præterijsset tempus 50. dierũ (vt dixi) admitteretur, & ita soluas reiectis ambagibus Io. Fab. Ang. & Docto. hic.

### §. QVI AVTEM EXCVSARE.

1 *Lapidibus distinguebantur olim singula passuũ millia.*
2 *L. Scire oportet. §. Aliud. ff. de excus. tuto. emandatur.*
3 *Tutor datus non apellat.*
4 *Apellatio à facto priuati non datur nec à legis dispositione.*
5 *Præceptum cum clausula non censetur inferre grauamen.*
6 *Appellare à decreto quando quis possit.*
7 *Apellari põt à nõ admissione excusationis proposita.*
8 *Tutor uel } habent tempus quinquaginta dierũ ad Curator } proponendas excusationes.*
9 *Lis quando dicatur contestari propriè.*
10 *Contestari quando quis dicatur.*
11 *Profiteri quid sit.*
12 *Tempus datum ad proponendum excusationem est continuum, non vtile.*
13 *Tempus in dubio est continuum.*
14 *Tempus continuum quod dicatur, quod vtile.*
15 *Ignoranti non currit præscriptio, si ei non potest negligentia imputari.*
16 *Tutor non legitimè datus, datus non dicitur.*
17 *Factum non dicitur quod legitimè factum non est.*
18 *Genus accipitur pro conditione & qualitate personæ.*
19 *Impedimento facti impedito iustè currit præscriptio, sed datur restitutio.*
20 *Intestatus quis dicatur.*
21 *Tutor ultra centesimum lapidem potest se excusare.*
22 *Tempus currit à die scientiæ tam in sententia arbitri, quàm in alijs.*
23 *Scientia præsumitur, si facta sit denunciatio ad domũ, uel si publicè dicebatur.*
24 *Probatio conditionaliter requisita non impletur per probationes præsumptiuas.*
25 *Intellectus l. Nec quicquam. §. Vbi decretum. ff. de offic. Proconsul. & lega.*

Diuidi potest in duas partes: In prima ponit tempus, intra quod se excusare debent dati tutores, qui vel præsentes sunt, vel intra centesimum lapidem: in secunda ponitur infra quantum tempus excusent se, qui sunt vltra centũ milliaria. secunda ibi, Si verò. Quilibet tutor non appellat, sed excusatur infra 50. dies, si intra centesimum lapidẽ fit: si vltra, habet in singulos dies 20. millia, & amplius 30. dies, dum nũquam minus sit spatiõ 50. dierum h. d. ex l. Scire oportet. ff. eod.

Casus tũc rectè figurabitur in tex. nostro, cùm eorũ, quæ hic statuuntur ratio reddetur. Non appellant ideo tutores, vel à testatore, vel à lege, vel iudice dati, & curatores, quia à nominatione ipsa non datur appellatio, cũ sit hoc munus necessarium, quod inuitum afficit illum, qui ab eo datus est, qui ius dandi habet: appellatio. n. inducta fuit ad corrigenda, vel imperitiam, vel iniquitatẽ l. 1. ff. de appella. sed si iusta causa affuit, se excusat proponendo remedium illud quod aduersus dationem à lege concessum est: statutũ aũt est tempus arbitrio ipsarũ legum conueniens ad eas excusationes proponẽdas, in his enim quæ positiui iuris sunt, non põt certa rõ reddi. l. 1. §. Pueritiam. vbi glo. ff. de postulan. fuit aũt in fine tex. nostri declaratum ex sententia Scæuolæ nunquam minus spatium quinquaginta dierum dari debere ijs, qui longius absunt, quàm centum milliaria, ne deteriore loco sint qui longius absunt ijs, qui viciniores sunt.

1 In tex. ibi, Intra centesimum lapidem. Qui Liuium legerit, is probè nouisse poterit passuum millia singulis lapidibus distingui insculptis numeri vniuscuiusque notis, eaq; dicendi formula à Iurisconsultis quoque probata est. Martianus in l. Propter litem. ff eod. titu. Licèt (inquit) datus tutor ad vniuersum patrimonium datus est, tamen excusare se potest, ne vltra centesimum lapidẽ tutelam gerat. Et in constitutione Valentini, & Valentis, in l. 2. C. de ero. mili. anno. lib. 10. Vigesimo non amplius lapide milites sibi volumus paleas conuectare.

2 †In text. Vt & Sceuola dicebat. In hoc loco corrigendus est tex. in l. Scire oportet. §. Aliud. ff. eod. in vulgatis enim codicibus legitur: Ita enim Cheridius, & Bolas, & Paulus, & Domicius Vlpianus, vertices legum prudẽtum scribunt. siquidem non (Cheridius & Bolas) sed (Serbidius Sceuola) legendum est.

3 No. 1. ex hoc tex. ꝙ† datus tutor non appellat, siue datus sit à testatore, siue à iudice, siue à lege. vt infra ibi, Cuiuscunq; generis. vbi videbimus. Certissimi enim iuris est tutores appellatione non indigere, vt dicitur hic, & in l. Tutores nominatorũ. C. eo. in quo aduerte ad tex. in d. l. Scire oportet. i princ. & d. l. Tutores nominatorũ. videntur ambo loqui hoc modo, quòd tutores non necesse habeant se excusare, qui modus loquendi non videtur excludere potentiam appellandi, sed benè ostendit ipsos non remedio non egere, cùm habeant aliud, scilicet excusationis. Tamen dic, ꝙ illa verba arguunt impotentiam per tex. nostrum, & sentit Albe. in d. l. Tutores. C. eod. facit tex. in l. fin. vbi glo. ff. de separa. bo. & est tex. clarus in l. 1. §. Siquis tutor. ff. quan. appell. sit. fuit enim hoc à diuo Marco constitutum, vt non oporteret appellare, & patet ibi dum dicit, Antè frustra appellatur. Ratio autẽ in promptu est, quia si loquimur de testamentario tutore, ideo non datur appellatio, †quia à fa-
4 cto priuati non datur appellatio. l. 1. in princ. ff. de appella. si loquimur de legitimo, similiter nõ appellatur, quia à legis generalis dispositione non est appellandum, grauamen enim legis non præstat excusationem. l. Si quis pœna. ff. de verbo. signifi. in princ. cap. Quia nos. vbi Docto. de appellati. Bar. in l. Si secundum legem. C. de iure reipub. lib. 11. clarus & plenius in l. Omnes populi in 5. q. princip. in vltima quæst. colum. 2. versic. Vltimò quæro. ff. de iusti. & iure. & est tex. clarus in l. fi. ff. de appell. recip. ibi, Item si ex perpetuo edicto aliquid decernatur, id quominus fiat, non permittitur appellare. si loquimur de datiuo non datur appellatio ex ratione tex. in d. l. fi. vel secundum Oldradum in d. l. Scire. ne pupilli trahantur ad superiorem iudicẽ per viam appellationis, quod esset eis valde incommodum, seu quia datio tutelæ non competit per modum iurisdictionis, & ideo non est sententia l. Muto. §. Tutoris datio. ff. de tute. quæ ratio mihi non placet, quia ille tex. non dicit quòd non detur per modum iurisdictionis, sed benè ꝙ mandata iurisdictione, vel imperio, tutoris datio non intelligitur data,

quia

quia dandi tutores ius datum non censetur, nisi illis, qui
bus hoc nominatim lex decidit, ita intelligendus est il-
le tex & tex. in l. 1 .in prin. ff. de iurisdi. om. iudi. & dictũ
fuit alias. Has rationes refert etiam Nico. de Neapo. in
d. l. Scire. in prin. Bald. in d. l. Scire. io prin. aliam rationẽ
adducit, quam dicit subtiliorem, quia scilicet in ista da-
tione propter beneficium excusationis censetur adesse
clausula, Quòd si grauatum se senserit, compareat, ex-
cusationem & impedimentũ proponẽdo infra tempus
legitimum, absoluendus, si id probauerit: & ideo talis
5 datio non videtur continere grauamen, quia etiã à tali
præcepto cum clausula non dicitur inferri grauamen l.
De pupillo. §. Meminisse. ff. de ope. no. nun. cap. Dilecto.
6 de appella. Mihi videtur q † etiam dici possit, q tunc ap
pellatur a decreto iudicis, quando vel imperitia, vel ini
quitate eius quis læsus est l. 1. ff. de appell. quod non eue
nit in dãte tutorẽ simpliciter, cùm dederit vbi & quo-
modo oporteat, & sic nulla argui possit in dando impe-
ritia, nulla iniquitas, quia cùm non dederit sciens impe
pedimẽtũ, sequit, vt etiã eius iniquitas argui non possit.
7 Adde tamen circa prædicta, q † si proposita excusatio
ne iudex eam non admittat, tunc benè poterit appella-
re. l. Quinquaginta. C. eo. sumpto argumento à contra-
rio. l. Siquis tutor. §. fi. ff. de ritu nupti. quę appellatio vẽ-
tilatur etiam si incidat in tempus iam finitæ tutelæ l.
Quanquam. C. eod. & pendente appellatione datur in-
terim curator, si negotia pupilli id exigant l. Cùm in v-
na. §. Tutor. ff. de appella.
8 Secũdò not. quòd † tutor, vel curator habẽt tempus
50. dierum ad proponendam excusationem, hoc enim
est quod dicit iurisconsultus in l. Quinquaginta. ff. eodẽ
quinquaginta dierum spatium tantummodo ad conte-
standas excusationum causas pertinere, in quo glo. ibi
videtur hæsitasse, quasi ad contestandum aliquid coram
iudice exigatur aduersarius, sed non ita intelligendus
9 est ille locus. † Quamuis enim dicamus propriè litẽ con
testari, quando actor, & ille, à quo petitur, vnanimi con
10 sensu testes vocant, & coolentibus, † vt eorum cõtrouer
sia apud iudicẽ diffiniatur, tamen non est per hoc, quin
dicamus etiam contestari, qui in coràm iudice aliquid
proponimus adhibitis & vocatis testibus, & ita est intel
ligendus tex. in d. l. Quinquaginta. nam iste terminus da
datur tantummodo ad proponendũ coràm iudice cau-
sam excusationũ adhibitis testibus, & hoc est, quod di-
,, cit tex. in l. Scire oportet. in §. Oportet autẽ. ff. eo. Opor-
,, tet autẽ vnam testari ante tribunal. & in hoc significatu
vtitur Imperator in l. Si quidem. C. de exceptio. ibi, Ha-
bita contestatione exceptionis. & in l. Si maior. C. de
transact. ibi, De dolo contestatio non sufficit. quamuis
glo. ibi non benè percipiat vim huius verbi. Et idem in
,, l. Metum. C. de ijs, quæ vi met. ca. Metum (inquit) non
,, iactationibus tantùm, vel contestationibus, sed atroci-
,, tate facti probari conuenit. Et quòd hoc modo intelli-
gendus sit ille tex. probatur apertè per tex. in l. Quinqua
,, ginta. C. eodẽ. dum ibi dicitur, Quinquaginta dies, qui
,, præfiniti sunt ad professionem excusationis ijs, qui tu-
11 tores dati sunt. † Profiteri enim nihil aliud est, quàm in
actis insinuare causam excusationis, hæc enim notissi-
ma est significatio huius verbi (profiteri) dixi alias in
proœmio huius libri, facit tex. in l. Etiam. ff de prob. in l.
Neque professio. C. de testa. Verum ergo erit dicere, q
quinquaginta dies dati sunt ad excusationem proponen
dam, vt dictum est, pro quo est tex. clarius in l. Scire o-
portet. in princ. ff eod. ibi, Oportet enim eos in constitu
to tempore ad iudicem accedere.
12 Tertiò no. quòd † isti quinquaginta dies sunt conti-
nui, & non vtiles, ad proponendam scilicet excusationẽ:
cùm enim hic agatur de præscribendo iuri excusatio-
nis proponendę, meritò etiam si non esset adiectum, q
dies essent cõtinui, intelligebatur, vt videmus in l. Quin
quaginta. in princip. ff. eo. & in l. Scire oportet. §. 1. vbi
non fit mentio, q dies sint magis cõtinui, quam vtiles,
& tamen ita intelligendum erat ex natura temporis da
ti ad præscribẽdum qa regulariter vbi non exprimitur
13 in lege, † q tempus sit vtile, semper intelligitur esse con
tinuum, vt est glo. quæ semper allegatur ad hoc in rub.
ff. de diuer. & tempo. præscrip. quam dicit notabilẽ Ias.
in §. Rursus. in 19. col. inf. de actionib. & idẽ voluit Bart.
in d. rub. & gl. pen. in l. 1. ff. de diuer. & tempo. præscrip.
& inf. de vsucap. in prin. in verb. Per triennum. & ad hoc
est tex. in l. Nunquam. §. In vsucapionibus. ff. de vsucap.
vbi Pau. de Cast. & tradunt communiter Docto. vt latè
prosequitur Baldus in tract. de præscript. in prima part.
14 quartę. q. principalis, vlt. q. † Et vt hoc etiam breuiter
sciant iuuenes, illud dicitur tempus continuum, quod
currit etiã diebus feriatis siue in præsentia, siue in absen
tia iudicis, & siue sit eius copia, siue non, tempus verò
vtile non currit diebus feriatis, diebus absentiæ, & in
illis, quibus est non agendi copia, ita declarat gl. in cle.
1. in ver. In integrum. ff. de resti. in inte. & hoc est quod
,, dicit tex. in l. 1. in princ. Quia tractatus de vtilibus fre-
,, quens est, videamus quid sit experiundi potestatem ha-
,, bere, & quæ seq. & ibi declarat glo. 2. & 3. quam sequi-
tur. Ias. in d. §. Rursus. in 12. col. in fi. facit bonus text. in
l. 2. §. Dies. ff. quis ordo. in bono. poss. ser.
Quartò not. quòd illud tempus currit à die notitiæ,
scilicèt, ex quo tutores, vel curatores sciuerũt se datos
15 esse, & hoc ex regula generali, quæ habet, † quòd igno-
ranti non currit præscriptio, quando ignoranti non po
test imputari neglige̋tia. l. fi. C. de prescript. longi temp.
de quo dicetur in glo. sicut non currit etiam matri, &
alijs consanguineis ad petendum tutorem pupillo, Bar.
in disputa. vlti. incip. Pupillus in sol. col. 1. Ias. in consil.
153. Statuto. col. 5. versi. Quintò facit. lib. 3.
Quintò no. ex illis verbis. Ex quo cognouerunt se tu-
tores, vel curatores datos. quòd hoc est verum, quando
datio tutorum valuit, quando enim non valuit datio,
non opponitur tutori, quòd constituta tempora excusa
tionum non obseruauerit, text. est in d. l. Scire oportet.
16 §. fi. ff. eod. Et hinc correlariè notari potest, † quod datus
nõ legitimè tutor, nõ dicitur tutor. l. 4. §. Condemnatũ.
17 ff. de re iudi. sicut factum non dicitur † quod legitimè fa
ctũ non est. l. Quoties. vbi Ias. ff. qui satisd. cogan. l. Quod
pupillæ. vbi glo. ff. quan. di. lega ced.
Sextò not. ibi, Cuiuscunque generis sint. q hoc tem-
pus quinquaginta dierum ad proponendam excusatio-
nẽ datur tutoribus, & curatoribus testamentarijs, dati-
uis, & legitimis: in quo aduertendũ est, q quamuis ita
intelligat glo. & Doct. & maximè Theophi. hic, qui hoc
clarè exprimit de legitimis patronis, & fiduciarijs, tamẽ
expositio Triboniani hic inepta videtur, dum exponit
(qualitercunque dati) hæc enim verba non videntur ad
legitimos referri posse, & pręsertim quia uidemus q tex.
in l. Scire oportet in princ. sub hoc uerbo non uidetur
etiã comprehendisse testamentarios, tamẽ uerissimum
est, quòd hoc tempus etiam legitimis statutum est eo
die, ex quo tutores se esse cognouerunt.
18 Septimò no ex eisdẽ uerbis, q illa uerba (cuiuscunq;
generis sint,) exponuntur. i. cuiuscunq; qualitatis, non
enim hic accipitur genus propriè, sed pro conditione
& qualitate, ut ponitur etiã in l. Et ita. §. Ex hoc edicto.
,, ff. nau caupo. stabu. ibi, Prætorem curã agere reprimen-
,, dæ improbitatis hoc genus hominũ. & eodẽ modo est
tex. in l. Quæsitum. §. Idẽ Celsus. ff. de fund. instr. in quo
significatu & Verg. & Plau. & Terentius usi fuerunt.
No. octauò, q hoc tempus quinquaginta dierum ad
proponendam excusationem currit à die scientiæ, & est
continuum, quod tamen declara, nisi aliquod iustum
impedi-

impedimentū accesserit, hoc enim excusat. l. Scire oportet. §. Sufficit. versic. Si enim quis. ff. eo. quod notandum
19 est in isto casu per regulam. l. † Et Attilicinus. ff. de serui. cussi. præd. ex qua solet elici, φ impedito impedimento facti tusto currit pscriptio, sed datur restitutio, de quo per Bar. in l. Senatuscons. ff. de nsi. Præsi. & per Docto. in cap. Ex transmissa. de præscript.

Nonō no. φ hoc tempus currit, ex quo tutores cognoscunt se tutores esse, nam in tutela testamentaria puto attendendum esse tempus aditæ hæreditatis non aperta rum tabularum, antè enim non potest dicere cognoscere se tutorem esse per tex. in l. Si is qui tres. §. Idem eue-
20 nire potest. ff. eodem facit † quia intellatus dicitur etiā ille, ex cuius testamento hæreditas non aditur. infra de hæred. quæ ab intesta. in princ. quod habet etiam locum respectu tutelæ, gl. in §. Quod autem. supra de leg. agna. tute. & ibi dictum fuit.

21 Decimō no. † φ tutor, qui habitat vltra centesimum lapidem, habet amplius spatium dierū, in singulos dies videlicet viginti milliaria & amplius triginta dies, qui tamen ita computētur, ne minus sint quàm quinquaginta. Esset enim inconueniens, vt deterioris loco esset qui longius abesset. Facta igitur d. dinumeratione, ita debet fieri supputatio, vt nūquam minus quàm quinquaginta dies deturc, plures autem, si tam longè absint, vt facta computatione viginti milliarium diurnorum, & triginta dierum, plus quàm quinquaginta dies veniant. Exemplum de primo: pone, Quidam aberat ducentis millibus passuum, habebit secundum computationem viginti millium diurnorum pro itinere decem dies, quibus si adijciantur triginta, non haberet iste, nisi quadraginta dies, & tamen illi, qui sunt infra centesimum lapidem, & in ipsa ciuitate, habebunt quinquagiota dies, quod absurdum esset, & ideo secundum Scęuolam tūc supplentur illi dies & habet quinquaginta, & ita si eum potes semper faciendum erit vsque quò longius absis, quàm quadringentis millibus. Qui enim abest quadringentis millibus, habebit pro itinere dies viginti ad rationem prædictam, & postea triginta dies, & ita habebit quinquaginta dies, si quo autem longiori spatio distet, habebit aliquid plus quam quinquaginta dies, & ita supputatio facienda est, prout Theophilus hic etiam ipse sigillatim posuit exempla. Sed circa hoc aduertendum est, quòd ille, qui est vltra centesimum lapidem si habet aliam excusationem legitimam, potest eam proponere infra tempus prædictum, sed etiam absque alia excusatione potest ex hac sola causa se excusare, quòd tutela gerenda sit vltra centesimum lapidem, text. est in l. Propter litem. §. Licèt. & §. fi. ff. eod. & hęc etiam excusatio, φ gerenda sit tutela vltra centesimum lapidem, proponenda est infra eadem tempora, vt est casus in l. Testamento. C. eodem titu.

Glo. 1. opponit de. §. Tutor. & soluit secundum distinctionem text. in l. 1. §. Siquis tutor. ff. quando appella. sit, scilicet appellatio detur à non admissione excusationis sed ad se excusandum non appelletur, vt dictum est supra in 1. no. quare autem non detur appellatio, ibi dictū fuit, & ita etiam intelligit glo. in d. §. Tutor. & in d. §. Si quis tutor. Quo fit vt verbum illud (prouocet) in d. §. Tutor, vel propriè intelligatur, & dicamus post non ad missam excusationē, de quo tamen in illo tex. verbum nullum, quemadmodū illum text. intellexit glo. & Dyn. vel intelligamus prouocet, idest se excuset, quod tamen non probo propter tex. in d. §. Siquis tutor. dum dicitur
„ ibi, Non oportet eum prouocare, sed excusare se debet.
„ In alijs autem muneribus publicis alia causa est, quia à datione appellatur, vt dicit text. in d. §. Siquis tutor. & hoc est clarissimum & declarat etiam Bar. in l. Si ad scribatum. C. de appella. Solùm dubitatio vertitur circa rationem diuersitatis, & communiter Doct. concludunt, quòd ratio sit, quia in alijs muneribus publicis (vt ipsi dicunt) authoritate, & vtilitate causa debet cirius expediri propter interesse publicū, quod non ita vertitur in tutelis, sicut in rebus publicis, hanc rationem assignat Bar. post antiquos in d. §. Siquis tutor. p tex. in l. 1. & 2. C. vt in cer. tem. cri. quæst. termi. melius facit. l. fi. comparata scilicet instantia causarum ciuilium. Ang. in d. §. Si quis tutor. dicit, quòd quamuis fuerint opi. Docto. circa rationem diuersitatis, tamen tenenda illa est, quòd vbi versetur vtilitas reipub. debet celerius negotium expediri, & ideo cùm ad excusandum detur tempus prolixius, merito permissum fuit remedium appellandi, qđ declara, quia hoc intendit Ange. quòd leges dederunt terminum bidui ad appellandum, vt est text. in d. l. 1. §. Quod in sententijs. ff. quan. app. sit. ad excusandum aūt dantur quinquaginta dies, vnde apparet, quòd introductum est remedium appellationis propter celeriorem expeditionem, & cum hac ratione transeunt Doct. hic maximè Ang. & Christoph. qui dicit, φ ideo tutor non appellat quia est ei data excusatio: ideo autem datur potius excusatio, quàm appellatio propter maius periculum. cap. Vbi periculum. de elec. lib. 6. & Saly. post. Bal. & alios in l. Ii qui ad ciuilia. C. de appell. melius tamen ratio colligitur ex dictis per me suprà i 1. no. & ex ijs, quę, ponit Ioan. Fab. hic, qui optimè loquitur.

Quæsito de ratione quærendū est de effectu, scilicet, quinam effectus resultet, φ aliquis potius excusetur quàm appellet, & dicit hic Io. Fab. φ est magnus, quia (dicit ipse) appellando conqueritur de iniquitate iudicis, & ideo alius debet cognoscere l. Eos. C. de appellat. non autem sic est, quando quis se excusat, quia tunc ipse cognoscit iterum quando quis appellat, habet decem dies tantùm hodie, tutor habet quinquaginta.

22 In glo. in ver. Intra quinquaginta. † Verus intellectus tex. in d. l. Quinquaginta. est ille, vt quatuor ... incipiant currere à die notitiæ, ... ignorāti, & fuit Io. damus, vt dicamus tempus currere ignorāti, & fuit intellectus Azonis, quem secutus est Dynus, vt refert, & sequitur Alber. in d. l. Quinquaginta. & dicit hic Ioan. Fab. quòd intellectus iste est communis, non enim debet prius currere tempus finiendi quàm proponendi, vt dicit ibi Ray. & sequitur Bald. & videmos alias etiam in sententia arbitri, quòd si arbitri dixerunt in sententia, quòd infra decem dies à die lati laudi teneatur pars soluere certum quid, intelligitur, & scientiæ habitæ secundum Bar. in consi. incip. Do. Iacob. per tex. in l. 3. §. Siquis hæredi. & ibi Bar. ff. de statulib. ita ergo in casu nostro, licèt in tex. in d. l. Quinquaginta. dicatur à die nominationis, supplendum est & scientiæ, sicut in caso prędicto in sententia arbitri, vt latā voluit Ias. in l. 1. in 2. nota. ff. siquis cautio. & videmus in simili, quòd si testator statuat terminum hęredi ad aliquid faciendum infra certum tempus à die mortis suæ, intelligitur & suppleatur ab adita hęreditate per textum in d. §. Siquis hęredi. vbi Bart. & pro ratione Bald. & Ray. est bonus tex. in l. Talia ff. de iur. doti. in princip. vbi stipulatio dotis contracta erat, vt intra annum proximum dotis nomine certam pecuniam soluere teneretur promissor, fuit quęsitum ex quo die cederet annus, an ex statuto illi tempore, an verò ex tempore quo nuptię factæ sunt, & dicit quòd ex die nuptiarum, & assignat rationem per hęc
„ verba, Ne si aliter obseruaremus, si intra annum nuptię
„ factæ non sint videri possit ex ea obligatione dos non deberi ab absurdo igitur arguit ibi Iurisconsultus, & ita dicendum est in casu isto, ne scilicet prius currat tēpus & præscribatur, quàm incipiat, & hæc est vera ratio d. solutionis, vt dicebam alias. Nec obstat. § prętere allegatus in glo. quia ibi vtrunque tempus statutum erat ad accu-

ad accusationem incipiendam, in quibus temporibus non possumus vnquam incidere in tale, absurdum, aut inconueniens, vt in casu oostro.

In glo. in verbo, Cognouerunt. Difficile est contrariū illarū legum. l. si tutor. C. de peri. tuto. vbi apparet onus probandi ignorasse spectare ad tutorem, & in tex. in d. l. Hoc autem. ff. de admi. tut. expressè dicit hoc onus spectare ad pupillum, & est magis ęquum, tum quia facti alieni probabilis est error & ignorantia, l. Verius. ff. de proba. tum quia incumbit onus pupillo dicenti tutorē subire periculum debere tutelæ, cùm non subeat nisi à die scientię, l. Quidam decēdens. §. fi. ff. de admi. tuto. cū simi. Docto. iudicio meo multùm se inuoluunt. Placen. dicebat, q̄ in l. si tutor. ideo tutor probabat, quia in se onus probationis susceperat, tamen non poterat cogi. d. l. Hoc autē. quæ solutio diuinat, cùm de voluntate tutoris ne vmbram quidē videamus in illo tex. præterea verba illa (idq; liquidis probationibus ostenderis) arguunt oecessitatem non voluntatem.

Secundò soluunt Docto. post. glo. ibi, q̄ in l. si tutor. ideo necessario ꝓbat, quia præsumptio scientiæ erat cōtra tutorem, cuius natura est onus probationis in aliū trāsferre. l. Siue posidetis. C. de probatio. quæ quidē
23 præsumptio (dicit glo. (inde insurgit, vel† q̄ fuerat denunciatio facta ad domum. l. Vt perfectius. C. de anna. excep. l. j. ff. de lib. agno. propter quod orit̄ pręsumptio scientiæ, nec pōt nisi supina ignorantia interuenisse, q̄ non releuat, vt ibi dicitur & in l. Nec supina. ff. de iur. & facti ingno. vel ex eo quia publicè scietur illum esse datum tutorem. arg. l. pignus. ff. de pigno. actio. Sed hæc solutio similiter diuinat: q̄ enim adesset pręsumptio scientiæ contra tutorem, vel q̄ publicè sciretur, vel q̄ denunciatio ad domum vel aliter facta esset, in eo tex. non apparet.

Tertiò soluit glo. q̄ tutor satis probat per allegationem p̄sumptionis ingnorātię, cuius vis est vt trāsferat in pupillū onus probandi & satisfit verbis illius legis. (idq; liquidis probationibus ostenderis) quia præsumptiones legum sunt liquidæ probationes s̄m gl. Sed circa hanc solutionem [illegible]
(non ex remissioris negligentiæ &c.) superfluo apponerentur, si intellexisset Imperator, q̄ satis esset pręsum-
24 ptionem† iuris probare. Præterea, vt patet ex principio d. l. si tutor loquentis per dictionem (si) apparet, q̄ probatio ibi exigitur condicionaliter, quo casu non est satis probare præsumptionem iuris. l. Lucius. ff. de condi. & demonst. vbi Dyn. & Bar. Et si dicatur, vt dicit Alcia. in tracta. de præsumptio. in ptin. in 3. parte, nu. 5. q̄ hoc est verum, ubi constat subesse pręsumptionem, ne conditio ipsa superflua, dico q̄ hic etiam constabat subesse præsumptionem ignorantię, & tameo conditionaliter probatio exigitur, ideo talis probatio non debet dici, quòd fiat eo ipso quòd contrarium non probetur, dixisset enim tex. probationem pupillo incumbere, ut dicitur, in d. l. Hoc autem.

Ego puto, q̄ in casu d. l. si tutor. necessariò pro parte pupilli esset probatū tale quid, quod inferret scientiam nominationis & electionis quia cùm dicat tex. q̄ si tutor oon didicisti te constitutum esse tutorem ratione iustę ignorantiæ, non uitio remissioris negligentię, & hoc probaueris non teneribus ꝑ tempore quo ignorasti, manifestè apparet, q̄ hoc q̄ ignoraret alienū factū non pōt intelligi simpliciter in terminis simplicibus iuris, quia tunc non distinguitur iusta ignorantia à negligentię vitio, sed distinguitur tunc quando potest hoc quod factum est, & iustè ignorari supinè, quod (vt dixi) nō pōt esse in terminis simplicibus, sed in casu, in quo possint qualitates, d. l. verificari. & comparatio ipse remissioris negligentię & iustæ ignorantiæ locum haberet, quę aliter locum oon haberet) vt dixi) in terminis puris iuris, in quibus loquitur. d. l. Hoc autem, & ita intelligas illum tex..

In glos. in uer. excusare. Bene dicit gloss. in hoc, q̄ quinquaginta dies à die cognitionis dati sunt ad incipiendam causam excusationis, ut hic dicitur, & melius in d. l. quinquaginta. ibi, Ad cōtestādas excusationū causas. & fuit dictū. s̄. & dicitur in d. l. Scire oportet. §. Quinquaginta. ff. eod. & d. §. Oportet. & hoc potest fieri diuersimodè vel testādo hoc. s. quòd vult se excusare antè tribunal allegando causam, vel aliter in submemorationibus. i. in actis proponendo, hoc enim importat illud uerbū, quod Latinū non est, nec alibi legi, fuit enim. l. illa Modestini, q̄ græcè scripsit, & traductio illa Barbara est. Subdit q̄ etiā pōt hoc fieri per dationem libellorū, ut iidem Imperatores testati sunt, quod intellige. i. per libellos supplices, non per libellum, ut vulgariter intelligimus, nos quia quoquo modo proponatur excusatio infra illud tempus, uel in iure ante tribunal, uel in actis, uel per libellum supplicem, allegando causam excusationis, satis est: est tamen postea probanda excusatio, & proferēda sententia absolutoria, vel cōdemnatoria excusando s. aut denegando excusationem, vt vidimus s̄. per d. l. i. §. Si tutor. ff. quan. appella. fit. nec potest excusari quis per libellos tantùm l. Excusare. ff. eod. qđ intellige non prout intelligunt Doct. i. per solam dationem libelli sine probationibus, quia hoc est absurdū, nec poterat cadere in sensum alicuius, quia non sufficit causam excusationis adducere, nisi probetur. l. Scire oportet. §. Sufficit. ff. eod. sed debet intelligere per libellos supplices, quia hoc debet fieri cum causæ cognitione & lata sententia, vnde succedit regula l. Nec quicq̄.
25 §. Vbi decretum. ff. de offic. Pprocōs. & leg. q̄† ea quę decretum & sententiam exigunt, per libellum supplicem non expediūtur. ita. n. intelligendū arbitrior illū tex. vt alibi aduertit accuratissimus & doctis. Alci. lib. ii. Parad. c. 3. quod ante ipsum similiter attigeret Budęus, et quasi nouum quiddam sibi attribuit Zoannetus Boń. lib. 1. Rest. c. xv. Ex his vides, q̄ accuratè exposuerit Nicol. de [illegible] submemorationes exponit. i. testium depositiones & productiones, quę fuit expositio Dyn. & similiter dum de libellis loquuntur, & dicunt intelligi de scriptura cōtinente excusationem, nā dicas ut s̄. quod ille text. nihil aliud intendit, nisi q̄ siue excusatio ꝓponat̄ in uoce ante tribunal, siue in actis, siue per libellos supplices, satis est, sed benè exigitur postea infra tempus quatuor mēsium datorum ad finiendam causam excusationis & peragendū hoc negotium iuxta tex. in d. l. quinquaginta, vt res per iudicis sententiam diffiniatur, nec potest quis excusari per libellos supplices: aliud enim est q̄ quis excusetur (hoc. n. importat causam finire & negotiū peragere excusationis) aliud q̄ excusatio proponat̄ & contestetur causa excusationis, vt patet in d. l. quinquaginta. Contestatio ergo fieri poterit per libellum supplicem, peragere autem negotium oon poterimus ex regula d. §. Vbi decretū. Et ex his uides qoàm superfluò posita sint ab Angelo & aliis multa, quę nec ad interpretationem huius loci conferunt, & iuuenum studia grauant.

In gl. fi. Iam suprà dictum est ex Theophilo quomodo hæc enumeratio facienda sit: ad unum tantum te volo aduertere, dum glo. dicit sub dubio forte, q̄ si absit per centū, & vnum miliare, habeș quinq; dies pro centum miliaribus, & postea, pro uno miliari forte vnum diem integrum, dic tu, q̄ de hoc est casus ad literam in l. In itinere. quæ est l. 3. de uerbo. signifi. ideo non erat dicendum sub dubio forte.

## §. DATVS AVTEM.

1 *Tutor dat⁹ simpliciter à testatore ad uniuersum patrimonium pupilli datus intelligitur, ubicũque sitũ sit,*

2 *Tutor à iudice datus an cẽseatur datus ad uniuersum patrimonium*

3 *Tutor potest se excusare, ne ultra centesimum lapidẽ tutelam administret.*

4 *Tutor an possit se excusare ab administratione bonor existentium in alia prouincia, etiam si non distet per centesimum lapidem*

5 *Indefinita datio tutoris aquipollet uniuersali.*

NON diniditur, nec breuius summari potest, ex l.propter litem.§. Licet.ff.eo.

Casus in tam notissima regula non esset figurandus, tamen (ut alias dicebam) dubitationem faciebat. quòd uidemus tutores posse se excusare ab administratione earum rerũ, quæ in alia prouincia sunt.l.Non solùm.§.Et qui testamẽto.ff.eo.vnde cùm hoc sciat testator, qui habebat patrimoniũ diffusum, videtur tantùm voluisse dare ad illam partem patrimonij, ad quam administrandam iure publico tutor cogi potest arg.eorum, quæ dicitur p Bar.in l.Vt iurisiurãdi.§.Si liberi.ff.de oper.lib.quòd.i. testator semper pręsumit habere voluntatẽ conformẽ legibus: quo tamen non obstante dicitur, quòd si simpliciter datus est tutor, nulla alia facta extrinsec⁹ mẽtione, cẽset ad uniuersum patrimoniũ datus: cùm.n.natura tutelæ sit respicere personas pupillorum & in consequentiam res ipsas, & bona, quę ita indefinitè & simpliciter committuntur, non est dare rationẽ diuersitatis, quare magis ad unam partẽ, quã ad aliã datus intelligatur; nam quod in cõtrariũ dicitur, cõcludit in oppositum, si enim necessaria est excusatio, patet quòd tutore se nõ excusante datio tener, & potuit cogitare testator, ut cõtẽplatione sui tutor forsan nolit se excusare, uidemus enim à communiter [illegible] dari tutores amicos & beneuolos parentum & pupillorum.

1 Not.primò, q̃ †tutor datus simpliciter, datus intelli-
gitur ad uniuersum patrimonium pupilli, vbicũque si-
tũ sit, ad idem tex.in l.propter litem.§.Licet.in l.Illud.
l.Nõ solũ.§.Et qui in testamento.ff.eo.titu.l.Testamen-
to.C.eo.tit.potest benè testator, si uult, aliter dare, l.Si
tamen.ff.de testa.tute.facit.l.pupillo.ff.de tuto.& cura.
dat.ab iis.sed si nullas administrationes circumscribat,
aut definiat, sed indefinitè & simpliciter detur, tunc da
tus intelligitur ad uniuersum patrimonium per istum
tex.& hoc in dato à testatore nullã habet dubitationẽ.
2 Sed dubium†est in dato simpliciter à iudice, an cẽseatur
datus ad uniuersum patrimonium, & vt dixi s.in §.Ad
certum.in glo.in uer.Certę. cõmunior Doct.opi.est, q̃
siue à iudice, siue à testatore datus sit, semper (si simpli-
citer detur) intelligitur datus ad uniuersum patrimo-
nium, & reperit hoc Ang.post alios, quos allegat, & So
3 zi.post alios in cõs.36.col.4.lib.i.benè uerum†est, quòd
poterit tutor excusare se, ne ultra centesimum lapidem
4 tutelam†administret.d.l.propter litẽ.§.fi.Et aduerte ad
unũ, in quo non uideo, quòd Doct.aduertant, q̃ non so
lùm quis potest se excusare ab administratione eorum
bonorũ, quæ sunt ultra centesimum lapidem per d.§.fi.
sed etiam poterit quis excusari ab administratione eo-
rum bonorũ, quæ sunt in diuersa prouincia d l.propter
litem.§.Licet.d.l.Non solùm.§.Et qui testamento.d.l.
Testamento.C.eo. quod aliqui intelligebant, etiam si ta
lia bona sint magis uicina domicilio ipsius tutoris dati;
pone enim citra Varum datum esse aliquem tutorem,
puta, Nicææ, & pupillum habere bona in prouincia lõge, puta, per viginti milia passuum: putant isti ex generalitate illorum tex.posse excusari, & ita de singulis prouinciis dicendum sit, nam qđ dicitur in d.l.propter litem.§.fi.id habet locum ex eo, quia ponitur casus in Senatoribus, quorũ domiciliũ Romæ est, cuius quasi specialis prouincia nõ excedit centũ miliaria.l.i.§.Cũ vrbem.ff.de offi.præfec.vr.comprobant opi. illam per tex.secundũ eos clarissimum in l.Illud.ff.eo. titu.vbi dicitur vsitatissimum esse, q̃ ij, qui in Italia domicilium habent, excusentur ab administratione rerum prouincialiũ, ubicunq; ergo habeat domicilium in Italia, & in quacunque parte etiã in limine Italiæ, excusabitur ab administratione rerũ, quæ uel in prouincia, vel in Gallia, vel in Germania, aut alibi sita erũt. Sed cõtraria opi. verissima est per tex.in d.§.Licet. nam in eadẽ prouincia, quantũcunq; patrimonium diuisum sit etiam ultra cẽtum miliaria, tenetur tutor administrare, nec potest excusare, si uerò in diuersa prouincia, excusatur, dummodo distet per centum milia passuum, ita ad literam dicit ille tex.i §.Licet. ubi datus simpliciter tutor excusatur ab administratione bonorum existẽtium vltra cẽtesimum lapidem; subdit Iurisconsultus, dũmodo nõ in eadẽ prouincia sit; quo fit, vt si in eadem prouincia sit, non excusetur, & si in diuersa, nõ excusatur, nisi distet per certũ miliaria. & quod dicitur de Senatoribus, hoc specialiter interdictum est, ne longius abesse cogantur ob incõmoda reipub.& specialiter in eis hoc introducitur, & ita uoluit Dyn. quẽ sequitur. Nico.de Neapo. post Albe.in d.†.Licet.qui dant exẽmplum de duabus illis dietis apud cano.vltra quas quis non trahitur, quæ intelliguntur à fine prouincię, quod exemplum nõ est bonum, quia centum miliaria non numerabũtur à fine prouinciæ, sed à domicilio, si in alia prouincia administratio erit facienda, ut dictum est.

5 Secundò not.q̃†indefinita datio [illegible] uniuersali, quod in testamentis [illegible]um est.l.Si pluribus. ff.de lega.2. de quo dic, vt ibi per Bart. alibi opportunius dicetur.

In gl[illegible] aliqua, quę declarationem exigunt vltra ea, quę diximus in loco pro contrario signato.

## §. QVI TVTELAM.

1 *Tutor finita tutela non cogitur curã administrare eorundem pupillorum, etiam si testamẽto tutor datus esset.*

2 *Curator datus ei, cuius tutelam gessit, quãdo se excuset, & quãdo incipiat currere tempus exausationis.*

3 *Curator an testamento non detur inuitus.*

4 *Amico satis est consulere in aliquibus.*

5 *Libertus quãdo se excuset à tutela patroni uel filiorũ eius.*

DIVIDITVR in duas partes: in prima ponitur regula, q̃ qui fuit tutor alicuius nõ cogitur eiusdem esse curator: in secunda ampliatur hęc regula, ut habeat locum etiam si testamẽto sit quis datus tutor & curator. secunda ibi, In tantum ut licet.

Qui gessit tutelam alicuius, non cogitur eiusdem esse curator, etiam si testamento fuerit datus. h.d.ex l. Curator. C.eod.

Casus ita figurari potest; fuerat quis tutor quorũdã pupillorum, eueniente pubertate nominatus est ille idem in curatorem, vel etiam testamento fuit datus & tutor & curator à patre pupillorũ, quæritur an cogatur administrare & suscipere curam; & uidebatur quòd sic,

quia

quia cura est munus publicum, ad quam administrandam cogũtur omnes.s.eo.in princi.nec ob id,q gessit tutelã illius, excusare videtur,tũ quia nisi sint tres tutelæ nõ excusant vt.s.eod.§.Item tria onera.tum quia quando cogitur, iam tutla finita est pubertate, & tutela finita non solet præstare excusationẽ d.§.Item tria.quinimo & si sit prope finem, ut ibi dictum fuit:quo non obstante deciditur contrarium, hęc enim excusatio introducta fuit ex rescripto diuorũ Seueri & Antonini, quod Docto. putant factum ea ratione, quia videtur & patri & filiis sufficere debere, si tutor vt amicus suo labore in aliquibus amici officium expleuerit,de qua tamen ratione videbimus in glo.i.

1 Notatur primò quod † dicitur in regula huius tex.q qui tutelã alterius gessit, inuitus nõ cogitur esse eiusdem curator,etiam si testamento datus sit concor.text. in d.l.Curator . C.eod.in l.Caius.ff. eo.volens ergo admittetur,vt colligitur ex hoc tex.à cõtrario sensu,quia datur excusatio, qua non proposita,& si ea vti nolit,tutelę tenebatur.s.eod.in princ.Dic ergo, quod quamuis in hoc tex.hoc non dicatur, tenetur talis curator excusationem illam proponere.quòd eorundem pupillorũ tutelam gessit.d.l.Curator.C.eod.& eam debet proponere intra præfinitum tempus, de quo s.§.Qui autem.

2 Sed dubitari poterat à quo† tempore incipit currere d. tempus,& clarũ est,quòd si sit curator nominatus post administrationem tutelę à iudice, currit à die scientiæ, ex quo scilicet cognouit se datum d.§.Qui autem excusare.Sed pone,quòd sit datus à testatore tutor,& curator vsq, ad ętatem 25.annorum filiis suis,& gesserit tutelam,àn tenebitur proponere excusationem ab initio, quando sciuit se datum tutorem & curatorem,an verò finita tutela?Hanc q.mouet Iurisconsultus in l.Caius. ff.eod.& decidit,q tempus excusationis incipit currere à die confirmationis Prètoris,nam testamento curator dari non potest. sed datus confirmari solet.§.j.s.de curato.vers.Sed curator.quia ergo incipit tũc esse curator, cùm confirmatus est,ex illo die incipit currere tempus excusationis proponendę ei, qui tutelam gessit.d.l.Caius.& aduerte quia glo.alibi in l. Iurisperitos in gloss. dicit, quòd d.l.Caius.intelligenda est,vt ante confirmationẽ debeat se excusare per d.l.quod est falsum,idem etiam videtur voluisse glo.in l.Neusennius.in ver.Confirmatus.ff.eod.sed(vt dixi)decipitur glo.nam benè verum est, q siquis vult excusationem suã proponere ante cõfirmationem, vt eam impediat,& ostendat iudici talem confirmationem irritam futuram proposita per eum postea excusatione,hoc facere poterit ad eam impediendam, & iudex tunc non confirmabit, & hoc est, quod dicit l.Iurisperitos.in §.fin.ff.eod.sed si confirmetur,etiam saluum est illi ius proponendæ excusationis. & ita procedit tex.in l.Caius.benè verum est,q si consensisset se cõfirmari expresè videretur quodammodo iuri publico excusationis proponendæ renunciasse tacitè secundum glo.& Iac.de Aren.in d.l.Caius.& benè declarat Bal.ibi.& in d.l.Neusennius.

3 Secundò ex hoc tex.notat Ang.q† testamento non datur aliquis curator inuitus,quod nõ probatur in hoc tex.nam hic benè dicitur, q si datus sit ille curator testamento, qui idem fuerat tutor,non datur inuitus,sed si simpliciter detur qui non fuit tutor,erit(post confirmationẽ tamen.d.§.i.s.de curato.)inuitus curator,quia cura munus publicum est §.i.s.eo.& sic vide quò incuria pręceptorum iuuenes ducat, non cõsiderando terminos,in quibus iura loquantur.

4 Tertiò similiter notat Ang. quòd sufficit amici commoditatibus in aliquibus consuli,quod non dicitur in hoc tex.sed Doct.volunt hãc esse eius rationem.de quo tamen videbimus statim in glos.

In glo.j.Glo.assignat rationem huius tex.quã Doct. cõmuniter sequuntur per tex.in d.l. Tutori. qui tex.nõ videtur habere locum, nam ille tex.propriè vult ponere differentiam inter tutores & curatores,& negotiorum gestores, & considerat,q illi tenẽtur ex necessitate propter susceptum munus publicum,at hi voluntate, & ideo eos non esse cogendos,quippe sufficit,quando aliqđ negotium ex uoluntate suscipitur,ad defendẽdas absentis amici facultates ,vt in aliquibus cõsulatur ei,quod secus est i tutore,& curatore, quos oportet in omnibus consulere,quam differentiam considerat etiã tex in l.Tutores , qui.§.Qui se.ff. de admi.tut.facit tex. cum glo.ibi in l.Qui proprio.§.1.ff.de procura.Et profectò dura videtur decisio,q ille,qui cogitur aliam curam administrare, ad quam vocatus esset, non cogatur gerere eandem eorum, quorum tutelã gessit,cùm hoc minus grauaminis afferat curatori habenti iam notam administrationem rerum & bonorum pupilli , & ipsis pupillis magis . prodesse videatur,q res eorum administrentur ab illis,quibus est iam nota intus & in cute totius eorum patrimonii administratio, & qui ex fide tutelam gesserunt,tamen constat æquo magis iure,quã summo voluisse illos Imperatores requiem hanc tribuere huiusmodi personis,quæ oneratę fuerunt,pro tempore tutelę.

5 In glo.fi.Solu.glo.vera est,& ea ratione nititur,q† libertatem rem quidem inęstimabilem à patrono consecuti sunt, quæ facit, vt nulla excusatione iuuandi sint, quin persoluant gratitudinis officia illi , à quo tanto munere dignati sunt: & hinc fit quòd si propria pecunia empti sint, saluum habeant ius excusationis.l Libertum.§.Qui propria.ff. eod.& similiter si ex fideicommisso manumittantur.l. Nequaquam.ff. eo. tit. Cessat enim tunc ratio illa gratitudinis rependendæ, quam proximè dixi, est ad hoc bonus tex.in l.Libertus.ff. de tuto. & cura. dat. ab iis. & in l. Siquis à liberis.§.pen.ff.de libe.agnos.

## §. IIDEM RESCRIPSERVNT

1 *Maritus potest excusare a tutela uxoris etiã post eã susceptam.*
2 *Maritus uxori furiosæ dari curator non potest.*
3 *Maritus datus curator uxori tenetur se excusare, et aliũ curatorem petere.*
4 *Maritus bonorũ dotalium dominiũ & administrationem habet.*
5 *Receptitia bona ea propriè dicũtur, quæ uxor nõ dedit in dotem, sed sibi reseruauit,*
6 *Sponsus non potest esse curator sponsæ.*
7 *Vxoris & mariti quod dicitur, idẽ dicitur de spõso & sponsa.*
8 *Vxor propriè dicitur post cõsummatũ matrimonium.*
9 *Sponsa propriè dicitur cũ qua sponsalia de præsenti cõtracta sunt, non solùm de futuro.*
10 *Sponsæ appellatione non uenit uxor.*
11 *Vxoris appellatione non uenit sponsa, & quando*
12 *Maritus potest esse procurator uxoris, & quare*
13 *Procurator, quãdo est effectus dominus litis, non potest nisi noua interueniente causa reuocari.*
14 *Maritus an possit dari curator ad unam litem tãtum*
15 *Excusari impropriè dicitur ille, q tutor uel curator esse non potest.*
16 *Donatio inter uirum & uxorem quare prohibeatur.*
17 *Tutor uel curator põt hodie de iure canonico cõtrahere matrimonium cum pupilla.*

NON

NOn diuiditur. Summari sic potest. Maritus etiam post immixti onem se excusat à cura uxoris.h.d.ea l.i.§.fi.ff. cod.
Casus ita figurari potest; dubitabatur an maritus à cura vxoris haberet excusationem,& videbatur q̃ nõ,duplici ratione,quamuis diuersa:prima, quia nõ potest dari curator is. lege prohibente l.Maritus.C.qui dari tuto.poss.secunda, quia cũ debeat affectionẽ rebus vxoris ipse maritus,& videtur caput uxoris, merito videbatur nõ solùm concedi tutela,sed etiam & si datus esset, tenetur,maximè quia curator & procurator æquiparari videntur,& potest maritus esse procurator vxoris l.Maritus. C.de ꝓcur.sed cõtrarium responsum est, vt se excusare possit & posti immixtionem, quinimo debet, vt inferius dicetur: hoc autẽ ideo à legibus prouisum est,ne mutuus ille amor, qui donationem inter coniuges impedit,faciat,vt spreto cõmodo suo vxor,quæ in cura fuit,remissionẽ faciat reddendæ administrationis finita cura,& si cõtingat ante finem curæ, quòd maritus non ex fide administret, vxor non possit virum suum cum infamiæ nota suspectum postulare.§.Suspectus el.2.j.titu.j.
1 Notatur primò ex hoc tex. quòd† maritus excusare se potest à cura vxoris etiam post eam susceptam,concor tex.in l.j.in fi.ff.eod. quinimo necesse potest curator. d.l.2.C.qui dari tuto poss.& non solùm intuitu ætatis,
2 sed nec etiam morbi:si enim vxor† furiosa sit, vel mẽtecapta, vir ei tutor dari nõ põt.l.Virum.ff.de cura.furio.
3 & vsq; adeò hoc prohibetur maritis,quòd† si dati sint curatores vxoribus suis, tenentur non solùm se excusare,& non recipere hoc onus,sed tenẽtur alium curatorem petere.l.Amplissimi.C.eo. aliter enim nõ effugerẽt infamiæ notam, vt ibi dicitur: sed non intelligas,quòd infamia procedat ex non petitione curatoris,sed ex eo quia cũ prohibitum sit senatusconsulto, ne pupilla ducatur vxor à curatore,quamuis datus esset curator post nuptias cõtractas ,nõ effugeret infamiam illã de facto quòd quasi corãm hominibus apparet curator & maritus contra verba.S.C.& hoc est, quod designãt illa verba(ne labem pudoris contrahat)in l.Licet.C.eo.nõ est ergo par causa mariti & aliorum,qui iustam excusationem habent:nam alii ita demum proponunt excusationem si volũt,hic autem inuitus cogitur:alii post susceptam tutelam non se excusant regulariter.l.post susceptam.ff.eo.hic autem & potest,& tenetur:alii non tenẽtur alium curatorem petere ,hic autẽ obligatus est.d. l.Licet.d.l.Amplissimi. Hæc omnia tamen intellige in bonis propriis vxoris, quæ.s.mulier nec dedit in eodẽ, nec paraphernalia esse voluit danda ultra dotem uiro
4 suo,nam eorum bonorum , quæ† in dotem data sunt, vel vltra dotẽ data sunt uiro iuxta.l.Si ego.§.Dotis aũt. de iure doti.maritus dominium habet.l. Doce.C. de rei uendic.& administrationem ex mandato dato à lege.l.fin.C. de pactis conuen. quod attigit hic Ange.in gl.l.Hac lege.C.de pact.cõuen. quimo.& vxore nõ prohibente fructus lucro mariti cedunt , vt dicit ibi Ioan. Fab.circa quod videnda sunt,quæ ponunt Bal.Ange.& alii in l.Vbi adhuc.C.de iur.dot.in l.fi.C.de pac.conuẽ. in l.pen.ff.ad l.Fal.in l.Maritus C.de procu.decis.Neap.
5 44.De tribus.num.5.In iis aũt bonis, quæ† mulier sibi propria reseruauit. quæ receptitia propriè dicuntur.l. proprium.ff. cõmn. præd. vbi Budæus , & Alciatus in l. Qui fundum.ff.de verb.sign.Gellius lib.17.cap.6.non potest aliquo modo curator esse, vt hic dicitur
Secundò notat Ang.hic , q̃ qui habet ius excusationis,& suscipit tutelã vel curam , amittit ius excusandi, quod in se uerũ est,sed qualiter ex verbis huius tex.elici possit(nisi forte à speciali) nemo est q videre possit.
6 In gl.j.Ampliat glo.vt hæc prohibitio nõ solùm† habeat locũ in uxore,sed etiam in spõsa.d.l.i.§.fi.ff.eo.per regulam.l. Oratio.ff.de sponsali.& est tex.espressus in l.Tutor.ff.de spõs.in fine.& quãuis.S. C.prohiberet expressè , ne quis pupillam duceret in uxorem,tamen & spõsalia prohibuisse censendũ est & adducit Caius iuriscõs.in l.Siquis tutor.§.Quamuis.de ritu nupti.rationem, quia cum qua nuptiæ contrahi non possunt, ea plerunque nec sponderi potest , nam quæ duci potest, ea iure desponsetur.
7 Ex hoc loco notat Ang.q̃ illud , quod† dicitur de vxore,habeat locũ in sponsa:circa quod dicas primò,quòd
8 uxor propriè dicitur illa, cũ† qua est consummatũ ma-
9 trimonium,& illa dicitur† sponsa,cum qua sponsalia cõtracta sunt etiam de præsenti , textus est & ibi Abb.in c.Tertiò loco.de præsumptio.quia ante copulam nõ dicitur esse in usu uiri , & ideo non dicitur vxor,Saly.in l.Cùm te.col.i.D.de don.ante nup.facit tex.in l.Siquis desponsata.27.q.2.& sponsa dicitur non solùm illa,cũ qua contracta fuerunt spõsalia de futuro, sed etiam de præsenti.c.Accepisti.ubi Abb. de sponsa. duo.& in c.Ex publico. de cõuersa.coniuga.in vlti. notab.& ideo dici
20 solet,quòd† appellatione spõsæ nõ venit vxor.l.Solet.ff. de iis qui not. infam.l.Siquis officium in prin.ff.de ritu nuptia.l.Si uxor.§.Diuus.ff. de adulte. voluit Anto.de
51 Butrio in rubrica de sponsa.& similiter è couerso iura loquẽtia de vxoribus non habet propriè locum in spõsis,ut singulariter tradit Signorolus in consi.144.In q. in prin.tradit Deci.cons.540.Quæritur. col.2.sed totũ pendet à qualitate rei, super qua disponitur, item ex ratione dispositionis , de quo videnda sunt,quæ latè prosequitur And.Sicu.post alios in rubri.de sponsa.latissimè vltra omnes And.Tiraquellus post suas leges connubiales.nu.4.& nota.q.tangit Iac.de Sancto Georgio in l.Maritus.C.de procura.subdẽs. quòd dispositio.d.l. Maritus.non habet locum in sponso , quod not.
52 In glos.in ver.Curatorem. potest autem [illegible] procurator ex eo, quia non vertitur [illegible] periculum,quemadmodum in cura, nam curatorem non posset mulier sua voluntate reuocare,cum certis modis cura finiatur. [illegible] mandatum autem reuocatur sola uoluntate.§.Mandatum.j.mãda.Præterea si vellet ut suspectum reuocare,uix est(ut dicebam)ut id sine infamia facere posset,ut dictum est in figuratione casus, de quo uide Bar.in l.i.§.fi.ff.eod.& in d.l.Maritus. C.qui dari tuto. poss.Bal.in d.§.fin. qui benè declarat.
53 Et si dicatur,postquam† est effectus dominus litis procurator , non potest, nisi noua superueniente causa reuocari.l. post litem.ff.de procura.ergo idem & in curatores respondetur, quòd quamuis hoc uerum sit respectu illius causæ , tamen non est uerum quo ad alias causas,ad quas potest non dari , cùm curator ad omnes datus intelligatur , ut declarat Ias post alios in l.2. C.de procura.
54 Sed circa hoc solet dubitari,an maritus dari† saltem curator possit ad unam litem tantùm,& Speculator in tit. de curatore.§. Vt autem.versi.Sed nunquid vir secutus Ioan.videtur inclinare quòd possit:primò enim arguit, q̃ dari non possit ex generalite l.2. qui dari tuto. pos. quæ indistinctè debet intelligi.l. De pretio.ff.de public.itẽ quia eadẽ ratio esse uidetur,ne.s.actione negotiorũ gestorũ conueniendus sit vir , dicit tamen Specu.q̃ Ioan.distinguit , aut maritus constituitur vniuersalis curator , & hoc fieri non possit , vt hic aut specialis, & possit tanquam cessante ratione prohibitionis, quæ ratio iudicio meo ẽ falsa, quia siue attẽdamus periculũ cõsideratum à Doctoribus, siue periculũ læsionis existimationis,quãdo,vt suspectus est remouendus,eadẽ ratio militare videtur , quis iure scripto negotiorũ gestorum actio non infamet, idem tamen est in curatore

ratore ad litem, ficuti in curatore vniuerfali. Et dũ Specu. poftes confiderat pro Ioanne, ꝙ ex negiotiatione vniuerfali, & cura maius poffet infurgere damnum, quã in curatore ad litem, aduertendum eft, quia lis poffet effe, vel hereditatis, vel maioris partis parrimonii, quo cafu parum diftaret ab vniuerfali curatore. Ponderat poftea Specu. rationem, ꝙ poffit curator reuocari, quando datus eft ad litem. l. Ante litem. ff. de procura. non fic curator, cuius officium certis modis finitur, ut dictum eft, quæ ratio falfa eft, quia curator ad litem non reuocatur fed finitur benè finita caufa, ut dictũ fupra. in §. 1. de curato. & iura per Specu. allegata loquuntur in procuratore, & plurimùm diftant curator ad litem & procurator Bal. in l. 1. in fi. ff. eod. tenet eandem fententiam propter facilitatem remotionis, & cùm idem videatur verfari periculum, quod in procuratore, allegat Oldra. ita tenete in l. Maritus. C. qui dari tuto. poff. Sed ratio facilitatis remotionis non videtur vera, quia Doct. qui confiderãt facilitatem remotionis in procuratore, confiderant, ꝙ fola voluntate reuocari poteft, vt fupra dictum fuit. Ad eft præterea alia ratio, quia procuratoris officium voluntarium eft, vt inf. de mand. §. Mandatũ. fed officium curæ tanquã publicũ eft neceffariũ. §. 1. fupra eodẽ etiã curatoris ad litem fm opi. Bal. & aliorũ, de quibus per Alex. in l. Tutori. C. de nego. geftis. de quo fuit fup. dictũ. Vnde fi contra propriam voluntatẽ maritus curator conftitueretur, poffet hinc facilè infurgere femen diffenfionis & difcordiæ, quod leges abhorrent arg. l. Manifeftiffimi. in fin. C. de furt. l. fi. in fi. C. ne fideiuff. doti. den. dicit tamen Bald. vbi fuprà notabile verbum, ꝙ eius opi. feruatur in practica, contra id quod dicit Ang. hic. Hanc eandem fententiam tenet Bar. in l. Siquis. §. fin. in fi. ff. de procura. dum ex illo tex. infert, ꝙ maritus poteft dari curator ad litẽ, ficut procurator. Sed aduertendum eft, ꝙ decifio Bar. pendet ea folutione glo. ibi, quæ vult, ꝙ curator ad litem reuocetur fola voluntate ante litem conteftatã, ficut procurator, quod nõ probatur in illo text. & gl. ibi, quę hoc dicit in fin. allegat tex. in l. Ante litem. ff. de procura. qui loquitur in ꝓcuratore non in curatore, & videtur abfonũ, ꝙ curator qui fola voluntate nõ datur, fed authoritate iudicis, fola voluntate reuocetur contra l. Nihil tam naturale. ff. de reg. iur. Eandem etiam fententiam tenet Bald. in l. 2. C. de procura. quem ibi fequitur Alex. qui mouetur ex ea ratione, quia procurator fola voluntate reuocatur, & eodem modo videtur, ꝙ reuocari poffit etiam curator, quod, falfum eft, vt prædixi: & hãc eadẽ fententiam fequi videtur Iaf. ibi fimpliciter. Saly. in d. l. 2. C. qui dar. tuto. poff. dicit, ꝙ Iaco. de Belui. tenuit hanc eandem fententiam, fed ipfe ab eo difcedit propter generalitatem. d. l. 2. & quia curator ad litem nõ poteft reuocari ab vxore quemadmodum procurator, vtpotè, qui ab ea non eft datus: item quia lis poteft effe magni momenti & Præiudicij: item quia de procuratoris promifsione lege cauetur, de curatoris verò minimè aliquo cafu. Præterea dicit, ꝙ vxori nõ expedit, vt maritus ad vnã litẽ cõftitui curator pofsit, attento, ꝙ poteft eum procuratorem cõftituere, quę opi. mihi magis placet, tam per rõnes prædictas quam per generalitatem legum prohibentiũ maritum ad tutelam admitti, & in hac eadem fententia refidet etiam Alberi. in d. l. 2. vbi dicit, ꝙ Odofre. ibi tenet eandem fententiã ex ĝnalitate verborum illius tex. quãuis alij referant ibi Odoft. tenere contrarium: & licèt Iaco. de s. Georgio in d. l. 2. C. de procur. adhęreat opi. Bar. in d. §. fi. tamẽ nulla ratione nititur, nifi tantùm authoritate. Mihi tandem (vt dixi) placet opi. Sal. tam propter generalitatem legũ prohibentium, quòd maritus nõ pofsit effe curator vxoris impediẽte hoc. S. C. l. Amplifsimi. l. Licèt. C. eod. tit. quã propter paritatem rationis. Ideo enim dicũt Doct. conftitutum effe diuerfum ius in curatore & procuratore, quia curator nõ poteft reuocari ad libitum, procurator fic, quod idẽ in curatore ad litẽ, quia falfa eft opi. gl. in l. Siquis cùm. §. fina. ff. de procu. quòd curator ad litẽ pofsit reuocari ante litem conteftatam, ficut procurator, quia procurator poteft reuocari nuda voluntate, curator autem ad litem non poteft reuocari, nifi faltem in reuocatione accedat etiam decretum iudicis, quod accefsit in conftituendo, vt declarat Bald. ibi, quem fequitur Pau. de Caft. argu. l. Si vt proponitur. C. de nup. requiritur enim in deftituendo actu etiam re integra illa eadem authoritas, quæ requiritur in conftituẽdo, & fuit opi. Iac. Butriga. & Rayne. ꝙ propter authoritatem interpofiti decreti in conftitutione curatoris non pofsit reuocari fine decreto & fine caufa etiam ante litem conteftatam & re integra: videmus enim, ꝙ interlocutoria lata caufa cognita fine cognitione caufæ non reuocatur. l. 1. C. de dila. Nec obftat ratio Ang. in d. §. fi. dũ vult, ꝙ ea eo, ꝙ tutela eft onus, & non agatur de præiudicio aliquo curatoris in reuocatione, pofsit reuocari fine caufa non cognita, quia hoc eft falfum, cùm agatur de exiftimatione ipfius curatoris in remotione, cùm cõftitui fiot certi modi finiendi curam inter quos non eft coonftitutus modus nudæ reuocationis, & probatur optimè hæc opi. ex generalitate l. Cùm femel. ff. de tute. vbi expresfè dr̃, ꝙ cùm femel fit petitus tutor, in eandẽ litem alius dari nõ põt, quem tex. ẽt notant ad hoc Doct. ibi.

15 In gl. in ver. Excufare. Glo. vult, † ꝙ impropriè ponat hoc verbũ, & idem voluit glo in l. 1. in fi. ff. eo. nam ipfo iure nulla eft datio per glo. ibi, de quo dictum fuit fuprà in §. Item maior. eo. tit. in glo. in ver. Nec excufatione. & ad dicta ibi me remitto.

Glo. poftea afsignat rationem huius conftitutionis, 16 & dicit hoc ideo effe, quia † vxor omnia fibi remitteret propter affectum, quafi fit eadem ratio, quam afsignat Iurifconfultus in l. 1. ff. de do. inter vi. & vxo. f. ne mutuo amore inuicẽ fe fpoliarẽt, & ideo prohibitam effe donationem inter virũ, & vxorẽ, d. l. 1. q̃uis aliam rationẽ, & iudicio meo meliorem, d. prohibitionia afsignet Iurifconfultus in l. 3. ff. de dona. inter vi. & vxo. quam & fenfit Paul. qui illius prohibitionis rationem adducens dicit, hoc ideo fuiffe à maioribus conftitutũ, quafi abfurdũ videretur aliquid effe viri aut vxoris, quod cõmune nõ effet. Sed ratio allegata per glo. communiter reprobatur per Doct. in d. l. Maritus. & in l. 2. C. de procur. fi quidem illa eadem militaret in mandato, & tamen uidem maritum conftitui procuratorem poffe. d. l. 2. C. de procura. ideo afsignant alias rationes; de quibus fuprà dictũ fuit. Et mihi magis placet, ꝙ ratio publice honeftatis propter. S. C. prohibẽs tutores & curatores ducere vxores pupillas, & adultas fuas, vendicet etiam fibi locum, fi curator etiã cõftituatur poft contractum matrimonium, & hanc rationem iudicio meo confiderant Imperator in l. Licèt. C. eo. cuius hæc funt verba: Licèt oratiuncula fub diuo Marco habitæ verba deficiant, tamen,
,, qui poft contractas nuptias nurui fuæ curator datur, ex
,, cufare debet fe, ne manifeftam fententiam eius often-
,, dat, & labem pudoris contrahat.

Vltimò glo. declarat prædicta omnia vera effe vbi datus fit curator poft nuptias, nã antea curator, vel tutor nuptias contrahere non poteft toto tit. C. de interd. ma- 17 tri. in pup. & tuto, & † hoc eft verifsimum de iure ciuili, de iure antè canonico, quod hodie attendi debet, talis prohibitio fublata eft per generalitatem tex. in c. pẽ. de fecund. nup. & c. fi. eo. tit. vbi Abb. declarat, de quo dixi fupra de nup. in §. Sunt & aliæ. in glo. in uerb. Enumerari. in feptimo cafu, ubi uidendum.

Tandem glo. dicit, quòd etiam maritus de facto datus curator, puta, abfens & ignorans debet, ut liberet fe

ab infamia,de qua in l.Licèt. C.eo.aliũ petere per text. in l.Amplissimi.C.eo.tit.circa quam potes aduertere, ꝙ tex.ille non probat id,ad quod allegatur per Doct. vide licèt,ꝙ maritus teneatur petere necessitate præcisa,sed benè potest necessitari necessitate causatiua, vt. s. effugiat infamiam,nam dicit tex.ꝙ datus curator absens,& ignorans vxori suæ potest esse securus,dummodo alius substituatur : quomodocunque ergo substituatur , siue viro petente,siue alio,vir erit securus per illũ text. Aliud est in matre,cui iniungitur hoc,vt petat,l.2.§. Si mater nõ petierit.ff.ad Tertul.§.fi.j.senatusconsult. Tertul.

In glo.fi.Inquit glo. ꝙ speciale est in marito , vt post immistionem possit se excusare,cum gñraliter tutores vel curatores dati,qui ius excusationis habebant, nõ valeant post susceptã administrationem se excusare l.2. C. si tut.vel cura.fal.all.& hoc verũ gñraliter(vt dixi)& regulariter,qa suscipiendo videntur iuri suo tacitè renunciare : hoc tñ fallit in multis casib.notatis p gl.& Doct. in d.l.2.Sed qa materia impertinens est,siquis casus prædictos enumeratos videre cupit, videat gl. in d.l.2. fuit. dictũ etiã sup.in §. Itẽ propter aduersam ualetudinem.

## §. SIQVIS AVTEM.

1 *Sententia lata ex falsis allegationibus non est nulla.*
2 *Tutor excusatus falsis allegationibus non liberatur onere tutelæ.*
3 *Actio manet pupillo , quando Pratori obreptum est in præstando decreto.*
4 *Arrogatio liberti alieni tacito hoc principi non prodest.*
5 *Praces falsæ si sint, caret precator mendax impetratis.*
6 *Dolus non debet cuiquam patrocinari.*
7 *Falsa causa non prodest & vitiat institutionem.*
8 *Sententia diffinitiua lata ex falsa causa valet mero iure, de veritate nu. 13.*
9 *Decretum interpositum ex falsa causa est ipso iure nullum,nisi interuenerit plena causæ cognitio. & declara etiam aliter ut ibi.*
10 *Falsum est mutatio ueritatis.*
11 *L.Quid sit falsum.ff.de fals.emandata.*
12 *Decretum si nullum sit ex falsa causa, non indiget restitutione.*
14 *Restitutio solet reparare ea,quæ accidunt rei,& sententiæ,non quæ insunt.*
15 *Falsus tutor non est tutor.*
16 *Falsum testamentum non est testamentum.*
17 *L.Diuus.ff.de re iudi.aliter declaratur.*
18 *Sententia exigit plenam causæ cognitionem decretum non sic.*
19 *Reuocabilia facilius cõceduntur quàm irreuocabilia.*
20 *L.i.C.si tutor vel curat.fal.alleg.declaratur.*
21 *Libertus datus tutor nullo priuilegio excusatur à tutela filiorum patroni.*
22 *Libertus Senatoris,qui eius negotia administrat,excusatur à tutela.*
23 *Ingenuus libertino tutor regulariter non datur.*
24 *Sponsus sponsæ tutor datus excusatur.*
25 *Athletæ excusabantur olim à tutela.*
26 *Certamina sacra quæ.*
27 *Pancratij appellatione quid ueniat.*
28 *Antonij Nebrissensis errores.*
29 *Exul perpetuò excusatur etiam à iam suscepta tutela.*
30 *Inquilini castrorum excusantur à tutela,& qui sint.*
31 *Priuilegium generale non excusat à tutela.*
32 *Tutor excusans se à tutela amittit legatum factum sibi & quando,non tamen amittit substitutionem.*

NON diuiditur.Excusatus ex falsa causa non liberatur.h.d.ex l.1.C.si tut.uel cura.falsis allega.excus.

Casus in tam ootissima regula figurari nõ debet cuius rõ dubitandi poterat esse
1 †qđ statutũ est in snia,ut.s.lata ex falsis causis nõ sit ipso
iure nulla l.1.§.Itẽ cũ.ff.quæ sen.sine appell. rescin.l. Cũ
putarem.ff.fami.hereis.tñ contrarium dr ex rõne expres
sa in l.1.C.si tut.uel cura.fal.alle.excus.sit.ne.s.eis profit
circumuenisse iudicis religionem , cùm nemo ex delicto suo , aut culpa præmium , aut commodum sperare
debeat,vt infra dicetur , & ad contrarium de sententia
dicendum est,ut dicemus in glo.
2 Not.primò, †ꝙ qui falsis allegationibus se excusauit
nõ liberatur onere tutelæ,concor.tex.in d.l.1. C. si tut.
vel cura.fals.allega.excus. sit. sed tenetur ex die , ex quo
datus fuit.d.l.1.& ratio assignatur in d.l.1.ne.s.cuiq̃ pro
sit circũuenire religionẽ iudicãtis,dolus.n.& culpa pro
3 pria nõ debet alicui ꝓdesse:& videmus in simili,†ꝙ si cir
cũuenta sit religio iudicãtis falsis allegationibus , vt iudex decernat alienandũ pupillo suburbanũ,vel rusticum
prædium,remanet actio pupillo,q̃ exercere potest nulla
ex petita restitutione.l.Et si præses.C.de præd.mino. manet.n.actio pupillo,qñ Prætori obreptũ est.l. Magis puto.§.pe.ff.de reb.eoꝝ.ita.o. ex oratione Seueri dispositũ est p S.C.vt Prætor vrbanus,ꝓ sua religione æstimare
posset, quænã bona pupilli alienari debeant aut possint.
manẽte integra actione pupillo, si probari possit obreptum esse Prætori,hoc est,falsis allegationibus inductum
4 esse ad ita decernendũ†Idẽ videmus in decreto interposito in arrogatione,seu mauis authoritate principis, na
si libertus alienus arrogatur tacito hoc principi, ꝙ esset
libertus alienus,vel aliter principe circũuento,talis ar-
5 rogatio non prodest.l.Sed si hac.§. Patronum autem. ff.
de in ius vocan.& est regula generalis, quòd in directo
ex falsis allegationibus obtento,& in quacunq; alia impetratione,hæc sit pœna eorum , qui falsis allegationibus
aliquid obtinẽt , vt careãt impetratis.ca.Super literis.de
6 rescrip.vbi omnes,& (vt dixi)dolus non debet alicui pa
trocinari. l. Si ab hostibus. §. Si vir.ff.solu.matri.ibi, Nõ
„ enim æquum est virum ob facinus suum dotem spera-
„ re lucrifacere.facit text.in l.Siue hæreditaria in fin. ff.de
nego.gest. & est text. ponens hanc regulam in l. Ita demum.in princi.ff.de arbi.ibi , Nequis doli præmium ferat.& est tex.in l.Si duo rei.ff.siquis cautio.ibi, Ne prosit
eis dolus propter societatem.& est regula in l.Non fraudatur.§.1.ff.de reg.iur.
7 Secundò notat Ang.hic,† ꝙ falsa causa non prodest,
quod pendet ab ijs , quæ dicta sunt , & præsertim in rescripto & decreto,vt dicetur inferius : quinimmo vitiat
etiam institutionem l.Neq;.§.Si seruum.ff.de testa. mili.
de quo opportunius dicetur inferius in §.Longè magis.
de lega.
Tertiò notat Ange.hic,quòd sententia lata per falsas
excusationes est ipso iure nulla, quod nõ est uerum sim
8 pliciter,vt Ang.notat,† quia sententia diffinitiua lata ex
falsa causa valet mero iure,licèt sit iniusta l.1.§.Itẽ cùm
contra.ff.quæ senten.sine appella.rescind.l.Cùm putarẽ.
ff.fami.heris.ponunt Docto.in l. Si Prætor.§. Marcellus
ff.de iudi.in l.Diuus.ff.de re iudi.Sozi.in l.Qui agnitis.ff.
de exceptio.& in l.Iustè possidet.col.3. ff. de acqui. poss.
vnde intelligendum est iuxta terminos nostros non in
sententia diffinitiua , sed in decreto , quod est ipso iure
nullum,si interpositum sit ex falsa causa.

Quartò

9 Quartò no.istud,†quod proximè dicebam, ꝙ decretũ
interpositum ex falsa causa est nullũ, vt est communis
opi.Doct.in d.l.Iustè possidet.ff. de acqui. poss.quod tñ
declara primò, nisi interuenerit plena causæ cognitio,
nam tali casu idem est in decreto, qđ in snia, vt voluit
Bal.in l.fi.C.de cura.furio.Bal.& Sal.in l.2.C.quan. ꝓuo.
nõ est necesse. Alex.in l.Is cui bonis.col.5.ff.de verb.obl.
Secundò declara, ꝙ licèt in sententia decreti ex falsa
causa sit nulla, tñ si in iudicio, in quo agitur iure actio-
nis, allegaretur datio tutoris, vel alienatio rei minoris,
& opponeretur de inualiditate, & per iudicem pronun-
ciaret dationẽ tutoris, vel alienationẽ nullã, ex falsa tñ
causa, talis interlocutoria valebit tanq̃ ꝓcedens ex offi-
cio iudicis mercenario nõ ex nobili, ita declarat Soz.in
d.l.Iustè possidet.col. 3. ver.Ex qua ratione. de ratione
aũt differentiæ inter sniam & decretũ videbimus in glo.
10 †In gl.1.Benè exponit, nihil.n.aliud est falsum, q̃ veri-
tatis mutatio.d.Auth. de instru.caut.i prin.& melius de
11 clarat tex.in l.Quid sit falsum.ff.ad L.Cor.de fal.vbi ad-
" uertendũ est, ꝙ nõ debet legi ibi, Siquis chirographum
" alienũ immutet, sed legẽdũ est: Siquis alienũ chirogra-
" phũ imitet̃, declarat Bar.ibi, vbi ostendit falsum dici tri-
bus modis, vbi videndũ est, q̃a est extra materiã nostrã.
In glo.in ver.Non est liberatus, ampliat glo.tex.vt di
xi superius, ꝙ ex tempore dationis teneatur: sed hoc
idem colligitur ex tex.nostro, quia si non est liberatus
onere tutelæ, consequens est ipsum teneri à die scientię
de quo superius dictum fuit.
12 †Iuxta hanc glo.quærit Ang.an huiusmodi decretum
sit nullũ ipso iure, vel opus sit restitutione, & licèt diffi-
cultatem facit, vbi non est faciẽda, tu dicas, ꝙ nulla est
opus restitutione in decreto hoc & absolutione, quia si
nõ liberatur, vt hic, & si tenetur ex quo datus est, vt di-
citur in d.l. 1. patet nullã necessariã esse restitutionem,
quod secus est in sententia diffinitiua l.prolatam.C. de
13 senten.& est tex.in l.†Diuus.ff.de re iudi. & est commu
nis sententia Doct.ibi, & in d. l. Iustè possidet. ff. de ac-
qui.poss. ꝙ senten[illegible] lata ex falsa causa non sit nulla ipso
iure, sed decretum sic, q̃uis putem defendi posse nec in
sententia opus esse restitutione cõtra cõmunẽ sentẽtiã,
& videt̃ de hoc tex.in l. Qui agnitis.ff. de exceptio. vbi
constant, quòd cognita rei veritate non datur [illegible]
ræ exceptio, quæ daretur ante restitutionẽ, si mero iure
valeret, nec cauillari possunt l.1. & 2. & fi.C.si ex fal.in-
strum. Præterea, cùm ideo subsistat rei iudicatæ authori
tas, quia lex præsumit ei veritatẽ inesse.l.Ingenuum. ff.
de statu homi.l.Res iudicata. ff. de regu.iur.detecta au-
tem veritate rei & falsitate instrumentorũ iam eneruа-
tum sit fundamentum d.præsumptionis, cùm nihil re-
pugnet magis veritati quam falsitas, quæ est veri immu
ratio, vt dicebat glo.præcedens, sequitur, quòd senten-
tia ipsa vitiatur ex vitio intrinseco, quod inest ipsi sen-
14 tentię, ideo nõ est necessaria restitutio,† quæ solet repa
rare ea, que accidunt rei & sententiæ, non quæ insunt,
vt patet in l.1.ff.de in integ.rest.& hoc est de mente glo.
in l.Si fideiussor.§.In oibus.in ver. cessat.in fi. ff. manda.
15 Prætetea dico etiam tunc nõ esse sententiã,† quia sicut
16 falsus tutor non est tutor, & falsum testamentum non
est testamentum l.Paulus. ff.de verb.sign. ita ẽt falsa snia
17 non debet dici snia†Et quia solum obstare videbat̃ tex.
in d.l.Diuus.ff. de re iudi. vbi restitutio videtur requiri
in sententia diffinitiua, aduertendum est, ꝙ ideo ibi hoc
est, quia ibi non apparebat falsitas manifestè, sed p̃sum-
ptiuè (præsumebant̃.n.falsa fuisse testimonia ꝑꝑ corru-
ptionẽ pecuniæ) sed vbi falsitas manifesta est, tunc non
põt subsistere snia, tanq̃ (vt dixi) vitio intrinseco subsi-
stẽte, qđ & Zasius aduertit. Retenta tñ cõi opinione, ꝙ
snia remedio restitutionis retractãda sit, & decretum sit
ipso iure nullũ, vt frequẽtius tenet̃ à Docto. solet q̃ri de
rõne diuersitatis, & adducunt̃ plures, quas refert Sozin.
post alios in d.l.Iustè possidet. & prima fuit Bald. ibi, ꝙ
in decreto expeditio fiat officio iudicis nobili, qđ fun-
dat̃ solũ in æquitate, qđ secus est in snia, q̃ expediet iure
actionis, q̃ reprobat ibi, Alex.ex eo, q̃a & iudex, qñ cum
plena causæ cognitione agit expeditione, æquitatem præ
oculis habet.l. ꝙ si Ephesi.ff. de eo qđ cer. loco. Sed sal-
uat Sozi.eo, quia quãuis circa q̃dã, quæ accidũt ipsi rei,
iudex habeat ęquitatẽ præ oculis, qñ iure actionis agit̃
d.l.Quod si Ephesi.tñ in ea cognitione magis attenditur
rigor iudicij, q̃ ęquitas, ꝙ snia habet̃ ꝓ veritate l.Res iu
dicata.ff.de reg. iu.cum si.alia rõ fuit Ange.in l. 1.§.Hæc
18 verba.ff.ne vis fiat ei.†ꝙ hoc ideo est, quia in diffinitiua
plena exigitur causæ cognitio l.Iudices.C.de iudi.in de-
creto nõ ita plena l.Cũ ꝓponas.cũ gl.in in verb.Constat
C.de bon.autho. iud.possi. eã tñ damnat Alex.in d.l.Iu-
stè possidet.q̃a decretũ sm ẽt requirit plenam causæ co-
gnitionẽ l.fi.C.de bo.autho. iud. possi. & tñ interpositũ
ex falsa causa nõ valet l.Cũ verò.§. Subuẽtum.de fid.lib.
Sed aduertendũ est, quia plena illa causæ cognitio exigi
tur respectu ꝓbationũ, sed cũ fiat absente parte dr̃ semi
plena, vt declarat Bar.ĩ l.Fulcinius.§.2. & declarat Clau.
in d.l.Iustè. Tertia rõ fuit Abbatis, in cap.1.de re iudi ꝙ
ideo in snia requiratur restitutio, q̃a nõ est reuocabilis.
l.Iudex postquam.ff.de re iudi.qđ secus est in decreto.l.
Qđ iussit.eo.ti.q̃ rõnem dicit minus malam Alex.ibi, &
19 iudicio meo cõcludit oppositũ, †nã deberet facilius red
di nulla, postquã reuocari nõ põt, & decretũ, quia reuo
cabile, facilius valere deberet: sicut videmus, ꝙ cõcessa
est facultas testandi facilius minori eo, ꝙ reuocabile est
testamentũ l.Qua ætate. ff.de testa. q̃ alienatio inter vi-
uos, quia est irreuocabilis l.Sicut.C.de acti.& obli. facit
ẽt tex.in l.Tã is.ff.de dona.cau.mor.in l. Si eum seruum
vxori.§.fi.cum.ll.seq.ff.de dona.inter virum & vxo.
Quarta rõ allegatur ꝑ Claud.ꝙ hoc sit, quia decretũ
pendeat ex officio iudicis nobili, qđ magis residet in ar-
bitrio iudicis, & ideo magis dicatur circũuenta religio
iudicantis ꝑ subreptionẽ partis, quam qñ iudex facit ali
quid officio iudicis mercenario actioni deseruiẽte, qđ
interponitur ex necessitate argu.eorũ quæ notantur in l.
Si prætor.§.Marcellus.ff.de iudi.cum si.ideo etiam mihi
magis placet ratio Bald.declarata vt supra.
20 In ea.glo.ibi, Quid si est iniusta. Aduerte, † quia dum
tex.in l.1.C.si tut.vel cura.fal.alleg.dicit (non cõpetẽti-
bus allegationibus) ille tex.intelligitur in cõpetentib.i.
quę non cõpetebant, & sic falsis, & quę non subsistebãt,
ideo illatio gl.nõ est vera, & similiter dũ glo.allegat l. fi.
C.eo.titu.illa lex non facit, quia ibi ambitione obtenta
fuerat excusatio, qđ idem sonat quod gratia, & fauore,
vt alibi declarabitur, & ex his sit expeditus iste titulus.
Addã modò pro quadam quasi huius tituli coronide
plura, q̃ ad perfectiorem huius materiæ cognitionẽ vos
21 scire oportere existimo.†Et in primis illud sciẽdum est,
ꝙ totus hic titulus limitatur in libertis, si dati sint tu-
tores filijs patronũ: nã nõ solũ nõ excusantur à cura, si
tutelã administrauerunt iuxta ea, quę habentur in §.Qui
tutelam. supra eo. sed ẽt nullo alio priuilegio excusari
possunt ex enumeratis superius, ita est tex. i l.Libertos.
C.eo.ex S.C.edito sub diuo Marco, vt ibi dicitur, & ibi
glo.ita intelligit illum tex.in versi.Nullam.
Præter excusationes superius enumeratas addã & ip
22 se aliquas.†Primò libertus ille vnicus Senatoris, q eius-
dem patroni Senatoris negotia gerit, in gratiam illius
amplissimi ordinis à tutelę munere excusatur. l. Nec Se
natorum.C.eod.
Secundò, si ex necessitate tutelæ agere cogeret̃ tutor
contra fratres aut sorores proprias pupilli, vel adulti
nomine, hoc solo excusatur: humanitatis enim ac reli-
gionis ratio non ꝑmittit, vt iq̃s suscipiat occasione tu-

telę actionum necessitates contra tam coniunctas personas,pſertim quia non videtur vtile etiam pupillo, vt eum habeat tutorem, qui ab exercendis actionis inhibeatur affectu,ita est tex.in l.humanitatis.C.eod. in quo maximè est perpendenda æqui & boni ratio habita ab Imperatore in ea constitutione.

Tertio qui erant intra numerum quorundam corporum,veluti fabrorum,excusabantur olim ab onere tutelę,nisi eorum facultates ita auctę essent,vt cętera quoq; munera publica subire cogerentur.l.Nō tantum.§.Eos.ff.eo.titu.l.administrantes.§.fi.ff. eo. ex quibus locis declarationes habētur in hac materia: plurima enim olim priuilegia concessa erant collegijs & corporibus, quib. artificij sui causa ius coeundi,& collegium habendi,iure permissum erat,in quæ vnusquisq; assumebatur artificii sui causa, vt necessariam operam publicis necessitatibus exhiberent,vt est tex.in l.semper.§. Quibusdam.ff. de iure immu.

23 Quartò,nemo ingenuus libertino tutor dabatur, † q̄ si dabatur,se excusabat l.1.§.Libertiois l.Cum ex oratione.ff.eod.& hoc,nisi ea esset penuria libertinorum in eo loco,vt desuturi sint tutores libertini pupillis, d. §. Libertinis.vel nisi libertinus pupillus ius annulorum impetrasset d.l.Cum ex oratione.ad idem est tex.in l. 3.C. eodem titu.

24 †Quintò,si,sponsus sponsę datus sit tutor : excusabitur enim,sicut dictum est de viro,& vxore in §. prox.suprà eo.ita est tex.in l. 1.in fi.ff.eo Et idem si ouruit suæ curator datus sit l.Licèt.C.eod.

25 †Sextò, ob virtutem in sacris certaminibus probatā excusabantur athletæ a tutela,2.§. qui coronati erant l. athletæ.ff.eod.in prin.quod tamen intellige,si coronati fuerunt ter iuxta tex.in l.vnic.C.de athle.lib. 10. Exige-

26 batur enim q̄ † coronati essent ter,& in certaminibus sacris.i.in ijs certaminibus,quę in honorem deorum fierēt,illa enim propriè dicebantur sacra certamina: hi enī nec ignominiosi erant,cùm virtutis id gratia facerent,l. athletas.ff. de ijs qui not. infami. neque erant qui gratis cum bestijs pugnarent, vt declarat Accursius in d.l. ath-

27 letas,in princip.sed quoniam in quinque illis ludis certabant,qui omnes pancratij appellatione veniebant, de quo meminit Iurisconsultus in l.Qua actione.§. Siquis in colluctatione.ff.ad l.Aquil.declarat Alcia.in dicta.l.1. C.de athle. lib. 10. in illis certaminibus coronabantur, vt est apud Quintilianum lib.2.c.9.in fin.quamuis. Ant.

28 Nebriss. velit pancratium non ludum esse, † sed locum, ex Plinio,& Propertio ,quod falsum est, & patet tā ex dictis Alcia.quam ea d.§.Siquis in colluctatione. verbū enim ( colluctatio ) innctum verbo (pancratio ) manifestè ostendit non locum esse, sed ludum , & dum Pli-

,, nius lib.34. inquit puerum Autolycum pancratio victo
,, rem,ostendit non locum sed propriè ludū esse.s.quo victor euasit, quod clarius constat ex verbis eiusdē Plinii
,, lib.35.cap.11.dum inquit,Alcimachus Dioxippum qui
,, pancratio Olympię citra pulueris iactum vicit, nam &
,, victorem,& victum,& ludum,& locum in his verbis expressit Plinius : pro loco enim Olympiam sumpsit vrbē inter Ossam , & Olympum celebrem antiqua illa ludorum quinquennalium fama, de qua Strabo lib. 8. Nec locus Propertij. lib.3.

Et patitur duro vulnera pancratio, aliud demonstrat q̄ ludum,& illum ludū, de quo alibi Lucia.meminit , & declarat Alcia.vbi. supra. Sed nō minus errauit in significatione huius verbi Nebrissensis,quàm fecerit in verbo (pancratiastes.) Accipit enim pancratiasten pro eo , qui se in pancratio exercet , nam pancratiastes est propriè, qui ita expellit in pancratio, vt victor euadat, vt declarat Alcia in d.l.vnica.C.de athletis lib. 10. à quo Alciato in quo dissentio, q̄ pancratiastes ille non solùm diceba-

tur , qui in illis quinq; ludis victor euasisset , vt ipse dicit,sed etiam qui in eo ludo,qui propriè pancratium dicebatur , qui in puluere fiebat, de quo mentio est apud Virgilium,dum inquit,

Fulua luctatur arena , & apud Statium in pugna Tydei,& apud Lucianum & alios,de quibus meminit etiā idem Alcia. Quin & pancratiastes accipiebatur aliquando , qui in eo ludo excelleret , sicuti de vtroq; est locus apud Gellium non citatus per Alcia.lib.3.ca. 18.Diago
,, ras (inquit) tres filios habuit, vnum pugilem, alterum
,, pancratiasten,tertium luctatorem, ex quo hoc loco apparet,q̄ & erat vnum tantum genus ludi,& q̄ pro eo accipiebatur, qui in eo ludo excelleret, vel se exerceret, qđ etiam satis apparet ex Plinio lib.34.cap. 8.dum de celebratis operibus Myronis loquitur , nam dicit fecisse eū pancratiastas,hoc est, signa colludentium simul : paulo
,, post , dum inquit , Vicit eum Pythagoras Rheginus ex
,, Italia pancratiaste Delphis positio,quæ satis sint obiter dicta ad declarationem d.§.Siquis in colluctatione.

Illud tantum adiiciam, q̄ ea, quæ habentur in d.§.Siquis in colluctatione.vt scilicet virtutis gratia & gloriæ in huiusmodi ludis factum culpæ non ascribatur, hodie videri possunt sublata per l 1.C.de gladiato.lib. 11.vbi cruenta spectacula prohibita sunt omnia, vbi Constantinus huiusmodi omnia spectacula sustulisse videtur,&c aliàs Trebonius Rufinus, cùm Duumuir esset Viennæ, gymnicum agona lege lata sustulit, de qua re cum accusatus esset coram Traiano Imperatore dixit causam ,:& absolutus est,vt Plin.lib.Epistol.4. meminit. Huius rei originem docet ex Octone lib.4.cap.19.Alcia.libr.2. Parer.iur. cap. 45. Sed nimis extra propositam materiam euagati sumus.

29 †Septimò exul,qui perpetuò exulare cogitur, excusatur etiam post susceptam tutelam l.planè.ff.eo.

30 †Octauò,inquilini castrorum excusari solebant , nisi eorum qui & ipsi inquilini essent,& in eodem castro,eademq; conditione fuissent l.Non tantùm.§.fi.ff.eodem qui autem essent eiusmodi castrorum inquilini,& quænam esset eorum conditio,placere non potest expositio Accursii. Albericus verisimiliorem expositionem adducit ibi; vult ipse inquilinos castrorū eos,ppriè esse milites,qui constituti erant ab Imperatore ad alicuius castri custodiam nam ne distraherentur à custodia,excusabantur à tutela secundum eum , & quamuis nihil alleget, poterit hoc cōfirmari per tex.in l.propter magistratū.§.
,, final.ff. eodem.dum inquit , Si in castris merentes non
,, ab eo tutores dentur,qui in castris merebat, excusatio-
,, nem habere respondi . Dabant enim propter militiam excusationem ab onere tutelæ,præterquam in tutela pupillorum aliorum militum , sicuti etiam vidimus in iis, qui in corporibus collegiis ascribebantur.

Illud volo vos præterea scire, q̄ siquis petitus sit tutor,& ante diem decreti priuilegium aliquod consecutus sit,nō excusabitur propter eiusmodi priuilegium l.Tutor petitus.in prin.ff.eod.licet alias excusaretur propter priuilegium l.Iurisperitos.§.Qui priuilegio. ff.eod. quem tex.intelligas,quando id speciali priuilegio con-
31 cessum esset, † siquidē generale priuilegium munerum ciuilium non sufficit ad excusationem tutelæ. l.Spadonem.§.Qui accipit.ff.eo.

32 Notandum est etiam, q̄ † qui se excusat à tutela amittit legatum sibi factum , licèt non semper , vt declarat tex.in l.Nensennius.ff.eo.com.ll.seq.non autem substitutionem.l.amicissimos.in prin.ff.eod.Et hęc sufficiant pro pleniori interpretatione huius materiæ.

## RVB. DE SVSPECTIS TVTORIBBS VEL CVRATORIBVS

1 *Continuationum disputatio modicam habet utilitatē, quas satis est aliqua ratione saluari.*

COntinuatio huius tituli facilè patet ex iam dictis: cum enim Imperator prosecutus esse materiá tutorú & curatorú separatim, cóplexus est his trib⁹ titulis ea, quæ cómunia sunt vtrisq;, & cùm de satisdatione & excusatione locut⁹ esset, de postulatione dicturus est, hoc enim tantú supererat ad absoluendum non solum materiam tutelarum, sed etiam ipsum tractatum personarum, & sic tertiam partem Institutionum.

Sed circa hoc vnum quęri posset, vnde.s.sit, ꝙ in ff. & C. positus est titulus de suspectis tutoribus ante titulum de excusationibus, & tamen in Institutionibus aliter factum est. Non iniuria iudicio meo, cum enim remedium hoc postulationis suspecti remediú quoddá sit, ad quod ita demum deueniendum est, quando aliter non potest esse consultum pupillis per adiunctionem curatoris vel aliter. l. Si tutor. ff. eod. l. 3. §. Quęri potest. cum seq. eod. titu. meritò vltimo loco reseruatus est hic titulus, quòd si diuersimodè seruatum sit in ff.
1 & C. non refert, quia † satis est, quòd aliqua particulari ratione soluetur continuatio rubricarum, vt j. per quas perso. nob. acqui §. fi. & j. de lega. in prin. quarú cótinuationú disputatio modica est vtilitas, vel nulla potius, ut inquit Ias. in rub. ff. de offi. eius cui mand. est iurisd.

### SCIENDVM EST.

1 *Crimen quomodo ex lege dicatur descendere.*
2 *Actio suspecti tutoris directa est.*
3 *Postulatio suspecti tutoris quare sic dicta.*
4 *Postulatio suspecti est actio in personam.*
5 *Suspitio quamuis consideretur in debitore & in iudice, tamē sola suspitio in tutore uel curatore pro crimine habita est.*
6 *Legitimum crimen non debet dici.*
7 *Crimen. i. accusatio criminis.*
8 *Suspecti postulatio quare dicatur necessaria.*
9 *Accusans tutorē suspectum an se subscribat ad pœnā talionis*
10 *Postulatio suspecti tutoris uel curatoris exercetur etiā sine accusatore.*
11 *Postulatio suspecti duplex est, ciuilis & criminalis, & declaratur utraq;.*
12 *Postulatione suspecti potest agi simpliciter ad puniendum.*
13 *Talio quid in postulatione suspecti.*
14 *Talio generaliter quid sit.*
15 *Talionis pœna aquo introducta.*

HOC principium non diuiditur, in quo tantummodo hoc ponitur, vnde suspecti postulatio descendat.

Suspecti postulatio ex L. 12. tabularum descendit. h. d. ex l. j. ff. eod.

Casus non figuratur, quæ. n. circa hunc tex. veniunt declaranda, dicemus statim in textualibus.

1 In tex. ibi. Ex L. 12. tab. descendere. Non potest † crimé descendere ex lege, sed dicitur crimé suspecti ex L. 12. tabu. descendere. i. peruenisse in forum ex dispositione L. 12 tab. sicuti dicimus ius descendere ex non scripto in l. Diuturna consuetudo. ff. de legi. Verba enim legis. 12. tabu. hæc erant,

Suspecti tutores remouentor, Et alibi:

Intercessor rei malę saluiaris esto.

Decreuit ergo lex. 12. tabu. delictú esse hoc, itaq; ex L. 12. tabu. dispositione delictum esse cognoscimus: si. n. lex non esset, nec delictum fuisset, aut saltem non cognouissemus fuisse, sed cùm legis uirtus sit vetare & punire delicta. l. Legis virtus. ff. de legi. meritò dicimus descendere hoc crimen ex lege, quemadmodum eleganter explica Paulus Apostolus in epistola ad Rom. cap.
„ 7. dum inquit, Quid ergo dicemus, lex peccatú est? absit, sed peccatum non cognoui nisi per legem, nam &
„ concupiscentiam non nouissem, nisi lex dixisset, Non
„ concupisces. & ita locus hic intelligendus est.
2 Not. primò ex hoc tex quòd † accusatio suspecti tutoris descendit à L. 12. tab. quod declara, ut proximè dictú est, & (ut uidetur) descédit ex uerbis L. 12. tab Quo fit, vt hæc actio seu postulatio directa sit, quæ aliquando appellat postulatio. l. i. §. Consequens. ff. eo. aliquando accusatio. l. 3. §. Quæri. ff. eo. ubi & postulatio & accusatio appellatur, & j. eo. §. Consequens. secundum uná lectu-
3 ram appellatur actio, sed magis propriè dicitur † postulatio ea ratione, quia cum postulare sit suum uel alterius desiderium apud iudicē exponere. l. i. §. j. ff. de postul. & suspectos non faciamus plerunq; nisi aliorum gratia, conuenit ut (postulare) dicamus potius, quam (agere) præsertim, ꝙ hoc uerbum (postulare) habet latiorem & efficatiorem significationem quàm) petere.)

Secundò notat ibi, Crimen. ꝙ hæc postulatio descendit ex maleficio, & quia alię actiones nominatæ ex maleficiis descendentes, non poterant habere locum, cùm nulla earum cóprehenderet hoc crimen, fuit introducta specialis actio, qua coerceretur perniciosissimú hoc [illegible] talis actio est in personam, agitur enim & intenditur postulatio contra personá illius, qui sub specie patris & custodis vulpeculæ mores induit: est enim tantò grauius hoc crimen cęteris, quantò in aliis apertius timet: in hoc sub honestatis & pietatis prętextu. bona dissipantur & dilapidantur, ac per hoc quàm maximè lędttur hominum societas, dum sub honesti specie furantur, & dilapidant bona eorum, qui per ætatem aut infirmitatem se tueri non possunt & sua: quod quidè crimen probauit Seruator noster in Euangelio, dum rea adulterii mulier illa argueretur. obiecto enim accusatoribus hoc crimine, confusi abierunt relicta peccatrice, quod & alibi aduertit Oldendorpius.

In glo. j. Glo. malè declarat, declara, vt dictum est. s. in textualibus. Descendit enim crimen. i. factum est crimen ex dispositione l. 12. tab. quæ uetuit dilapidari bona pupillorum, & induxit remotionem suspecti, & commendauit ciues illos, qui rerum malarum intercessores & expugnatores essent. Et dum glo. exponit crimé suspecti. i. suspitionis, satis dici potest, ꝙ denominationé inspexerit Iuriscósulti, vnde tex. noster sumptus est, appellatur enim postulatio suspecti & crimé suspecti, & oritē ex suspitione, q nihil aliud est, quàm actus ille suspicandi, qñ. s. cú timore aliquo aspicimus ea de quibus dubitamus, ne. s. vel priuatim vel publicè lædant:
5 & quamuis hęc suspitio apud † nostros cósideret in debitore, cùm dubitamus aut timemus, ne solú ueniat. l. Si creditores. ff. de priuile. credi. l. ait prætor. §. Si debitorem. ff. quæ in frau. cręd. l. fi. C. de feriis, & Bar. in d. locis

itē in iudice delegato.l. Apertissimi &.l.fi.C. de iudi.itē
in ordioario.c. Cùm speciali. de appellat.tamen neutra
suspitio crimeo est:sola tantùm suspitio turoris vel cu
ratoris ꝑ crimine habita est, quia hęc lædit & priuatim
& publicè vnde natum est,ꝙ publica est actio seu accu
satio, vt videbimus.j.in §.Consequens.
6 In glo.in uer.Ex lege.Infert primò glo.ꝙ † hinc pōt
dici crimen legitimum, quod dictum falsum est:quam-
uis enim quod ex lege proficiscitur, legitimum dici so-
leat, vt de tutela & hæreditate visum est s̄.de lega.agua.
tute.tamen hoc non conuenit crimini, qnia quamuis
crimen dicatur descendere ex lege(ut dixi)hoc nō est
ex eo, quia lex crimen recipiat, sed quia lex vetat & pu
nit, ideo lege dicitur fieri crimen, quia(vt dicebat Pau
lus Apostolus suprà citatus)nisi lex esset, peccatum nō
esset, non tamen peccatum legitimum dici potest·Prę-
terea posset etiam intelligi hic tex.dum dicit,ꝙ crimē
descendit ex L. 12.tab.ut iotelligamns crimen.i.postula
tionem criminis suspecti, sicut accipitur in l.2.C.de ge
ne.aboli.& in simili videmus in l.j.C. de iis qui ad ec-
7 cle.confug.ꝙ ibi † verbum(criminalia)accipit pro accu-
sationibus criminum, vel pro pœnis:non est igitur hoc
crimen plus vel minus legitimum, quā sint cætera cri-
mina & maleficia, siquidem hæc(ut dixi)postulatio ex
8 maleficio prouenit, quæ postulatio † vtilis & necessaria
fuit, ut dici tex.in l.j.ff.eo.tum quia tuetur illos ab insi-
diis & captionibus eorum, qui eos & eorum bona tue-
ri ac defeodere deberent, & antcuertit damnum, ne.s.
tutor abutatur potestate sibi ab iure ciuili data ac per-
missa, cùm utilius sit iura pupillorum illæsa conseruare,
quàm post vulneratam causam remedium quęrere.l.j.
C.quan.lice.vnicui.sine iudi.se vindi.l.fi.C.in qnib.cau.
in inte.resti.non est necess.& sicut ex maleficiis, quę pa
làm fiunt, necessarium fuit nominatas concedere actio
nes ad retineodam & conseruandam homioum societa
tem, multò magis oportuit concedere hanc postulatio-
nem ex occulto & latenti maleficio, quia ibi in primis
refrenāda est hominum libido, vbi maior est delinquē-
di occasio:magis enim consulendū est iis personis, qui-
bus maius periculum intenditur, nam si aliter fieret, in
uenta esset ratio quemadmodum perditissimus & auda
cissimus quisq; maiore iniuria afficiat eos, qui se per æ-
tatem defendere nequeunt, & eos, qui suæ fidei crediti
sunt, ut in simili dicebat Vlpianus in l.i.§.Sed & siquis.
ff.de Carbo.edic. & hoc est, quod dicit tex.in dict.l.j.in
prin.ff.eod.quòd hæc clausula frequens. & perquam
necessaria est.
9 In ead.glo.ibi nunquid † inscribat. Quærit ao ille, qui
postulat aliqnem supectum, teneatnr se subscribere ad
pœnam talionis, & videtur cōcludere quòd sic per tex.
in l.fi.ff.de priua.delic. per l. Rescripto.§. Siquis.ff. de
mune. & hono.quæ iura non concludunt generaliter
in hac postulatione: quando enim agitur, ut remouea-
tnr tantùm tutor vel curator, non dicitnr exercere ex
tra ordinem huius rei pœnam, & ideo cessat dispositio.
10 d.l.fi.Minus facit tex.io d.§.Siquis.quia † i postulatione
suspecti proceditur etiam sine accusatore, si Prætori li-
queat ex apertissimis rerum argumeotis suspectnm eū
esse, hoc enim fauore pupillorum introductum est l.3.
§.præterea.ff.eod.dicebā alias post Bar.in l.j.§.j.ff.eo.
quòd distinguendnm erat circa hanc postulationem,
11 quæ † duplex est: alia ciuilis, alia criminalis.Ciuilis est,
quando ciuiliter agimus ad hoc, vt tutor vel curator
suspectus declaratur, & ab administratione submo-
ueatur, vel vt interdicta illi administratione alius de-
tur, siue tutelam administrare cœperit, siue non(hoc.n.
fieri potest.l.Hæ enim.§ i.ff.eod.& videbimus inferius
in §.Suspectus autem est. & in §.Siquis autem.j.eod.)
& hęc postulatio & actio uidetur rei persecutoria, quia
in ea uenit, ut ille qui remouetur vt suspectus, rationē
reddat, & reliqua restituat l.Quidam decedens & l.Qui
plures.ff.de admi.tuto.l.Si seruus vetitus.ff.de lega.j.Le
eodem modo quando agitur vt tutori vel curatori su-
specto alius adiungatur.l.Si tutor.ff.eod.his enim casi-
bus hęc postulatio ciuilis est:& tantummodo ad unum
de tribus, vt dictum est, uidelicet uel quòd tutor remo-
ueatur, vel ꝙ curator ei adiungatur, uel quòd rationem
reddat.& reliqua restituat, ideo hic nulla est subscriptio
exigenda, & ita optimè probat tex.in d.l.fi.ff.de priua.
delic. his enim casibus(ut dixi)causa ciuilis est secun-
dum declarationem Bar.in d.l.i.§.Sciēdum.ff.eo. & est
communis opi.Doct.quā latè prosequitur Deci.in rub.
Extra de iudi.col.pen.& fin.
Aliquando autem & secundò postulatio ista crimina
lis est, quia agitur non solum ut remoueatnr, sed etiam
ut puniatur arbitrio iudicis:potest enim agi simul & se
12 mel ad remouendum † & puniendum, & potest etiā agi
ad puniendum, etiam nulla habita mentione de remo.
tione.l.i.in fi.ff.eo.l.j.§.Suspecti.ff ad Turpil.& hoc qui
bus casibus fiat, uidebimus.j.eo.§.Sed & siquis.& hoc
casu, quia iudiciū criminale est, tenetur subscribere se-
cundum regulā actionum criminaliū, ita etiam resider
Io.Fab.Ange.Christoph & alii hic.
In eadem glo.ibi, Sed, quæ erit pœna talionis?Dic,
ut alias dicebam post Bar.ubi suprà, licet Bar.non benè
se explicet, quòd in iis casibus, in quibus subscriptio
ad pœnam talionis est necessaria, quando.s.criminaliter
agitur, tunc talio non erit infamia, quia infamia in re
motione tutoris sequitur ex ipsa seotētia, tanquā quid
intrinsecum & procedens in consequentiam, non au-
tem io ipsa sententia, sequitur enim iofamia non ex ip
sa remotione, sed ex causa remotion:si enim remouea
tur propter dolum, succedit infamia, si propter culpam
non ęquè.§.Suspectus autem.j.eo.ubi dicemus.& ut[illegible]
13 qui † in postulatione ciuili, sicut io crimi[illegible]cemus
ergo talionem esse iuxta [illegible]am, ut qnemadmo
dum si postulans tutorem suspectum reum peregisset,
& comdemnari fecisset, talis tutor pro qualitate admis-
si criminis fuisset condemnatus arbitrio iudicis extra
ordinem, ita talio fit, ut calumniosè accusans & postu-
lans similiter extra ordinem arbitrio iudicis puniatur,
& ad hoc est tex.in l.Et in priuatis.ff.ad S.C.Turpil.si
14 quidem † talio nihil aliud est, quam lex illa, qua par pœ-
15 na infligitur, qua † quidem lege summo Deo authore usi
sunt Hebræi, & à Pythagoricis maximè commendatnm
est, qui soliti sunt dicere illud ius omne rectum, quādo
quisq; factis ęquè perfert, quod Aristoteli non placuit
in delictis, in commerciis tamen admisit per analogiā,
hoc est, per similitudinem & proportionem quandam,
non tamen per æqualitatem, quod quidem ius in L.12.
tab.receptum fuit.Sunt qui ius talionis ad Rhadaman-
tum atiquissimum legumlatorē, siue mauis interpre-
tem referant.Moderata tamen est.L.12.tab.talionem,
quia super eo pacisci permittebatur, ut testatur Sex.Ce
cilius Iurisconsultus apud Aulum Gell. lib.20.cap.j.de
quo latius dicemus.j.de iniuriis. in §.Pœna autē iniu-
riarū.ubi opportunius cadit.Cętera uerò, quæ Ang.Are
ti.hic persequitur, cùm sint extra materiam tactam per
glos.uidenda sunt per curiosiores apnd eum, nobis hæc
dixisse sufficiat.

## §. DATVM EST AVTEM.

1 *Suspecti cognitio ad quos spectet.*
2 *Suspecti cognitio delegatur etiam ex generali delega-
tione.*
3 *Delegatio generalis nō extenditur ad ea, quæ sunt me-
ri uel*

*ri uel mixti imperii,licet specialiter delegari possut.*

4 *Suspecti cognitio an delegari possit à pratore,& quomodo, & quibus.*

5 *Suspecti tutoris remotio an delegetur.*

6 *Cognitio in dispositione legis accipitur etiam pro decisione.*

NOn diuiditur. Prætot Romæ, præses & Legatus Proconsulis ia prouinciis ius babeat remouendi. Ex l.j.§. Damus.ff.eo. Casus non est figurandus, quia omnis dubitandi & decidendi ratio, quæ considerari poterat in Legato Proconsulis examinabitur inferius in glo.in ver.prætori.

1 No.primò,q†cognitio suspecti tutoris permissa est à lege Romę prętori, in ꝓuinciis præsidibus.i.omnibus prouincias regentibus iuxta.l.i.ff.de offi.pręsi.item & Legato proconsulis,quod intellige quando generaliter delegata est illi iurisdictio, nā Legatus proconsulis nihil proprium habet iurisdictionis,nisi à proconsule sit ei mandata iůsdictio.l.Legati proconsulis.ff.de offic.procnns.Neq;hic addendū est, q cognoscit etiā præfectus vrbi iuxta §.sed siquis.j.eo.& in l.i.§.Item solent.ff.de offi.pręfc.vrbi. quia quando tutores,vel curatores ad præfectum vrbi remittuntur, id tunc accidit ex eo, quia ab eo puniendi nō remouēdi sunt, vt ibi habetur, hic autem agitur tātum de iis, quibus datum est ius remnuendi, vt patet ex verbis buius tex.

Secundò nota secundum Ang.& Docto.hic,q cognitio suspecti tutoris potest delegari, quod probatur hic iuncta d.l.Legati proconsulis.nam si Legati nihil proprium babent. & tamen Legati remouent, ergo remouent ex delegatione, de hoc est tex.in l.Cognitio.ff. de off.eius. ... referuntur verba illius tescripti, per quod dispositum & rete... fuit, q cognitio suspecti mandari possit, de qno fit mentio in l.i.§.Damus autem.ff.

2 eod.quod est verum†nō solū facta speciali delegatione, sed etiam generali ... fauorem pupillorū, vt est tex.in d.l. Cognitio.ff.de offi.eius. ex qua ratione, videlicet, q hoc sit inductū fauore pupil-

3 lorum,potes ponderare illum tex.q† ea,quę sunt meri vel mixti imperij,quamuis permissum sit, vt specialiter possunt delegari,non tamen extendatur generalis delegatio ad huiusmodi : si enim extenderet, nihil haberet singulare fauor pupillorū,cuius cōtratiū firmauit Alex. l.i.col.18.in gl.in verbo,Non aliter.ff.de offi.eius.Et dicas hoc verum nnn solū quò ad cognitionē,sed ēt quò ad remotionem ꝓpter verba tex.nostri dū dicit ius remouēdi datum Legato proconsulis, item ꝑꝑ fauorēm pupillorū,quā rationem exprimit l.Cognitio.ff.de offi. eius. item propter verbum(cognitio) cuius natura est denotare nō solum simplicem cognitionem,sed ēt definitionem secundum Bal.in titu.de pace Constā.in ver. ad cognitionem , facit tex.in l.3.§.Cognoscit.ff.de offi. præfect.uig.Alex.in l.A diuo Pio.in princip.column.7. ff.de re iudic.Et quia materia bæc melius tangetur in gloss.& est ordinaria in dict.l. Cognitio. ideo vlterius non insistām.

In glo.j.Dum allegat §. Non habentem. in Auth de defen.ciui.est §.Decreto.dum dicitur, q remotio illius magistratus ab ea potestate proficisci debet, à qua dat, vnde intelligit glo.q ideo hi habeant potestatē remouendi,quia habent authoritatem ēt dandi,quia nibil tā naturale est, q̄ vnumquodq; eo vinculo dissolui , quo colligatum est.l.Nihil tam naturale.ff.de regu.iur.vnde sicut Legatus proconsulis habet ius dandi tutorem l. pen.ff.de offi.procons.& leg.ita habebit facultatem remouendi,ita voluit argumentari glo.hic.

4 In glo.in ver.prætori.Glo.primo loco ampliat,†vt qđ dictum est bic in Legato procōsulis extendatur etiam ad Legatum prętoris per l.i.§.An autē.ff.eo.sed postea ex mente antiquorum vult glo.q speciale sit in Legato proconsulis vt hic , & q extensio facta ad Legatum prętoris intelligatur quò ad cognitionem, non autem quantū ad remotionem,Bar.in l.1.§.Suspecti.ff.ad Turpil.postquàm antiquorum Doctorum controuersias recitauit , distinguit,q suspecti postulatio babet duplicē finem , aut s.ad puniendum, & habet locum §.suspecti. aut ad remouendū,& tunc cognitio à quolibet & ciuilibet potest demandari d.l.Cognitio.in prin.remotio autē,quia duplex est, altera.s.quę remouet statim ac quis postulatur suspectus.l.Eum quē.C.eo.& hac poterit declarari ꝑ quemcunq; qui possit de causa cognoscere: altera est effectualis remotio,quę fit per sententiam,& hæc non potest delegari,nisi delegato prætoris vel Legato proconsulis.d.§.an autem.quam opinionē sequuntur communiter Doct.hic & in d.l.Cognitio.vbi Alex. & idem Alex.in l.j.col.10.ff.de offi.eius.dicit hanc esse communem sententiam.

Mihi in primis videtur , q declaratio Bart.d.l.i.§ suspecti.ff.ad Turpi.vera sit in hoc,q ille tex.loquatur, qn̄ accusatio fit non simpliciter ad remouendum tutorem, sed ad puniendum attenta qualitate tituli & tractatus. S.C. Turpilliani , sub quo positus est iuxta ea,quæ notant Docto. per tex.in l.Imperator.ff. de in diem addic.Sed non conuenio cū Doct.hic, & in l.Cognitio.ff. de off.eius,videlicet quòd solus præses hoc facere possit propter taxatiuam, dum dr̄,q nullus alius de huiusmodi quæstione quā præses iudicare potest,quia sicut ille tex.taxatiuè loquens non excludit præfectum vrbis §.Sed siquis pręsens.j.eo.multò minus excludetur ille, qui subrogatur vniuersaliter in iurisdictione iuxta ea,quæ notari solēt in l.ob æs.C.de pręd.mino.l.i C.de rei vxo.actio.l.si eū.§.Qui iniuriarum.ff.siquis cautio. & est bonus tex.quem ibi notat Bar.in proposito in l. antepen.C.de prępo.sacrn.scrini.lib.12.& in proposito ... Vt videatur ip-

» se, qui iudicē destinauerit,in integrum dare restitutio-

» nem, & causas examinare.

Puto igitur,quòd l.in d.§.Suspecti.intelligatur generaliter de quocunq; ꝓuinciam regente, siue proconsul sit,siue prętor in prouincia,siue Legatus Cæsaris iuxta. l.i.ff.de offi. pręsi.siquidem etiam pṙętor præses appellatur in l.si per errorem.ff.de iurisd.omn.iudi.benè verum est suspectum tutorē non puniri criminaliter à Legato proconsulis,si maiori quadā animaduersione dignus sit quia mādata gn̄raliter iurisdictione Legato proconsulis ab ipso proconsule,non est mandatum ius animaduertendi.l.i.in fine.ff.de officio eius.Quando enim accidit aliquid, quod maiorem animaduersionem exigat,remittere Legatus ad proconsulem debet, quia animaduertendi, coercendi , vel atrociter verberandi ius non habet.l.Siquid erit.ff.de offi proconś.poterit ergo suspectū tutorem punire criminaliter in prouincia tantum pręses.i.maior ille magistratus,qui prouinciam regit:poterit & præfectus vrbi,qui sibi omnia crimina vēdicauit.l.i.in princ.ff.de offi.pręfect.vrb. Dicemus ergo, q suspecti tutoris accusatio pro tribunali tantùm examinari potest, & nullus alius de huiusmodi quęstione,quam preses prouincię pronunciare poterit, nullus alius.s.quam pręses.i.nullus alius,quàm supremus magistratus. Et obiter aduertendum est, quia verbū illud (prouincię)quod in vulgatis codicibus legitur, in correctis non reperitur.

5 Secunda dubitatio maxima est inter Doct.in d.l.Cognitio.ff.de offi.eius.an cognitio suspecti tutoris possit

delegari.s.an sola cognitio, uel cognitio & remedio, & Bar.in d.§.suspecti post glo.hic uelle videt, ꝙ non possit fieri delegatio remotionis, nisi à proconsule vel prætore iuxta.tex.in l.i.§.an autē.ff.eo.vnde necessario intelligunt tex. in d.l.Cognitio. in prin.ff. de offi.eius.(si intelligit generaliter) ut cognitio suspecti tutoris mandari possit, non autem remotio: si uerò intelligamus, ut etiam remotio mandari possit, necesse est secundū eos, ꝙ restringamus istum tex. ut mandari tantùm possit Legato proconsulis uel delegato prætoris: profectò sunt hę maximæ restrictiones illius legis, quia restringere quò ad personas tex. qui generaliter loquitur, nulla ratione fieri posse uidetur, restringere autem cognitionē ad simplicem cognitionem, non autem ad finem cognitionis, quæ est remotio, nulla ratione fieri potest. Et ꝑ veritate considerandę sunt rationes, quibus moueri possunt Docto. ad ita restringendum, & ratio Bar. est, ꝙ decisio talis causę non delegetur, quia expeditur officio iudicis nobili cum plena causę cognitione per allegata per Bar. quæ ratio tollitur ex eo, quia illa eadem militat in cognitione, quæ stante ea delegari non posset. Et ad regulam, super qua fundatur Bar. respōdet Iurisconsultus in d.l.Cognitio. dum dicit hoc introductū esse propter vtilitatem pupillorum: in quo aduertendū est obiter ad vnum, quod Cur. iunior. ibi, dum dicit se nō videre, in quo uersetur iste fauor, nam maior fauor pupillorum esset, si causa suspecti cognosceretur ꝑ maiores magistratus, quod falsissimum est, quia fauor pupillorum in hoc vertitur, vt ii, qui vel affinitate vel pietate ducti tutores vel curatores suspectos postulaturi sunt, non cogantur adire maiorem magistratum in remotioribus fortasse prouinciæ partibus existentem, & maioribus curis implicitum, sed possint adire Legatos, & alios, quibus vniuersalis iurisdictio mādata est. Propter commoditatem igitur postulantium & faciliorem expeditionem hoc inductum est, ut videmus hoc consideratum in l.fi.C.ubi & apud quem. ibi, Sic etenim non difficilis erit causarum examinatio, quia quilibet proconsul aut prætor prouinciarum plures habebat Legatos, vt probat tex. in d.l.Cognitio. ibi, Cum proprium [illegible] iurisdictionem Legatis tuis dederis, & est notissimum apud Latinos authores, & est tex. i l.solet.ff.de offi.proconsu.& lega. Secunda ratio pro interpretatione Bar. & communis adduci solet, quia qñ contra generalem regulam mandantur ea, quæ sunt meri imperii, ea mandātur tantum quò ad cognitionem, ut est tex. in d.l.solet. in prin.ff.de offi.procons. vbi mandata cognitione custodię Legatis, hi decisionem remittunt procōsulibus: quæ ratio nihil facit, quia ibi ita fuit mandata cognitio custodiarum hoc addito, ut pręauditas custodias ad se remittant vnde nimirum si Legatus proconsulis mandatum excedere non potest. l.Diligenter.ff.mand. Pręterea videmus in casu nostro expressum esse, ꝙ ius remouendi nedū cognoscendi Legato proconsulis mādatur, ut est tex. hic, & in l.i.§.an autem.ff.eo. Preterea nō est simpliciter uera illa conclusio, ꝙ in causis meri imperii delegetur tantū cognitio, nō autem decisio, quia tamen est extra propositam materiam, pro nunc nō curo aliter hoc ostendere.

Tertiò adduci solet, ꝙ ideo in l.Cognitio. verbum illud (cognitio) restringatur, vt non comprehendat decisionē, quia sumus in materia exorbitanti extra iuris cōmunis regulas, & contra regulam, quam sumūt Docto. in l.Nec quicquam.§.Vbi decretum.ff. de offic.procon. & lega. vnde ut minus lædatur regula iuris communis iuxta l.Quod vero.ff.de legi. intelligamus, ꝙ sola cognitio simplex impartitur, quæ ratio nihil valet, quia cum tex. ibi moueatur ꝑpter vtilitatem & commodū pupillorum & eorum fauorem, debemus latè interpretari verba propter rationis identitatem pręsertim expressam in l.& præsertim vbi proprietas verborum se extendit c.Odia.de reg.iur.lib.6. tradit Bar. in l.Si constante. in 9.q.primæ.q. principalis.ff.solu. matri. Deci. in c.i. in prima lectu.col.2.de cōstitu. Vnde sublatis rationibus per quas volunt Docto. ꝙ cognitio tantum possit mandari, remanet in tuto cōclusio, ꝙ mandari possit & cognitio & remotio per tex. in d.l.Cognitio. quod suadetur vrgenti ratione, quia cùm tex. ille moueatur ꝑpter vtilitatem & commodum pupillorum, consequens est, vt intelligatur mandata etiam remotio quia per remotionem magis consuleretur pupillo, quam per simplicē cognitionem, quod ex simili probatur, nam restitutio in integrum fit officio iudicis nobili & cum plena causæ cognitione, & tamen quia conceditur mandari fauore læsorum, intelligitur mandari non solùm quò ad cognitionem, sed etiā quò ad decisionem, qui in hoc vertitur fauor eorum, qui restitui debent, vt minus sit per venire ad ipsam restitutionem, & quia mandans censetur ipse cognoscere, prout has omnes rationes considerat tex. in l.fi.C.vbi & apud quem. quamuis disputatiuè ad hoc argumentum responderi posset, quòd hoc ideo sit in restitutione in integrum, quia ante causę decisionem nō est cōsultum læsis, sed in postulatiatione suspecti cōsultū, quia pendente causa cognitionis tutori vel curatori postulatio, inhibetur postulatio, & alius interim datur. l.Eum quem.C.eod. vnde nimirum si sola cognitio potest demandari, quia lex ipsa per hunc modum consuluit indemnitati vel vtilitati pupillorum vel adultorum.

Secundò principaliter probari potest hęc conclusio viua rōne considerando contextum d.l.Cognitio.ff.de offi.eius, nam in princip. Iurisconsultus dicit, ꝙ cognitio de suspectis tutoribus mandari potest, & sic specialiter: secundò dicit, ꝙ non solū specialiter mādat, sed [illegible] etiā mādata generali iurisdictione mādata [illegible] cognitio suspecti tutoris & hoc [illegible] pupillorū, ad quod probandū Iurisconsultus ibi inducit rescriptū Imperatoris volentis, ꝙ mādata generaliter iurisdictio [illegible] intelligatur etiā mandata cognitio de suspectis tutoribus: modo sic, qñ procōsul vel gñaliter vel specialiter mandat Legato, clarū est, ꝙ Legati non solum habent ius cognoscendi, sed remouendi, ut ad literam dicit tex. noster, ergo necessariò sequit, ꝙ superiores cōclusiones positę in d.l.Cognitio. ad quas probandas adducit illud rescriptum, intelligūtur, vt ille cui mandata est cognitio, vel iurisdictio, generaliter habeat non solùm facultatem cognoscendi, sed ēt remouendi, aliter enim esset inepta probatio Iurisconsulti: & si disputatiuè diceretur, ꝙ rescriptū illud adducitur ad probandam secundam conclusionem Iurisconsulti de generali iurisdictione, responderi potest, ꝙ cùm ista secunda conclusio veniat ampliatiuè & extensiuè ad primum dictum, debet intelligi retētis eisdē terminis arg.l.Eum qui ædes.ff.de vsucap.l. Nam hoc iure.de vulg.& pupill.

Tertiò dico, ꝙ in terminis nostris Docto. acceperunt verbum (cognitio) pro cognitione & decisione, quod probo per tex. nostrū hic, nā in eo dicit, Datum est autē ius remouēdi tutores suspectos Romæ prætori &c. & statim subdit in §.seq. Ostendimus, qui possunt de suspecto cognoscere. Ecce quòd hic Imperator sub verbo (cognoscere) cōprehendit ius remouendi, & idē facit Iurisconsultus in d.l.j.§.Damus. & §.Ostendimus. ff.eo. Nec dicatur, ꝙ hoc ibi sit propter expressas personas, quæ vtrunq; ius habent, quia clara responsio est cognitionis verbum, sumptum etiā fuisse pro remotione.

Concludendo igitur dico, quòd aut agimus de generali delegatione.i.an illū, cui generaliter mādata est iurisdictio,

iurisdictio, transeat potestas non solùm cognoscendi, sed etiã remouendi tutores vel curatores suspectos, & concludam q non, nisi in magistratibus nominatis, videlicet in proconsule vel alio generaliter administrãte prouinciã, vel in prætore Romæ: si verò agimus de speciali delegatione, & dico, quòd omnes magistratus etiã ordinarij, qui habeãt remouendi tutores, possunt delegare non solùm cognitionem simplicem, sed etiã remotionẽ, per ea, quę superius dicta sunt, & per tex. in d.
6 l. Cognitio. in princ. ff. de offi. eius quia † verbum (cognitio) in dispositione legis etiã decisionẽ importat. l. 3. §. Cognoscit. ff. de offi. Præfec. vig. Et ita videt residendum in hac materia, quę latius attingenda erit in loco suo ordinario in d. l. Cognitio. vbi Deci.

In gl. in ver. præsidibus. Glo. benè exponit, vt dictum est s. in alia glo.

In gl. in ver. Legato. Materia huius gl. expedita fuit. s. glo. in ver. prætori. vbi videndum, & ex ibi dictis inferendum ad veritatem dictorum per glo. hic.

## §. OSTENDIMVS.

1 *Continuatio de lege ad legem, & de §. ad §. non fit, sed benè fit subordinatio ad commodiorem doctrinam.*
2 *Cognoscere, denotat non solùm cogitationem, sed etiã decisionem.*
3 *Tutores omnes possunt fieri suspecti.*
4 *Curator quilibet potest fieri suspectus.*
5 *Tutores testamentarÿ possunt accusari suspecti.*
6 *Genus accipitur pro specie.*
7 *Genus aliquando accipitur pro indiuiduo.*
8 *Genus & species aliquando confundantur.*
9 *Genus conprehendit sub se proprie suas species.*
10 *[illegible]mentum de genere ad speciem affirmatiuè ualet, quando generi [illegible]ponitur signum vniuersale.*
11 *Quare, est dictio illatiua.*
12 *Omne dicens nihil excludit.*
13 *Vniuersalis enunciatio poten[illegible]*
14 *Vniuersalis locutio cõprehendit quæ alias non cõprehenderentur.*
15 *Dictio vniuersalis recipit restrictionem de habilitate.*
16 *Vniuersalis dictio non comprehẽdit personas in excelso gradu positas.*
17 *Priuilegiati non cõprehenduntur in statuto vel proclamate, q omnes deponãt arma, uel soluãt collectas.*
18 *Patronus põt postulari suspectus, quod declara ut ibi.*
19 *Libertus penitus repellitur ab accusatione suspecti.*
20 *L. 3. §. Liberti. ff. de suspec. tuto. aliter declaratur, quàm Docto. faciant.*
21 *L. Si tutor. ff. de suspec. tuto. nouiter declaratur.*

Diuidi potest in partes tres, in prima ponitur de quo dicturus sit, in secunda ponitur regula generalis, quòd omnes tutores & curatores possunt suspecti postulari, in tertia ponitur q. & soluitur, ex qua ampliatur regula generalis cum moderamine tamẽ, de quo ibi. Quiuis tutor suspectus fieri potest etiam patronus, dum tamen eius famę parcatur h. d. ex l. j. §. Ostendimus. ff. eod. titu.

Casus ita figurari potest: dubitatum fuit quinã suspecti postulari possint, & videbatur subsistendum in testamentarijs eò, quòd eorum fides ita probata erat à testatore, vt nulla videretur in eis suspicio cadere posse, cũ & inquisitio in eis remittat. §. si. s. de tute. & satisdatio, quia nullum speratur damnum insurgere posse ab eo, cuius fidem testator probauit. s. de satisd. tut. & cura. in prin. In legitimo etiam videbatur dubitandũ, ne posset suspectus fieri, quia quoties aliquo necessitudinis vinculo vel affinitatis tutores pupillo coniuncti sunt, vt legitimi, qui coniunctiores personæ pupillo sunt, & quis aliàs illis decedentibus tanquam proximiores illis successuri sunt, nõ vr ipsos postulari debere suspectos, sed potius eo casu curatorem adiũgendum esse. l. Si tutor. ff. eod. Similiter in datis ex inquisitione, cùm tempore dationis, & morum, & facultatum habita fuerit inquisitio, eisq; propter perspectã fidem, cũ idonei electi sint, remissa fuerit satisdatio, q ideo præstatur, ne pupillorum negotia aliquod detrimentum patiantur. s. de satisd. tuto. & cura. in princ. Item in patrono dubitari poterat ex eo, quod dicitur in l. 3. §. Liberti. in versi. Sed si patronum suum. ff. eod. vbi iurisconsultus dicit melius esse libertos ab accusatione repelli, ne in ipsa cognitione grauius aliquid emergat, cum hoc alijs omnibus pateat, & in d. l. Si tutor. similiter in patrono dicitur optimum esse eo casu adiungi curatorem. Sed his non obstantibus cõtrarium deciditur in tex. nostro, & ponitur regula generalis, q siue tutor sit testamentarius, siue legitimus, siue datiuus, etiã si patronus, possit suspectus postulari, dummodo si patronus sit, ita verba temperent postulatio, vt eius famæ parcatur, & sic vt non videatur ex dolo remoueri, sed ob animi potius segnitiem, uel rusticitatem, inertiam, vel simplicitatem, inopiam, vel ineptiam, hę. n. causæ faciunt, vt integra existimatione tutela vel cura quis abeat. l. 3. §. si. cũ l. seq. ff. eod. & ratio huius dispositionis fuit commodũ pupillorum, quorũ iura leges saluę semper esse voluerunt: electio enim illa paterna inducit benè pręsumptionem quandã, attamen si postea detegatur antea cælata improbitas, aut aliqua causa, ex qua suspectus videatur, vtilitatem pupillorũ secutę sunt leges, non primam illam præsumptionem, quę iam contrarijs & coniecturis & pręsumptionibus sublata est, vt in simili dicit textus in l. In confirmaodo. & l. Vtilitatem. ff. de cõfir. tuto. quæ ratio in alijs quoq; [illegible] verum est, q quia suspecti postulatio famam lædit. §. Suspectus. j. eo. consulunt leges, vt contra coniunctas personas, & sic legitimos, & contra patronos modestius agatur, vt vel petatur, q curator adiungatur, vel temperetur verbis postulatio, vt integra fama remaneat, sicuti videmus, q actio de dolo, quia famosa est, nec liberis cõtra parẽtes, nec libertis contra patronos datur, q si omnino de dolo agendum sit contra huiusmodi personas, in factũ verbis temperanda est actio, & bonæ fidei mentio fiat. l. Non debet. ff. de dolo.

1 Primò notari põt ex hoc tex. q † quamuis necessatiò non sit facienda continuatio de lege ad legem, & de §. ad §. iuxta gl. in l. Gallus. in princi. in ver. posthumus. ff. de libe. & posthum. & in l. 2. C. de peti. bo. subla. lib. 10. in glo. j. Bal. in rub. C. de seruis fugi. Deci. in c. Prudentiam. §. Sexta. in princip. de offi. deleg. tamen subordinatio ipsa, quamuis necessaria non sit si tamen fiat ad clariorem & cõmodiorẽ doctrinam, optimum ducit, prout facit glo. in l. 1. in princ. in glo. j. ff. de ver. oblig. in l. De pupillo. in prin. & in §. Sextus. de ope. no. nunc. in l. 3. in prin. & in l. Nõ videtur. ff. de acqui. pos. in l. palàm. in princi. ff. de titu nupt. declarat Ias. in rubr. j. de actio. col. 3. ver. Aduerte tamen.

2 Secundò notandũ est ex hoc tex. illud, qd † dicebam in §. pręcedenti, q verbum (cognoscere) nõ solùm importat nudã simplicemq; cognitionem, sed etiam decisionẽ & remotionẽ, nam in §. pręcedẽti dictum est datam esse ius remouendi tutores suspectos Romæ prętori, & in prouincijs præsidibus, & in tex. nostro dicitur,

Ostendimus

Ostendimus qui possint de suspecto cognoscere. Ad
idem est tex.in l.3.§.Cognoscit.ff.de offi.pręf.vigi.l.j.C.
si con.ius vel vtili.publ.l.fi.C.vbi sena. vel claris.ibi,Sa-
cro cognitori.c.prudentiam.in prin.de offi. deleg. c.cú
speciali.de appellatio.cum multis similib. adductis per
Alex.in l.j.col.14.versi.Secundò potest responderi.nu.
51.ff.de offi.eius.
3 Tertiò nota regulã huius tex.q† omnes tutores pos-
sunt fieri suspecti,siue sint testamẽtarij, siue alterius ge
neris,rationibus deductis in figuratione casus, & sic
regula est,q quilibet potest vt suspectus postulari. Et
4 quamuis tex.noster,†& tex.in d.l.i.§.Ostẽdimus.loquã
tur de tutoribus,tamen idem dicendum est de curato-
ribus propter identitatem rationis,& communionem
rubricę & tractatus,& est ad hoc tex.in l 3.§. Non tan-
tum autem.ff.eo.vbi dicitur,q non tantũ curator ado-
lescentis remoueri potest ut suspectus,sed etiam cura-
tor furiosi & prodigi,item & curator ventris, & sic nõ
solum quilibet tutor,sed etiam quilibet curator cuius
cunq; sit generis vt suspectus remoueri potest.Siue er-
go curator propter ætatem datus sit,siue propter infir-
mitatem,siue bonis,siue ventri,omnino non caret hu-
ius criminis metu,vt optimè declarat gloss. in d.§.Non
tantum.
5 Quartò specialiter notandum est,q†testamentarij tu
tores postulari possunt suspecti,quod declara etiam in
datis à patre & aliter non confirmatis, vt est tex. in l.
Etiam testamento patris.C.eo.ti.
6 Quintò no.ibi,Siue alterius generis, q † hic verbum
( generis)accipiť p specie,siquidẽ genus est tutor,spe-
cies sunt testamentarius,legitimus, datiuus. Neq; hoc
inconuenit,vt notatur in l.Mæuius.§.Duobus. p Bar. ff.
de lega.2.in l.3.§.Genera.ff de acq.poss. bonus tex. in l.
Si vnus in §.Item si pactus.ff.de pac.nam quia Iuriscon
sulti non considerarunt ita curiosè minutias huiusmo
di verborum.sed rei tantum effectũ,factum est,vt quo-
tiens aliquid subest alicui generi, ita q propriè sit spe-
cies,habeat tamen sub se plures alias species, quæ ali-
quo respectu possent indiuidua appellari, tamen non
sunt,quia partiunť posse in indiuidu[illegible]
vel illius,cũ indiuidua proprię illa sint,quę nullam vl-
terius sui partionẽ admittãt, sæpe nomine generis ab
ipsis appelletur,vt ecce,actio est genus,species,realis &
personalis,tamen quia personalis diuiditur postea secũ
dum qualitatem cõtractus,ex quo descendit, & sic par
titur in plures alias,dicitur species respectu primi ge-
neris actionis,& dř genus respectu actionum, puta, ex
mutuo,deposito,commodato, & huiusmodi, actio tñ
postea,puta,ex mutuo continet sub se postea actiones
prouenientes ex hoc vel illo contractu mutui. Taceo,
q actiones ex vno contractu vel quasi diuersam & aliã
possunt recipere partitionẽ,antequã ad indiuidua de-
scendatur,quia alia directa est, alia vtilis, alia directa,
alia contraria,& ideo non inconuenit,q aliquando le-
ges abutantur his nominibus,vt cum dicitur actionum
duo esse genera,in rem & in personam.l. actionum ge-
nera.ff.de actio.& obli. & possessiuunm genera dicũtur
7 tot,quot causæ †sunt acquirendi.l.3.§.Genera.ff.de acq.
poss.& videmus in l.Non videtur.la 2. ff. de iudi. genus
accipi pro indiuiduo,licet gl.ibi pro specie acceperit,
8 & ad idem tex.est in l.fi.ff.de condi.cau.da.Est enim† tan
ta conformitas inter genus & speciem,vt non immeri
tò huiusmodi vocabula sæpe confundantur, nam sicut
genus præest suis speciebus,ita species præest suis indi
uiduis,& ita videmus,q quemadmodum remoto gene
re remouetur species,ita remota specie remouẽtur in-
diuidua,& ita argui potest negatiuè de specie ad indi-
uidua sicut de genere ad speciem, & èconuerso affir-
matiuè,& de specie ad genus, & de indiuiduis ad spe-
ciem.Habent & aliam similitudinem, quia sicut genus
diuiditur in suas species,ita species diuiditur in sua in-
9 diuidua.Præterea quemadmodum† genus comprehen-
dit sub se propriè suas species,vt dicit Bald.in l.2. C.de
iure annu.au.cum simil.vt per Dec.in c. at si clerici. §.
De adulterijs.col.9.de iudi.& in rubr.ff.de iurisd. omn.
iudi.declarat,optimè Boethius in lib.Topi.secundo, in
loco à genere ad speciem in prin.ita pariter species p-
priè comprehendit sub se sua indiuidua:& hinc (vt di-
cebam) deriuatum est propter hanc similitudinem &
affinitatẽ generis & speciei,q Iurisconsulti sæpius abu
si fuerint his nominibus. Dicitur ergo in casu nostro
abusiuè ( genera tutorum, ) tamen dicitur eo respectu,
quo s.dictum est.
10 Sextò no.ibi,Quare† & si legitimus fuerit. iũcto tex.
nostro in prin.ibi,Et oẽs quidem tutores, q qñ generi
apponiť signum vniuersale,põt argui de genere ad spe
ciem affirmatiuè:nam dictũ est, q omnes tutores pos-
sunt suspecti postulari,arguit Imperator,Quare,& legi
11 timus.dictio.n.illa(quare)stat illatiuè,†vt est tex.in l.j.
ff.de cõdi.triti.quemadmodũ si diceremus,omnis con-
tractus ẽ vltro citroq; obligatio,ergo emptio est vltro
citroq; obligatio,omnis contractus exigit bonã fidem.
l.Bonam fidem.C.de actio.& obli.ergo contractus stri-
cti iuris bonam fidẽ exigit glo.in uersi.Bonę fidei. in §.
actionum autem.j.de actio.Omne ius hominum causa
constitutum.§.fi.s.de iure natu.gen.& ciui. ergo & ius
ciuile,& sic de multis,& ea est ratio, quia argumenta-
mur de superiore vniuersali ad inferius, & ideo potest
argui tam affirmatiuè quàm negatiuè.
12 Septimò no.ex hoc eodem† loco, q qui omne dicit,
nihil excludit.l.Iulianus.ff.de lega.3.cum similib. vt per
Dec.in l.Omnia.in princ.ff.si cer.pe.& in consi. 472. in
13 prin.in quibus locis ponit qualiter potẽtior sit vniuer-
14 salis enunciatia,quàm generalis:siquidẽ† ex natura hu-
ius dictionis(omnes)includũtur ea,quæ [illegible] no
includerentur secundum Bar.in [illegible]rali.§. Vxori. de
vsufru.lega.ponit Dec.vbi s.& in cap.fina.in j. notab.de
15 consti.benè verum est,q†huiusmodi uniuersalis dictio
[illegible] de habitatione.l.1.§. Nunciatio. ubi
omnes,de oper.no.nuncia.l.2.§.Quod ait prętor.ff.qui
satisda.cogan.est bonus tex.in cap.A nobis el primo de
sentẽ.excomm.tradit Deci.in c.j.in prima lectura. col.
6.in glo.in uersi.ab omnibus.de consti.ubi uerbum (ab
omnibus)restringitur.i.subditis. tradit Ioan. Crotus in
l.Si constante.col.51.ff.solu.matr.& alias dicebat Deci
16 in c.Ecclesia.S.Marię.in 7.col.in fi.de consti.q † hæc di-
ctio uniuersalis non comprehendit personas in excel-
so gradu positas,& uoluit Pau.in consi.107.Notandum
17 est,q†ista.col.pen.lib.2.q statuium uel pclama, q om
nes soluant collectas,uel deponant arma,non compre-
hendat priuilegiatos.
18 Octauò no.q†patronus etiã,si tutor sit,potest suspe
ctus postulari,quod ĩtellige & declara hoc modo,ut.s.
si patronus liberti sui tutelam gerat,possit postulari su-
spectus à quolibet,iuxta ea quæ habentur.j.eo. in §. p
ximo,quia non eximiť patronus ab hoc crimine, si ini-
què se gerat in tutelæ administratione & nõ ex fide, &
ita est tex.hic: benè uerum est,q optimum factũ est, ut
ob reuerentiã libertatis concessæ ei,cuius ipse tutelam
gerit,& iuris patronatus,is,qui accusat,potius ei petat
adiungi curatorem p l.si tutor.ff eo.tamen non cogiť,
ut in tex.nostro,& in l.j.§.ostendimus.ff.de suspect. tu-
tor.& ita intelligit glo.ibi,& puto rectè per illum tex.
quamuis nõ desint aliæ interpretationes,de quibus vi-
debimus in glo.in uer.Dicendum,& sic si postulans no
lit curatorem adiungi,sed petat ipsum remoueri, hoc
tantũ tribuet patroni reuerẽtię,ut temperet uerbis pe-
titionem & postulationem ita,ut parcať famæ tutoris,
quod

19 quod† quomodo fiat, dicendum erit in gl. in ver. Pareendũ. Illud verò aduertendum est, ꝙ ista postulatio non poterit fieri ꝑ libertũ patroni postulati, quia ipse peni-
20 tus repellitᷣ à postulatione † & accusatione. l. 3. §. Liberti. ff. eo. quam legem quamuis Docto. intelligant ipsam etiã loqui de consilio, hoc iudicio meo est falsum, quia verba ipsa non respiciunt libertum postulatorem, sed ipsum iudicẽ, nã dicitur ibi melius esse libertos ab accusatione repelli, ita ꝙ hoc crimẽ, quod omnibus patet, ut in §. seq. restringitur in libertis, qui nõ possunt postulare patronos suos suspectos, & hoc intellige, quãdo patroni gerunt tutelam alterius liberti, non illius, qui postulat, nã ille libertus, qui est sub tutela, alia ratione impeditur, quia est impubes qui postulare non potest. §. Impuberes. j. eo. ideo necessariò ille tex. intelligendus est, ex quo loquitᷣ in tutela, ut non excludat illũ libertũ, qui est sub tutela, sed alium. Optimũ ergo erit quando agimus de accusando patrono à quolibet, ut potius petat, ꝙ ei adiungatᷣ curator, ꝙ si omnino uelit eũ remoueri, debet postulationẽ temperare, ut dolus excludatur ne sententia famam lædat, libertus autẽ nullo modo admittatur per ea, quæ s. dicta sunt. Quòd si obijciatur, si extraneus penitus patronũ accuset tutorẽ liberti eius, nulla ratione uidetᷣ teneri parcere famæ patroni, cùm ea tantùm reuerẽtia debeatᷣ à libertis, nõ ab extraneis, respondetur hoc tribui liberalitati patroni, qui inæstimabile libertatis munus in libertũ cõtulit, quò fit ut leges uelint patronũ ipsum securius abuti posse rebus liberti sui, nec hoc famam lędat, quasi suo quodam iure repetat ea, quæ quęsita sunt per libertum, quem si non manumisisset, sibi quęsiisset, unde quẽadmodũ re ꝓpria licet abuti. l. Sed si lege. §. Consuluit. ff. de peti. hæred. simili quadam ratione parcendum sit famæ patronorũ, si in re, quæ quodammodo ex liberalitate sua desiit esse propria, uel potius quę propria, non est facto suæ liberalitatis, [illegible] uersatus est, ut hoc culpæ potius quàm dolo tribuatur.

In glo. i. Dum glo. allegat §. suprascriptũ, benè dicit, quia ibi ostensum est: sed dum allegat §. Ostẽdimus, allegat pro simili, non ꝙ ibi ostensum sit, qui possunt cognoscere, cũ illud ostẽsum fuerit in §. præcedẽti, ut hic.

In glo. in uer. Omnes. Nõ erat tam longa declaratio necessaria, cùm ex adiunctis constet, ꝙ dictio (omnis) nõ ad indiuidua de tutoribus referatᷣ, sed ad spẽs tutorũ dum dicitur, Siue sint testamentarii &c. uerba. n. ex adiunctis sæpissimè declarantur, & diximus etiã. s. de iure person. in princi. in glo. j. glos. allegat hic concor. in quibus hoc benè probatur.

In ead. glos. ibi, Sed nunquid. De hoc diximus s. in 3. notab.

In glo. in uer. Dicẽdum. Circa d. l. Si tutor. satis suprà locuti sumus, ubi cõclusum fuit, & est ueritas, ꝙ patronus à liberto nullo modo potest accusari, & intelligas nõ ab eo, qui est sub tutela, ut dixi, quãuis gl. in d. §. Liberti. l. 3. ff. eo. ita exposuit, & Bar. eam seq. dicens tres illas suas interpretationes illorũ uerborum (patronum suũ) procedere posse & bonas esse, nam illa falsa est, cũ in tutela non possit esse pubes & impubes (ut dixi) non accuset, ut in §. Impuberes. j. eo. l. Impuberibus. ff. eo. ab aliis quibuscunq; potest, qui rectius faciunt, si petant illi curatorẽ adiungi, ꝙ si qua ratione id non uidetᷣ illis faciendum uel iudici, tunc potest accusari patronus, ut hic dummodo eius famę parcatur, & ita intellexit tex. in d. l. Si tutor. circa quem aduertendum est, quòd alibi Corn. in consi. 198. Quanquam litera. K. lib. i. uoluit, ꝙ ille tex. ita intelligatur, quòd suspectus fieri possit patronus, sed quòd nõ propterea dicatur, ut remoueatur à tutela, ideo licet reperiatur suspectus, & suspectus fieri possit, tamen non debeat, ut suspectus remoueri, sed debeat ei curator adiungi. Item glo. ibi aliter intelligit, ut scilicet si inueniatur suspectus ob dolum, non remoueatur ad euitandum infamiam, sed curator ei adiungatur: si propter culpam, & tunc quia abest discrimen infamiæ, remouebitur. Tertiò ibi Bar. aliter distinguit, quòd si ob culpam, uenit omnino remouendus glo. & Dyn. ibi, si propter dolum, & sit in arbitrio iudicis an remoueatur, uel adiungatur ei curator, nã si dolus erit in magna quadam re, remouebitur, aliter secus, quam doctrinam uidetur secutus etiam Corne. in consi. 175. Licet in præsenti lib. 3. & enim eadẽ uidetur transire Gozadi. in consi. 17. Prima facie. col. fi. Sed nõ uideo quid fecerit tantos patres aberrare; iam constat
21 per tex. nostrum patronum† posse & accusari & remoueri, & quòd l. Si tutor. cõsulit, ideo uera interpretatio hęc, ut modestius fiat ab eo, qui postulaturus est, ut petat adiungi: ꝙ si aliter ei uidebitur, accusabitur & remouebitur cũ temperamẽto, de quo in tex. nostro. Quam ergo ridicula sit conciliatio Corne. nemo non uidet, ꝙ dicamus, ꝙ possit accusari sed nõ remoueri, ad quid accusatio? ad quid consilium, ut potius petatᷣ adiũgi curator, si quoquo modo petatᷣ, omnino adiungẽdus esset? Secunda nõ minus ridicula est, q̃ impia, ut ob culpã remoueatur in totũ patronus, ob dolum seruetur officiũ, sed adiungatur curator, cùm magis & longius arcẽdus sit tutor, qui dolo uersatur, quàm qui culpa, cùm famæ consulatur temperãdo petitionem, ut hic dicitur, item & tacendo in sententia, ꝙ ob dolum remoueatur, & sic simpliciter remouendo nõ expressa causa l. 4. ff. eod. ex qua etiam ratione tollitur in totum distinctio Bar. Quare teneas intrepidè ut s.

In glo. in uer. parcendum. Dic ꝙ non solùm potest parcere famę iudex in sententia, uel exprimendo, ꝙ remouet ob culpam, uel tacendo causam, ut dicit glo. sed etiam in postulatione, si non fiat mentio doli. l. Non debet. ff. de dolo.

## §. CONSEQVENS.

1 *Publica iudicia quæ dicantur.*
2 *Fœmina repellitur ab accusando, & quare.*
3 *Fœminæ non debent se cœtui publico dare.*
4 *Publicum dicitur quod omnibus patet.*
5 *Necessitudo quid significet.*
6 *Propensum. i. valde inclinatum.*
7 *Productus. i. indutus.*
8 *Producere est propriè extendere & protrahere.*
9 *Accusatio suspecti tutoris publica est.*
10 *Infamis est iudicio publico damnatus.*
11 *Quasi, est dictio expressiua veritatis, regulariter tamẽ improprietatem importat.*
12 *Tutor potest contutorem suspectum postulare, etiam si ipse ut suspectus remotus sit.*
13 *Seruus quamuis non admittatur ad accusandum tutorem suspectum, admittitur ad dandum informationes de suspitione.*
14 *Iudex ex officio remouet tutorem suspectum.*
15 *Nutrici leges plurimum tribuunt.*
16 *Pietati hominum multa tribuuntur.*
17 *Pietas nulla nos inducere debet, ut aliquid faciamus cum alterius iactura.*
18 *Meretrix accusat suspectum tutorem.*
19 *Meretrix accusat de simonia.*
20 *Meretrix non admittitur ad aliquem legitimum actũ*

Diuiditur

Diuiditur in duas partes, in prima subordinatur materia de qua dicturus est Imperator, in secunda ponitur regula generalis, quòd quilibet potest suspectum tutorem postulare, etiam si mulier sit & extranea: secunda ibi, Et sciendum est.

Quilibet accusare potest tutorem suspectum etiam mulier & extranea, si modò pietate ducatur. ex l. j. §. Consequens. ff. eod.

In tex. ibi, Quasi publicam esse. Corrigendus est totus hic. §. Est enim non solùm hic, sed etiam in d. l. j. §. Consequens. ff. eo. vnde hęc verba sumpta fuerunt, corruptus, & ita ex Pandectis Florentinis legendus est, Consequens est, vt videamus, qui possint suspectos postulare. Et sciendum est quasi publicam esse hanc actionem quinimmo & mulieres admittuntur, sed eę solæ, quæ pietate necessitudinis ductæ ad hoc procedunt, vt (puta) mater, nutrix quoq; & auia, potest & soror, (nã in sorore ẽt rescriptum extat diui Seueri:) sed & si qua alia mulier fuerit, quam Prætor propensa pietate intellexerit sexus verecundiam non egredientem, sed pietate productam non sustinere iniuriam pupillorum, admittet eam ad accusationem. ita legẽdus est hic tex.

Casus ita figurari potest in regula ta generali, vt dubitationis rationem afferat, ꝙ in crimine suspecti tutoris, cùm præsertim agitur ad remotionẽ, agitur principaliter de interesse pupillorũ & minorũ, ideo huiusmo
2 di accusatio publica non videbatur, † quia nõ omnia iudicia, in qbus crimẽ vertitur, publica sunt, sed ea tãtùm, quę ex lege publicorum iudiciorum veniunt. l. i. ff. de publ. iudi. q̃ ibi enumerantur. l. Pręuaricationis. §. fi. ff.
3 de præuari. Pręterea videbatur obstare † regula generalis in muliere, vt. s. ad accusationem procedere nõ posset. l. i. & 2. ff. de accu. cũ valde indecens videatur, vt accusationis causa fœminę in contumeliam matrimonialis pudoris irreuerenter ad forum & ante tribunal irruant & descendant, & conuentibus virorum & iudiciis interesse cogantur, vt dicit tex. in l. Maritus. C. de procur. Debent enim mulieres memores esse suę pudicitię & operum, quę eis natura permisit, & à quibus iussit eas abstinere, licet summæ atq; optimę opinionis sint,
4 vt dicit tex. in l. Sãcimus. q̃ est l. fi. C. de arbi. Et videmus aliàs prohiberi in impetratione veniæ ętatis propter pudorẽ & verecundiam ipsarũ cœtui publico se ostendere. l. 2. §. Fœminas. C. de iis qui veni. æta. imp. Hoc tamen non obstante statuitur actionem hanc quasi publicam esse, q2 reipub. maximè interest, vt sæpe superius dictũ fuit, bona pupillorum conseruari, & vt venenum hoc perniciosissimũ è repub. tollatur eorum. s. qui pupillos fidei suæ creditos à parentibus, vel à lege, vel à iudice, fortunis spolient, ita enim humana societas corrũpitur: igitur ad coercendam ipsorum audaciam, & ad societatẽ humanã retinẽdã, quod fieri ad vtilitatẽ oĩum introductũ & inductum est hoc, si non publicum crimen esset, qui est aliquis, qui principaliter læditur iuxta declarationem Bar. in l. i. col. 2. ff. de publi. iudi. quasi publicum esset, quia (ut dixi) & reipub. interest bona minoribus cõseruari, & totius humanæ societatis, ne malitia perditorum hominũ diutius serpat, & ne fidei violatio, quę totius iustitię fundamentũ est, ita impunè violetur. Mulieres aũt ideo admisit, vt tam dirum crimẽ facilius ex hominũ societate tolleretur: eas tamẽ duntaxat admitti voluit, quæ vel naturà ipsa & coniunctione sanguinis impellente, vel singulari quadam pietate non possint diutius tutoris ferre nequitiam: ad euellendum. n. ex hominum cœtu perniciosissimum hoc virus recesserunt leges ab ordinario iuris rigore.

In tex. ibi, Hoc est omnibus patere. Hæc verba expungenda sunt, cùm nõ sint in tex. Pandectarũ, vnde hic §. sumptus est, sed fuerunt (vt puto) gratia cõmodioris intellectus per aliquem glossatorem addita: quod tamẽ facit subsistere in hoc, est, ꝙ Theophilus hic eandẽ expositionem ponit, quasi verbis Iurisconsulti Tribonianus ipse addiderit hanc interpretationem: vera tamen est expositio, nihil enim aliud sibi volũt illa verba (actionẽ publicam esse) nisi ꝙ omnibus postulandi licentia concessa est, sicuti in l. Argentarius. in princi. ff. de edend. dicitur, quòd officium & ministerium argentariorum publicam habet causam, quod nihil aliud significat, nisi ꝙ generaliter ad omnes pertinet, vt verè & ex mente Iurisconsulti declarauit Petrus dulcissimus filius meus in Defensione illa sua clarissimi Iurisconsulti Ludouici Cati aduersus Marium Arcadem super. l. j. C. de eden.

5 In tex. ibi, Quæ pietate † necessitudinis ductę. Non intelligas, vt pleriq; faciũt, vt verbum illud (necessitudo) affinitatem & cognationem significet, nam si ita intelligamus, quomodo nutrix admittetur? Quamuis enim necessitudo aliquando significet coniunctionẽ illam naturalem, vt apud Salustium in Iugur. Etiã antè Iugurthæ filia Bocchi nupserat, verùm ea necessitudo apud Numidas Maurosq; leuis dicitur. & in l. fi. ff. de iusti. & iur. Nonnunquã ius etiã pro necessitudine dicimus, veluti est ius cognationis vel affinitatis. & in l. Si filium. C. de lib. cau. Si filium tuum liberum genero dedisti, qui tam proxima necessitudine coniunctus cõditionis ignorantiam simulare nõ potest. tamen & necessitudo pro vinculo quodam & coniunctione amoris, aut officii accipitur, quo modo eleganter accepit Cice. in Verrem, cùm inquit, Sic enim à maioribus nostris accepimus prætorem Quæstori suo parentis loco esse oportere, nullam neque iustiorem, neque grauiorem causam necessitudinis posse reperiri, quàm coniunctionem sortis, quàm prouincię, quàm officij. Ita ergo accipitur hic, vt ex exemplo nutricis manifestum est cuius dictionis significatum exprimit A... lib. 10. capitul. 3.

6 In tex. ibi, Perpensa pietate. Propensa legendũ est, vt dixi: significat autẽ propensum id. quod dicimus valde inclinatum, vt apud Latinos authores passim legitur, in quo significatu legitur apud Vlpia. in l. 2. §. Si simul. ff. ad l. Iuli. de adulte.

7 In tex. ibi, Sed pietate productam. Accipitur † hic verbum (productam) pro eo, quod est (inductam) in quo significatu vtitur. Plini. lib. 9. cap. 35. cùm inquit: Et quidẽ nulla sponsione ad hoc productus. Raró tamen in hoc
8 significatu inuenitur, cùm aliàs producere, † extendere sit & protrahere, vt in l. j. §. Meritò. ff. quan. actio de pecu. anna. est. & dicuntur produci testes, quasi ante tribunal duci. l. produci. ff. de testi.

Nota primùm illud, quod dicebam in superiori §. videlicet, quòd subordinatio materiarum, quamuis necessaria non sit, est tamen vtilis, & maximè conueniens, de quo dicendum est, vt dixi ibi. j. notab.

9 Secundò notandũ est, quòd † actio & postulatio suspecti tutoris publica est, & popularis: conceditur. n. omnibus, qui pietatis officio fungi voluerint, postulare suspectos eos, qui non ex fide tutelam gerunt ita est tex. hic, & in d. l. j. §. Consequens. ff. eo. Non dicitur autem propriè publicum crimẽ, & publica actio, sed quasi publica, vt hic dicitur, quia non statim, nec semper fit in-
10 famis suspecti postulatus, cùm tamen iudicio † publico damnatus sit infamis. l. j. in princi. ff. de iis qui not. infa. & declarat Bar. in l. j. col. 2. versi. Quero vtrum accusatio suspecti tutoris. ff. de publi. iudi. sed hoc respectu dicitur publica, quia & omnes etiam mulieres accusant, de quo tamen dicemus in glo. j.

11 Tertiò notandũ est † sc̃dm Docto. in l. i. §. Consequẽs. ff. eod. quòd dictio (quasi) est expressiua veritatis, quod

quò

quò ad tex. nostrum pendet ab hoc, an accusatio suspe-
cti tutoris sit verè publica, & credo in tex. nostro verũ
esse, quia Theophilus hic simpliciter ait publicam, ex
quo cessant oẽs difficultates, quæ fiunt super gl.i. nam
dictio (quasi) regulariter denotat improprietatẽ.l. Hoc
colore.vbi Bar.ff.de inoffi.testa.l.Diuortio.§. Si fundũ.
in prin.ff.solu.matri.tamen aliquando expressiua est ve
ritatis attenta materia subiecta.l. Lucius. la i.in fin.ff.de
admi.tuto.l.Dedi.in prin.vbi glo.ff.de condi.causa da.
& est glo. in §.propter retentionem. in verbo Impen-
sas.j.de action.
12 Quartò no.ꝙ omnibus accusare permittitur, vt di
ctum est, quod amplia vt etiam propter hanc generalĩ
tatem contutor possit contutorẽ suspectũ facere, siue
ipse, qui accusat, adhuc duret tutor, siue desierit esse tu
tor. l.3. in prin.ff.eo. quinimmo tantum fauoris tribui-
tur pupillo, vt etiam tutor, qui fuit remotus vt suspe-
ctus, possit alios contutores suos suspectos postulare,
ita est tex. in d.l.3. in princ.ff.eod. versi. plus diuus Pius.
13 Quinimmo & seru⁹ † & si non põt accusare admittitur
tñ in indicio ad instruendum eum de fraudibus tuto-
rum, ita est tex. in l.6.in prin.ff.eo. annomeratur.n.inter
gratitudinis signa postulatio suspecti.l.3.§. Liberti.ibi,
Gratè facient.ff.eo.t.nec mirũ, quia etiã prætor ex of-
14 ficio suo poterit †remouere sine accusatione, si ipsi li-
queat ex apertissimis rerum argumentis eũ suspectum
esse, quop fauore pupillorũ receptum fuit d.l. 3.§.præ-
terea.& §.Si tutor inimicus.ff.eo.
Quintò no.ꝙ quamuis alias mulier accusare nõ pos-
sit.l.i.ff.de accu.& quamuis actiones populares sint quę
ius populi tueantl.l. i. ff. de popul. actio. tamen mulie
res non admittuntur.l.j.ff.de popul.actio.tamen mulie
res non admittuntur.l.Mulieri.ff. eo. titu.receptum ta-
men est fauore pupillorum, vt personæ hic expressæ, &
aliç, quæ pietate ducantur, accusare possint, & de ma-
tre est tex.in fi.C.eo.titu.
15 [illegible] no.quantũ tribuat † nutrici, tex.n.eam enume
rat statim post [illegible] quasi eidem æquiparet, & vide-
mus alias ꝙ inter iustas causas manumissionis mino-
rum 25. annis enumeratur pietas erga nutricem. §.Ea-
dẽ lege.i.quib.ex cau. manu. [illegible]
cundum Doctor. non erant iustę nuptię, in l. Siquis a-
lumnam. C. de nup. quamuis ille tex. non loquatur in
nutrice, de quo plura diximus hic in nostris annotatio-
nibus, & dicemus alibi.
16 Vltimò no. ꝙ pietati hominum plurimum tribuit,
& facit recedat ab ordinarijs regulis iuris, vt hic, & in
17 l.In testamento.ff.de fideicõ.lib. benè verum est, ꝙ nul-
la pietas inducere debet, vt aliquid faciamus cũ aliena
iactura.l.Et eleganter.§. Idẽ Labeo.ff.de dolo. optimus
tex.in l.Si hominem.in prin.ff.deposi.
Glo.prima reddit rationẽ, quare verbũ (quasi) sit ap-
positum in hoc tex. & dicit, ꝙ inde est, quia nõ cuilibet
indistinctè accusare permittit vtpote cum mulieres ex
cipiant, quæ vel coniunctione vel pietate nõ ducũtur:
Ias. reprehendit quia hac ratione omnia iudicia publi-
ca non essent publica, cũ, & mulieres ab accusando re-
pellantur exceptis paucis l. i. ff.de accu. Adde ꝙ si reci-
pimus receptũ ab omnibus glossema in tex. videlicet,
Hoc est omnibus patere apparet hanc exceptionẽ non
impedire, quin dicat publicum. Io. Fab. dicit, & ideo di
xit (quasi publicam) quia desistens ab accusatione non
incidit in S.C.Turpil.l.i.§.suspecti.ff.ad Turpill. Sed gl.
ibi, vt dicit hic Ias. respondet, ꝙ illud fauore pupillorũ
introductum est, vt plures sint accusatores, nec deter-
reantur à pœnis senatusconsulti Turpil. quam solutio-
nẽ sequit Imo. in d.l.i.col.3.ff.de publi.iudi. tandem oẽs
confugiunt ad doctrinã Bar. in d.l.i.ff.de publ.iudi. Mi-
hi vr̃ n primis, ꝙ hæc consideratio cesset ex eo, ꝙ Tri-
bonianus nõ dixerit, quasi publicam, sumpto argumen
to à crimine vel iudicio: videmus.n.ꝙ Theophilus hic
simpliciter dicit publicam, vnde cessant tot difficulta-
tes. Potest etiam dici, ꝙ in casu suo doctrina Bar. vera
sit, sed ꝙ sumus in diuerso casu, nam videtur ꝙ aliud sit
dicere, hoc est publicum crimẽ, vel publicum iudiciũ,
& aliud hæc est publica actio vel accusatio, siquidem
dicitur publicum crimen vel iudicium illis modis, qui-
bus dicit Bar. in d.l.i.& sequuntur Doct. hic, vel si mauis
vt declarat tex. in d.l.i. sed publica actio, vel accusatio
ꝓpriè dicit hoc respectu, ꝙ omnibus plerunq; datur,
sicut etiam hoc respectu publica dicuntur iudicia. j. de
publi.iudi.in prin. vnde non inconuenit, vt voluerit tẽ-
perare Imperator significatum huius verbi (publica) cũ
dictione (quasi) eò, ꝙ non omnibus indistinctè compe-
teret, nec propriã publica esset, & ex vtilitate publica
omnibus tributa. Preterea in alio potest videri vis, quia
iudicium publicum potest considerari, ꝙ dicatur publi
cum respectu nominis & respectu substantiæ, differunt
enim quid rei, & quid nominis. Quò ad substantiam
ea dicuntur publica, quę habent qualitates, de quibus
in l.i.ff.de publi.iudi. si quærimus postea quare dican-
tur publica, & sic quod nominis, & dicuntur vt hic di-
citur, & in §.i.j.de publ. iudi. Concludo igitur dictam
esse publicam, quia omnibus datur, ideo autem adie-
ctum esse (quasi) quia publica est hoc respectu, ꝙ om-
nibus patet, sed quia non descendit ex aliqua lege, vt
oportet, vt sit verè publica d.l.i. de publi.iudic. meritò
dicta est quasi publica, non autem simpliciter publi-
ca, & hanc puto esse veritatem, si verbum (quasi) con-
siderandum sit.
In glo.in ver.procedunt. Ampliat gl. etiã si huiusmo
di mulieres impudicæ sint, qua ratione, glo. non dicit:
credo ergo, quia videt extraneas ita demũ admitti, si nõ
verecundię terminos egrediantur, quasi velit lex aduer-
sando nominatas admitti, ẽt si egrediantur: sed aduersa-
tiua illa (sed & si) aduersat in hoc, ꝙ ille pietate necessi-
tudinis moueantur ad accusandum & postulandũ, alię
verò pietate simplici, ꝙ generali, de pudicitia.n.& im-
pudicitia nihil hic agit: quia verba inferius posita hunc
[illegible], ꝙ [illegible] mulier sit, quæ propõsa pie
tate in pupillos ex officio.s.prodeat ad accusandũ non
inuerecundè, nec præter honestatem sexui congruen-
tem, nec ex alia causa quàm pietatis inducta, nõ ꝙ mo-
ribus ipsa & pudicitia egregia sit: non enim considera-
tur qualitas, nec attenduntur mores mulieris, sed quo
affectu curatur, & sic ampliatio glo. non videtur perti-
18 nens. Ex authoritate tamẽ ipsius secundum Docto. hic
notandum est, ꝙ mulieres coniunctæ, & hic expressæ,
quamuis impudicæ sint, admittuntur ad accusandum,
19 quod posset cõfirmari ex eo, ꝙ talias videmus etiã me-
retricem ad accusandũ admitti in graui crimine simo-
nię, vt est glo.6.q.i.in prin. per tex. in c.Tanta. de simo.
Sed aduerte, quia ante loquimur de impudica muliere,
& ista non vr̃ dubiũ, quin tanquam criminosa repellen-
da sit.l.palàm.§.j.ff.de ritu nupt.c.Vidua.34 distinct. aut
20 loquimur propriè de meretrice, & dico ꝙ neq; ista de
bet admitti ad accusandũ, quia nisi in lege nominatim
exprimatur, talis persona non admittitur ad aliquẽ legi
timum actũm, vt est glo.fin.in d.c. Tanta.de simo. con
iuncto illo tex. vt declarat Anto. de Butr. & Io. de Ana.
ibi, q volunt, ꝙ nisi specialiter à lege ei hoc permittat,
vt facit tex. in d. cap. Tanta. qui generaliter loquitur in
quolibet crimine, & specialiter postea disponit vlte-
rius de meretrice, non veniat.
In ea.gl. ibi, Secus in alijs accusationibus, Dicas hoc
verum regulariter.l. Qui accusare l.i.l. 2.ff. de accu.rñ
pro qualitate criminis aliquando admittuntur d.l.2. itẽ
si suam, aut suorum iniuriam persequantur d.l.i. ff. de
accu-

accusatio.& in aliquibus aliis casibus prosequitur glo. in d.l.Qui accusare.in princi.& latius Saly.in d.l.De crimine.C.quia accusa.

In ead.glo.ibi, Sed contra.Dic ꝙ solutio glo.non est bona, quia illa in quolibet iurante in litem haberet locum,& si dař parti,multò magis dař tertio, cùm tamen nemo in causa sua iudex esse possit, nec sibi quisquam ius dicere debeat.l.Extat.quod met. cau.nec minus valét ratio glo. in d.§. Sed nec. quòd in infinitum iuraret, quia illa militaret etiā, quando mater esset tutrix.& tń tunc admittitur, vt declarat ibi Bar. vnde vera ratio est differentiæ,ꝙ ideo nō permittitur iuramentū illud matri,quia illud iuramentū non defertur,nisi domino, vel quasi domino.l.Vulgò.ff.de in litem iuran. vbi omnes, & ideo matri non defertur, quando non est tutrix, at quando tutrix est, quia tunc censetur quasi domina in rebus pupilli non vt mater, sed vt tutrix, ideo tunc ei datur,ita declarat Bar. quem omnes sequuntur,vt dicit ibi Ias.in d.l.Videamus.in princi.

In glo. Perpensa. Legendum (propensa) vt dixi, nam non benè conuenit intelligere perpensam pietatem, cùm perpendere propriè sit diligenter considerare, & perpensum diligenter consideratum, at propensum dicimus vehementer inclinatum.

Quęrit iuxta istum tex.Ange.an quando extranea accusat,teneař subscribere, vt dictum est s̄.in prin. huius tituli, & concludit coniunctas mulieres non teneri. l. De crimine. C.quia accu.in cęteris verò extraneis dicit communem opinionem legistarum esse,ꝙ teneanř,canonistarum verò ꝙ non teneantur. Mihi videtur quòd Docto.in d.l. De crimine. se torqueant non necessariò, ille enim tex. clarus est, quòd in illis casibus,in quibus mulier admittitur ad accusandum cōtra regulam iuris ex permissu alicuius constitutionis aut legis,tunc non teneatur subscribere,& ita tenendum est iudicio meo, alii enim intellectus traditi per glos. & Docto. ibi violant illum tex.

## §. IMPVBERES.

1 *Necessarij qui dicantur.*
2 *Impuberes non admittūtur ad accusandū suspectū tutorem suum.*
3 *Impuberis iudicium imbecille,& de hoc plura.*
4 *Pupillus repellitur à testimonio,& à testando,nec ingratus iudicari potest.*
5 *Adultus potest postulare curatores suspectos & quomodo.*
6 *Consilium an omnino sequendū sit ab adulto postulāte suspectos tutores.*
7 *L.Impuberibus.ff.de suspect.tuto .emendatur.*
8 *Consilium requisitū in aliquo actu an & quādo sequēdum sit.*
9 *Iudex quāuis non teneatur sequi consiliū sapientis,fallit,nisi causa delegata esset inhabili, uel non habenti plenitudinem intellectus.*
10 *Parentes.i.consanguinei.*
11 *Parentela pro affinitate.*

Diuidi pōt in duas partes, in prima ponitur regula negatiua,in secunda affirmatiua: secunda ibi,puberes autem.

Impuberes accusare tutores suos non possunt,puberes sic de consilio coniunctorum h.d.ex l.Impuberibus.ff.eod.

Casus in tam notissima regula non est figurandus.rationem tamen dubitandi excogitare possumus ex superioribus,cùm videamus alias inhabiles ad accusandum admitti ad postulationem hanc fauore pupillorum: nimirum poterat videri, vt pubertati saltem proximus haberet hanc potestatem saltem consilio necessariorū,vt tutores suos suspectos posset postulare, cuius cōtrariū deciditur,vt hoc impuberibus non permittatur:habuerunt enim leges suspectam infirmitatem iudicij illius ætatis & noluerunt,quòd impuberes leuitate illius ętatis inducti admitterentur ad accusandum, qui facilè ad accusandū tutorem procederent, vt se ab illius potestate liberarent, qui forsan desiderijs suis puerilibus nō obsecundaret,sed magis occurreret.In adultis verò, quia firmior est ætas, voluerunt admitti eos,consilio tamen necessariorū, quorum interuentus ideo exigitur, vt suppleat infirmitatē ingenii,& ne leuibus causis adolescens prorumperet ad accusandum:siquidem non existimauerunt intra necessarios consilium accommodaturos esse, nisi accusatio è re sit adolescentis argumento eorum, quæ dicuntur in l. Transactionem. C.de transacti.

1 In tex.ibi,Cōsilio necessariorū.Quamuis† alias necessarii dicantur non solùm,qui affinitate iunguntur, sed qui vinculo amicitię quodam astricti sunt, quo modo etiam tex. nostrum intellexit Accursius in l. Impuberibus.ff. eo. & apud Latinos etiā authores ita hoc verbū quandoq; vsurpatum reperiatur,vt Cice.pro.P.Quint. Vnus (inquit) fuit affinis socius necessarius Sex. Næuius.Et alibi : M.Cassius hō mihi maximè necessarius. tamen(vt Gallus Aelius declarauit)necessarii sunt propriè qui aut cognati aut affines sunt, in quos necessaria officia conferuntur pręter cęteros, vt refert Festus, & ita est propriè locus hic, & in d.l.Impuberibus. intelligendus, vt non amici aut alias affectionis vinculo coniuncti necessariorū appellatione veniant, vt consilium pręstent in tutoris postulatione ab adolescēte faciēda, sed tantū coniuncti sanguine, qđ suadent verba Theophili hic,qui verbū illud exponit:dicit enim. [illegible] curatores suos accusare possunt [illegible] tamē necessariorū suorū,veluti cognatorum, & qui per affinitatē iis coniunguntur. Ita etiam alibi exponit Imperator in l.Quamuis adulterij. C.de adulter.Quamuis(inquit) adulterij crimen inter publica referatur iudicia,quorū delatio in cōmune omnibus sine aliqua legis interpretatione conceditur,tamen ne volentibus temere liceat fœdare cōnubia.proximis necessarijsq; personis solummodo placet deferri copiam accusandi, hoc est, patri, fratri,necnō patruo & auunculo, quos verus dolor ad accusationē impellit. Et hoc modo vsurpat etiā Vlpia. in l.Affectionis. ff. de dona. ibi,Honestæ erga benemerentes amicos & necessarios. Vtilitas autem huius declarationis maxima est, incertitudinem remouemus, an amicorum sit satis consilium, vel coniunctorum requiratur.

2 Not. primò, quòd impuberes † non admittuntur ad accusandum de suspecto tutores suos,cōcordat d.l.Impuberis. rationē assignaui in figuratione casus propter leuitatem iudicii & intellectus impuberis, & propter grauitatem actionis,siquidem eam ætatem noluerūt leges habere nec velle,nec nolle,nisi cū authoritate tuto-
3 ris.l.Pupillus.ff.de reg. in.in. tali.n.ætate † impubes nec scire, nec discernere potest quid vtile, quid inutile sit eidem. l. Pupillus.ff. de acqui. hære. & adeò est infirmū eius iudiciū, vt consilij capax non sit.l.More. §.fi.ff.de acqui hære. nec stabilem mentem habet. l.fi.C.de testa.
4 mili.qua ratione† etiam repellitur à testādo.§.Præterea. J.quib.non est permiss. fac. testa. item à testimonio l.3. §.Lege Iulia.ff. de testib. nec vt ingratus existimari potest l.fi.ff.de manu.vindic.cum simılib.

5 Secundò no. ꝙ† adultus potest suspectos facere cura-

rores

tores suos cōsilio necessariorum suorum, de ratione dictum est supra in figuratione casus, quòd hoc ideo sit, quia quę cū tali consilio fiunt, præsumunt à lege vtilia ipsis pupillis, & ab eis abesse omnem deceptionem. d.l.Transactione.C.de transact.vbi omnes Doct.notát.

Tertiò not. quòd quamuis adultus nō possit ꝑ alio postulare, nisi 17. annum excesserit, tamen vt primùm excessit 14. poterit tutorem suspectum publicè postulare pro se, siquidem olim iudicia & accusationes in primis institutæ fuerunt ad exercendum eloquentiæ studium, & animorū egregiam contentionē vt Cic.lib. 2. Offic.inquit, & Budæ.obseruat in l.j.ff.de sica.

6 Quartò not.ibi, Ex consilio. quòd † per hanc dictionē dubitant Doctor. in l. Impuberibus.ff.eod. & in l.j.§.Si plures.ff. de exerci. post Bar. an teneatur sequi omnino adultus hoc consilium, & fuit obseruatio Mar.Sylli.de
7 dictione(de) & dictione(ex). Vos in † primis dicatis, q̄ in l. Impuberibus. non adest dictio (ex) dicitur enim in emendatis codicibus simpliciter, Consilio suorum necessariorum id faciant.ita quòd cessat prædicta ponde-
8 ratio, tamen aduertendum † est, vt dicit Bar.in d.§.Si plures. col. 3. quòd quando consilium exigitur in aliquo propter infirmitatē iudicij, vt in casu nostro, tunc semper ille, qui consilium alterius adhibere debet, tenetur illud sequi, & ita procedit tex.noster, & ita eū declarat Bar. ibi, quia quando adhibetur & adijcitur ei, qui non habet plenum intellectum, vel ratione ætatis, vel infirmitatis, vel prodigalitatis, aut simili, tunc consilium illud requisitum exigit etiam cōsensum, aliàs enim consilium nihil operaretur, ita est glos. in c. Venerabili.de offi. deleg. & declarat Bar. in d.§.Si plures.col.3.nu.13.
9 & vers.Vt ergo liqueat.Ex quo † alibi infert Dec.in c. Si pro debilitate.col.6.vers. Tertiò prædicta conclusio limitatur.de offic. deleg. quòd quamuis alias iudex non teneatur sequi cōsilium sapientis requisitum à statuto, tamen si causa sit delegata alicui inhabili, & qui nō habet plenum intellectum. vel plenam doctrinam, tenebitur sequi consiliū per doct. Dec. in d.§.Si plures. & per textum nostrum: nam quando statutum prædictum est in loco, vbi communiter iudices sunt ignari literarum, intentio statuti videtur ea fuisse, vt illud sequi iudices teneantur, vt dicit Dec.ibi, vbi videndum. Quòd si nolint consentire coniuncti vel non sint præsentes, puto, si sint absentes, iudicem adeūdum, qui ex iniuncti sibi officij religione supplebit, & ex officio receptis informationibus cognoscet l.3.§.Præterea.l.fi.ff.eod.si verò sint præsentes, & contradicant, puto nihil aliud faciendum, cùm non præsumatur è re adolescentis: benè verum est, quòd si iudex reperiret ipsos malitiosè consensum adhibere nolle, & tutores suspectos esse, poterit eos remouere, vt habetur per Ang. hic post Bar. in l.Si cùm dotem.§.Eo autem tempore.ff. solu. matr.de quo videnda sunt quæ ponit Bart. in d.§. Si plures. col. 3. & Deci.in c.Ex parte.col.2.de consti.

10 In glo.j.Est expositiua, & † intelligas parentū, id est, coniunctorum & affinium, accepit enim glo.iuxta vulgarem significationē, qua parentes appellamus omnes nobis cōiunctos aliquo necessitudinis vinculo, in quo significatu accepit Salust. cùm dixit, Parentes abundè habemus.loquens de Romanis, idest, consanguineos & eiusdem gentis, vnde verbum (parentela) ductum est, quod legitur apud Iulium capitolinum in Gordiano, & emanauit postea significatio hæc ad nos, vt patet in 2. 3. q. 5. vbi parentes appellantur consanguinei, & ibi
11 Archidi. Et quòd parētela † pro affinitate accipiatur, docet Card.in Clem.i.§.fi.de iureiu.est enim hoc frequentissimum apud Cano.c.fi.qui cleri.vel vouen.in c.Causam matrimonij.de offic. delega. in capit. Fraternitatē. vbi Abba. in 2. notab.de sepul. Et q̄ parentes pro agnatis accipiātur, est text.vbi hoc notat Bal. in c.i.quemad. feud.ad fil.pertin.& in statuto ita interpretatur Alexan. cons.89.Circa primū .col. fi.lib.6.& idem Alex. in cōs. 222.Ponderatis.col.pen.eo.lib.vers. Nec etiam d.matr. & est alius tex.in c.2.de consue. recti feu.in qua significatione etiam vsus est Lampridius in vita Alexandri, & obseruat Alex.de Alex.lib.1. Dierum genia.ca. 15.in fi. Et Cic. l'bilid.5.Nullę excusationes sunt, meus amicus est: sit patrię prius: meus cognatus est, an potest cognatio propior esse, quàm patriæ, in qua etiam parētes continentur? & Teren.in Hecy.si Donato eius interpreti credimus. Et ad statuta de parentibus rebellium infert Ang. in §.Oeconomis.in Auth.de alie.& emphy. seq. And.Sicu.in repe.l.Cùm acutissimi. colum.50.ver. Quid si testator dixerit.C.de fideicom.Ias.in l.Quique, §.Prætor ait.ff.de in ius vocan. Alcia. in l. Appellatione parentis. ff. de verb.sign.Quos autem complectatur verbum (parentela) declarat Soz.consil.37.Viso.lib.3.Alex. in consi.225.Ponderatis.col.2.lib.6.

## §. SVSPECTVS AVTEM EST.

1 *Fidei appellatione uenit bona.*
2 *Fides mala perfidia appellatur.*
3 *Suspectus dicitur, qui non ex fide tutelam gerit.*
4 *Suspectus quis nō ideo minus dicitur, quòd soluēdo sit.*
5 *Pauper, si fidelis sit, non est suspectus tutor.*
6 *Suspitionis iustæ causæ in tutore.*
7 *Tutor potest remoueri ut suspectus, etiam antequā incipiat gerere, & qualiter hoc intelligatur.*
8 *Secundum, hæc dictio exponitur idest pro, uel in fauorem.*
9 *Tutor nō pōt remoueri ut suspectus ex hoc solo, quòd malè uersatus sit in alia tutela.*

Diuiditur in duas partes, in prima ponitur quædam quasi descriptio suspecti tutoris, in secunda dicitur, quòd etiam antequam gerere incipiat, potest vt suspectus remoueri: secunda ibi, Sed & antequam.

Suspectus est qui non ex fide gerit etsi fuerit soluendo, & antequā gerat, remouetur quis, vt suspectus h.d.

Casus ita videbatur figurari posse, quod dubium faceret in prima parte, quòd tota hæc postulatio sit introducta, vt magis consultum sit indemnitati pupillorum, vnde quando quis est soluendo, videtur quòd nullum sit periculum, cùm siquid nō ex fide gestum fuerit per tutorē, omnia postea repetentur actione tutelę, & cùm sit soluendo, nullum est futurum pręiudicium pupillo, cuius contrarium dicitur, quia melius est auertere damnum ipsis pupillis, quando constat aliquem non ex fide tutelam gerere, quàm expectare, vt iudicio tutelæ litibus, & quæstionibus vexatus consequatur postea quod sibi debetur. In secundo autem dico poterat dubitari quomodo esse posset, quòd quid, antequam gereret, remoueretur: nam videmus, quòd etiam si in bonis pupilli sit dolo versatur, antequā tutor esset, quod magis est, omnino non agitur suspecti tutoris postulatione, quia delictum præcessit tutelam, ita est tex.in l. 3.§. Nunc videamus.in vers. Quòd siquid admisit. ff.eod.q̄ si etiam intercepit res pupillares, & nihilominus non agitur suspecti, quia tutor non erat, quantò minus non remouebit vt suspectus ex ijs, quę gessit, vel in alia tutela, vel aliter ex quibus possit suspectus iudicari: quo tamen non obstante dicitur contrarium ex sententia Iuliani confirmata imperialibus constitutionibus ratio-

autem

autem ea est; quia quoties præmissis monitionibus tu-
tor pertinaciter gerere non vult, siue id ob ignauiam,
siue ob negligentiam, siue propter dolum faciat, omni
no remouetur, vt inferius latius declarabitur in notabi
libus & in glos.

In tex. ibi, Ex fide. Ineptè Accur. hic supplet (bona,)
cùm enim nihil aliud fides sit, quàm commendatorum
fida obseruantia & executio, vt declarat Dona. in And.
illud dicitur ex fide geri, quod geritur secundum quòd
obseruare, & facere, & exequi decebat & oportebat,
& secundum sinceritatem, prout alibi translatè vtitur
,, Plin. hoc verbo in Episto. dũ inquit, Nec ipse tibi plau-
1 dis, & ego nihil † magis ex fide, quàm de te scribo. fidei
enim verbũ bonã semper significat l. j. ff. de cõsti. pecu.
2 in prio. mala enim perfidia † appellatur, vt de vtroque est
tex. in l. 1. §. Eum tamen. ff. deposi.

3 Not. primò, quòd iste dicitur suspectus, † qui non ex
fide tutelã gerit, tunc enim eum moribus esse talem di-
cimus, vt meritò suspectus existimari possit. l. Suspectũ.
ff. eo. siue hoc fiat secordia, aut culpa, siue dolo, satis est
illum, non, vt oportet, administrare.

4 Secundò not. quòd † nõ per hoc minus dicitur suspe
ctus, qui tutelã non ex fide administrat, si soluendo sit,
quinimò & si satisdationem etiã offerat. §. Nouissimè,
j. eod. attendunt enim leges animum tutoris, & hoc est
quod dicitur, Qui moribus talis est. Mores enim & ani
mus tutoris attenditur, non autem diuitiæ: & hinc est,
5 quòd pauper, si fidelis sit & diligens, † nõ habetur vt su-
spectus ex sola paupertate §. fi. j. eo. vbi dicetur.

Tertiò not. qđ dicit in toto summario iterum, videli
cet quòd qui non ex fide administrat, quamuis sit diues
6 & soluendo, remouetur: causas † autẽ enumerat textus
in l. 3. §. Nunc videamus. ff. eo. scilicet si vel dolo versa-
tus sit grassando in tutela, vel si quid sordidè aut perni-
ciosè pupillo egit, vel si quid ex bonis pupillaribus in-
tercepit: idẽ, si res prohibitas alienari sine decreto di-
strauit, & hoc per fraudem fecerit d. l. 3. §. Seuerus. ff.
eo. ad idem text. in l. Quoniam hæ. (alias incipit, Hæ
enim). ff. eod.

7 Quartò not. quòd † etiam antequam gerere incipiat
tutor, potest remoueri vt suspectus: & quia circa hoc
variè se torquent Doctores, dic paucis ex mente iuris,
quòd aut agimus, an quis possit postulari suspectus, vt
puniatur ex causis à iure permissis, & dico, quòd ante-
quam gerere incipiat, non potest postulari, & ita intelli
gendus est text. in d. l. Quoniam hæ. in §. fin. eod. tit. dũ
,, dicitur, Qui nihil gesserunt non possunt suspecti po-
,, stulari. si verò agimus, an possit postulari suspectus, vt
remoueatur, & si quid dolo fecerũt, possunt ob ignauiã,
vel dolum remoueri: & hoc est, quod dicitur in d. l. Hæ
enim. statim, dũ tex. subdit aduersatiuè, Verùm ob igna
,, uiam, vel negligentiam, vel dolum (si dolo fecerunt)
,, possunt remoueri. benè verum est, quòd hoc non est
statim faciendum, sed considerandũ est, quòd quousq;
tutores nesciunt se datos, nullum eorum vertitur præiu
dicium. l. Quidam decedens. §. fin. cum. l. seq. de ad-
mi. tuto. l. 2. C. de peri. tuto. at statim, quòd nouerunt se
datos tutores, periculum tutelæ spectat ad eos d. §. fi. &
d. l. 2 & est tex. in proposito in l. 2. C. eo. titu. ibi. Curato-
,, res suo periculo, quantò tardius ad eos tutela transfer
,, tur, cessant. quòd si appareat & probari possit ipsos hoc
facere in fraudem, puto ego, quòd nihil aliud expectan
dum sit, sed sint remouendi vt suspecti, & ita intelligi-
tur l. 2. C. eod. Sed quoniam quandoque hoc non po-
test apparere, quòd fraude cessauerint, & opus est admi
nistratione & gubernatione pupillis vel adultis, ne in
aliquod discrimen aut damnum incidant, cùm melius
sit (vt dicebam) damnum anteuertere, & tunc debent
adire prætorem, qui strictioribus remedijs adhibitis de
bet cogere administrare. l. præses. C. eo. titu. facit §. fi.
ĩ. de satisda. tuto. & cura. quòd si perseuerent adhuc in
eadem contumacia, possunt suspecti postulari d. l. præ-
ses. in fin. & ita puto resoluendam esse hanc materiam,
& concordandas leges, quæ videbantur pugnare inui-
cem, nam aliæ distinctiones Doctor. imperfectæ sunt,
nec benè soluunt contraria, vt in ll. videbimus.

Quintò not. ibi, Et secundum eum constitutum est.
8 quòd ista dictio (secundum) exponitur, † idest, pro,
vel in fauore, & iuxta eius sententiam. Eodem modo
dicitur, iudicatum fuit secundum Sempronium idest,
quod nunc dicimus, lata fuit sententia in fauorem Sem
pronij: ad idem est tex. in l. Sciendum. ff. qui satisd. co-
,, gan. ibi, Deinde secundum te esset iudicatum. & Vl-
,, pia. alibi, Et post edictum secundum præsentem iudica
,, bitur ac si præsens esset: id quod etiam expressit Cice.
,, Actio. 4. in Ver. cùm inquit, Vtatur instituto suo, nec
,, cogat ante horam decimam de absente secundum præ
sentem iudicare.

In glo. in ver. Remoueri. Dum in principio dicit,
quia forte in alijs tutelis malè versatus sit l. 3. §. Si au-
9 tem. ff. eod. ego existimo † glo. malè dicere, nam non
potest remoueri suspectus ex hoc solo, quòd ante ad-
ministrationem in alia tutela alterius pupilli malè ver-
satus sit, quod probo à maiori: si enim ante susceptam
tutelam tutor intercipiat bona pupilli; clarum est,
quòd quia delictum tutelam præcessit, non potest ex
hoc remoueri d. l. 3. §. Quòd si quid admisit. ff. eod.
vnde multò minus si dolo versatus sit in rebus alterius,
cùm possit magis affici huic quàm illi. nec textus in d.
§. Si autem. obstat, nam ibi appellat aliam tutelam ean-
dem, quæ fuerat interpolata, videlicet, quia fuerat da-
tus vsque ad certum tempus, & desierat esse tutor, &
postea adueniente alio tempore iterum fuit tutor, nam
quamuis ibi non respondeat Iurecoosultus. q. proposi-
tæ, satis patet decisio d. q. ex subsequenti [illegible]
Quòd si quis tutor ita. vbi assignat Iureconsultus hanc
rationem, quòd quamuis fuerit interpolata tutela ex ac
cidenti aliquo temnore. tamen si deficiat, qui eum con
ueniat iudicio tutelæ, poterit vt suspectus remoueri,
quasi vna tutela sit habens interualla, sed si simus in tu-
tela penitus separata, proculdubio teneo, quòd ex hoc non
possit suspectus postulari.

Dum verò glo. subdit remoueri, sed non accusari,
si glo. intelligit accusari criminaliter, benè dicit, sed ali
ter, malè, quia & postulari & remoueri potest. l. 2. & l.
3. C. eod. ibi. postula. &c.

Alia solutio, quòd non possit accusari ex verbis le-
gis 12. tabul. sed benè ex sententia, nihil valet, quia quo
modocunque suspectum iubebit L. 12. tabu. remoueri,
vt dictum est. s. eod. in princi.

Alia solutio glo. quòd pro culpa ante administratio
nem non accusetur, pro dolo sic, similiter est contra
tex. in d. l. Hæ enim. ibi, Verùm ob ignauiam, vel negli-
gentiam. & ista responsio non habet saporem. Docto.
hic & in d. l. 2. C. eod. communiter tenent opinionem
Bar. & eius distinctionem in d. §. fi. quam distinctionem
latius extendit Salv. quem more suo transcribit Ange.
hic: tu dicas, vt dictum est ĩ. in notabilibus, quia il
la est veritas.

## §. SVSPECTVS AVTEM REMOTVS.

1 *Tutor ob dolum remotus sit infamis.*
2 *Dolus ex coniecturis probatur, & quare.*
3 *Dolo uersari quando dicatur tutor.*
4 *Famosus accipitur in malam partem, aliquando tamẽ in bonam.*

Famosa

5 *Famosa actio quæ dicatur.*
6 *Tutor remotus ob culpam non fit infamis.*
7 *Tutor ut fiat īfamis, an exigatur q̀ in postulatione suspecti in sententia exprimatur dolus.*
8 *Sentẽtia præsumitur lata ex causa cõtenta in libello.*
9 *Patronus ob dolum remotus an sit infamis.*
10 *Tutor remotus quando fiat infamis, & quando non.*
11 *Missiones militum qualiter fiant, & an, & quando infament.*
12 *Tutor non tenetur nisi de leui culpa.*
13 *Culpa lata duplex est.*
14 *L. Hæ enim. § fi. ff. eodem declaratur.*
15 *L. Magna. ff. de uerb. signi. declaratur.*
16 *Culpa lata quę dolo æquiparata est, & quando.*
17 *Culpa lata non æquiparatur dolo, ubi lex expressè exigit dolum.*
18 *Infamis de facto repellitur à testimonio.*
19 *Ignorantia iuris latæ culpæ ascribitur, & quando.*

NOn diuiditur. Remotus ob dolum infamis fit, ob culpam non. h. d. ex l. fi. C. eod.

Casus in tam naturali regula non est figurandus aliter, cùm nulla ratione dubitari possit, quin merita laboret infamia ille, qui pupillum fidei suæ commissum dolo spoliet. Huius rei grauissimam affert rationem. M. Tullius in Oratione pro Roscio Comæ. Siqua enim priuata sunt iudicia (inquit) summæ existimationis, & penè dicam capitis, tria hæc sunt, fiduciæ, tutelæ, societatis: æquè enim perfidiosum & nefarium est fidem frangere, quæ cõtinet uitam, & pupillum fraudare, qui in tutelam uenit, & socium fallere, qui se in negotio Cu[illegible]rit. Ideo igitur qui dolosè egit remotus famosus fit, si uel[illegible] quia ea est lęsio quędam per imprudentiam, & quand[illegible] euenit pręter animum lędentis, sed uel eius negligentia, aut simplicitate, non fit famosus, cum non conueniat puniri hac poena eũ, qui improuidè & pręter animum lęsit. l. j. C. si aduer. delic. l. 3. § fin. ff. eod.

1 No. quòd remotus propter dolum† fit infamis, concord. tex. in l. fina. C. eod. & rationem adiunxi proximè in figuratione casus, in quo aduertendũ est, quòd quia dolus extra non apparet, neque nos animum aliorum penetrare possumus (hoc enim soli Deo notum est) necesse est dolum cognoscere ab effectu, quemadmo-
2 dum arbor† ex fructibus. Et ideo dicimus dolum ex coniecturis & indicijs probari. l. Dolum. C. de dolo. signa enim exteriora animum indicare solent, qualis sit.
3 §. Serui. infrà de rerum diui. Quoties† ergo tutor machinatione aliqua, aut fallacia utitur ad decipiendum & circumueniendum iuxta l. prima. § j. ff. de dolo. tunc semper dicitur dolo facere & esse in dolo, ueluti si euidens damnum pupilli euitare noluerit, aut apertum commodum sequi. l. 2. l. 3. C. de suspec. tuto. l. 3. §. Is tutor. ff. eod. uel si impediat aut distrahat animum alicuius à benefaciendo ipsis pupillis argumen. l. Si legatarius. ff. de dolo. si in rebus pupilli grassetur. dict. l. 3. §. Nunc uideamus aut palàm in usus suos uertat, ut ibi dicitur, si solus alienet ea, quæ sine decreto alienari non possunt. l. i. §. Seuerus & Anto. si latitet, ne pupillo decernantur honesta alimenta non tantùm ad eum alendum, sed ad instituendum moribus & doctrinis, aut præsens falsò contendat non esse unde decernantur. j. eod. §. Siquis tutor. si corruptis ministris prætoris aut aliter per corruptionem adeptus sit tutelam. d. l. 3. §. Tutor qui ad alimenta. & plures alios casus elicere poteris ex dic. l. 3. §. Tutores qui repertorium. & alibi pluries.

4 Secundò no. ibi, Famosus est. quod uerbum (famosus) accipitur in malam partem pro infami, ita famosum iudicium appellauit Vlpian. in l. i. j. de postula &
5 famosa actio, quę† condemnato infamiam irrogat. Vlpian. in l. Furti. ff. de iis qui not. infam. ibi, Sed si furti uel aliis famosis actionibus quis condemnatus prouocarit, pendente iudicio nondum inter famosos habetur, & in l. prima. ff. de dolo. Quoniam (inquit) tam famosa actio nõ debuit temere a prætore decerni, & Paulus in l. Sabinus. ff. de dolo. Deniq. famosum non fieri. In quo significatu accipiebãt etiam Latini authores, & est apud Cice. lib. 2. de Orato. Nam me (inquit) ad famosas uetuit mater accedere. & Sallust. largitionem famosam dixit, & in hoc significatu frequentius à Iureconsultis accipitur. l. 3. §. i. ff. de offi. præfec. vigi. l. Famosi. ff. ad L. Iul. maiest. l. Capitalium. §. Famosos. & l. fi. de pœ. Imperator tamen in bonam partem accepit in Auth. iusiu. quod presta. in §. Iura quoq;

6 Tertiò no. q̀† remotus ob culpam non fit infamis, concor. tex. in l. 3. §. fin. ff. eod. in l. fina. C. eod. Qui igitur ob animi segnitiem, rusticitatem, inertiam, simplicitatem, inopiam, vel ineptiam, remotus fuerit, integræ est æstimationis, & multò magis si læsit casu, tamen culpa præcedente casum, secus si dolus præcessisset. l. Capitaliú. §. Incendiarii. ff. de pœn. l. Si seruus. §. si fornacarius. ff. ad l. Aquil.

7 In glo. prima. Vult gloss. ad hoc vt suspectus † remotus fiat infamis, quòd in sententia sit expressum, quòd ob dolum remouetur, quasi uelit, quòd nisi hoc exprimatur in sententia, non efficiatur infamis. & Angel. hic supplet, vt non solùm exigatur, quòd in sententia sit expressum, sed quòd etiam expressum fuerit in libello, quòd intenderetur postulatio ex dolò tutoris. Sed aduertendum est, quòd si in libello sit expressum, in sententia autem nihil exprimatur de cau-
8 sa remotionis, tunc sententia censetur †relationem habere ad libellum & prolata ex causa contenta in petitione. l. Vt fundus. ff. commun. diui. meritò tunc efficietur infamis remotus, etiam quod in sententia nihil exprimatur, & ideo glos. non benè dixit, ut etiam latius declarabitur in sequenti glo. vbi etiam ostendetur: q̀ si iudex in sententia sua significet causam remotionis dolum esse, quamuis in libello non sit expresse de dolo facta mentio, sed tãtum petitum, ut remouetur à tutoria administratione, eò q̀ ex causis in processu probandis sit suspectus, erit infamis remotus, etiam q̀ in petitione de dolo nulla sit facta mentio. l. Hæ enim. ff. eo. dicendum ergo erit, ut dicetur in seq. glo.

9 In gloss. in versicu. Famosus. Excipit glo. patronum, quasi velit, quòd & si patronus ex dolo remotus sit, non efficiatur infamis eo, quòd in postulando eo suspecto debeamus parcere famę ipsius. §. Ostendimus. supra eod. quę opinio falsa est secundum Doctor. hic quando ob dolum remouetur in casibus declaratis per nos in dic. §. Ostendimus. & ita est de mente Bar. in l. Si tutor. ff. eod.

10 In ead. gloss. ibi, Sed quid si remouetur. † Dic tu ex mente iuris & Doctor. quod aut iudex exprimit in sententia, quòd dolo remouet, & efficitur infamis, vt hic, & in l. final. C. eod. aut expresse dicitur in sententia, quòd remouetur ob culpam, & clarum est, quòd non efficitur infamis, ut in d. locis: si uerò in sententia nihil sit dictum, & tunc si in petitione expresse dicebatur, quòd petebat remoueri propter dolum, erit famosus: si de culpa fiebat mentio, non erit, quia sententia relationem habere videtur ad libellum in dubio, & iudex presumitur moueri ex causa expressa.

dic.l. Vt fundus.ff. commun.diui.cum vulgaribus. Si
uerò in petitione postulatum sit ex utraque causa do-
li & culpę, uel ex causa generali, quia non, ut opor
tet, gerit & administrat, & quia administratio ipsius est
suspecta, cùm sic possit agi, quemadmodum in uniuer
salibus iudiciis, ut dicit Bart.in dic.l. Hę enim.ff. eo.
& his casibus fit interpretatio in mitiorem partem.l. Si
pręses.ff.de pœnis. & non erit infamis ita remotus, ita
concludit glo. in d.l. Hæ enim. & in d.l.fina.C. eod.
ubi Saly. post alios, & est uerissima distinctio, quam
tenent omnes in hac materia. Ioan. Fab. hic opponit
de l.Milites.§. Missionum.ff. de re mili. vbi si sine
ignominię mentione missus sit miles, omnino igno-
minia missus dicitur, dicit tamen soluendum esse con-
trarium ut per glo.in l.2.§.Ignominiæ causa.ff. de iis
qui not.infam.in uer. Cur miles. vt scilicet perpenda-
mus hoc ex eo, quod militi obijciebatur, & eo non ap
parente benignius interpretemur.d.l. Si præses.ff. de
pœnis.dicit. tamen Ioan.Fab. quòd huiusmodi solu-
tio vim facit illi legi, quę dicta videtur sequi Ias.hic
11 Tu dicas, quòd † sumus in longè diuersis terminis, nam
cùm tutor hic possit remoueri ex dolo & culpa, meri-
tò non expressa causa mitius interpretantur, at in mili
te, quando non indulgetur illi honesta missio, vel
quando non soluitur sacramēto propter valetudinem,
quæ dicitur causatiua missio, tunc considerandum est,
quòd talis missio fit duobus modis, verbo & facto:
quando fit uerbo, & quòd mittitur miles, semper de-
bet qui mittit addere, cur miles mittatur, unde debet
necessariò exprimere causam missionis, text.est in l.2.
§.Ignominiosa.ff.de iis qui not. infam. quando uerò
non exprimit causam missionis, sed mittit, ideo igno
minię causa mittere censetur, quia hoc fieri non po-
test, nisi quando detractis militaribus insignibus exau
thorauerit, tunc enim licet non addatur, quòd igno-
miniæ causa exauthoratur, nihilominus est infamis.d.
l.2.§.Sed & si cùm.ff.de iis, qui not. infam.& hoc est,
quod uoluit dicere text.in d.l.Milites agrum.§.Igno
miniosa. ver. Et si sine.quod non est in casu nostro,
quando simpliciter iudex remouet, quia cùm tunc pos
sit interpretari remotus ob culpam, sumpto mitiori sen
su non fit infamis, at quando detractis armis quis exau
thoratur, licet non sit adiectum, quòd ignominię cau
sa hoc facit, nihil refert, quia ipsum factum hoc de-
mostrat, non enim exauthoratio detractis armis po-
test interpretari causa valetudinis vel propter emerita
stipendia, qui tunc non exauthorantur milites, ne-
que detrahuntur illis arma, sed vel indulgetur quasi e-
meritis stipendijs honesta missio, vel soluuntur sacra-
mento propter ualetudinem, ut hæc omnia clarissimè
probantur in dict.l.2.§.Ignominiæ causa.ff.de iis qui
not.infam.

In glo.in ver.Ob culpam.Glos.exponit scilicet le-
uem uel leuissimam, & sic uult, quòd tutor possit ob
leuissimam culpam remoueri, quod falsum est, cùm
12 tutor non teneatur † nisi de leui.l. Quicquid.C. arbi. tu
to.cum simi. & hanc glos.reprehendit Bart. quem se-
quuntur omnes in l.Quod Nerua.ff. depo.in in 13.co-
lum.uersic. Decimò quæro. & in hoc omnes uno ore
consentiunt, & uerissimum est.

In ea.glo.ibi, Secus si propter latam. Glo.vult, quòd
tutor ita remoueatur propter latam culpam, sicut prop
ter dolum, eò quòd dolo comparetur per tex.in l.Im
puberibus.§. Si fraus.ff. eod. & quia Docto. hic & ali
bi satis inuolunt hanc materiam, tangam tantùm ea,
quę proximiora erunt declarationi istius loci. In pri-
13 mis quò ad intellectum † tex in d.l. Impuberibus.§.Si
fraus. considerandum est, quòd lata culpa, ut optimè
declarat Zasius in suis singularibus intellectibus cap.
2. de duplici generis, alteram ipse appellat ignauiæ,
alteram versutiæ, & satis rectè, si vt inferius declara-
bitur. Culpam ignauiæ appellat, quę negligentiam su-
pinam refert, vel vitio naturæ parum perspicacis, vel ex
praua educatione contractam, quoties nulla gerenda-
rum rerum cura, aut incondita quędam facilitas appa-
ret: culpam uersutiæ autem appellat, quæ ex improbo
proposito affectata quadam improuidentia res alienas
negligit, quoties scilicet uersutus quidam & callidus
sub velamine negligentiæ damnum dolo infert, quæ
eius distinctio verissima est, & optimè probatur in iu-
ribus per eum adductis, ultra quem probo ego per duo
iura simul iuncta in hac materia, per text. in l. 3. §. fin.
ff. eodem & per tex. in l. Hæ enim. § fina. eodem titu.
Dicit enim Iurisconsultus in d.l. iij. §. fina. quòd qui
ob animi segnitiem, uel rusticitatem, uel inertiam,
uel simplicitatem remotus est, integræ est existimatio-
nis: quamuis enim Doctor.ibi post Accursium intelli-
gant illum tex.in leui culpa, tamen mihi uidetur, quòd
segnities illa, & rusticitas, inertia, & simplicitas, cùm
deuiet ab eo, quod omnes plerunque faciunt & sciunt
latæ potius culpæ annumeranda sit. l. Latę culpę. de
verb. signifi. & est propriè lata illa culpa, quam Zasius
ignauiam appellat, facit text. in l. Regula. §. Sed facti.
ff.de iur. & facti igno. & in l. plurimum. eodem titul.
ibi, Non deperditi & nimium securi hominis. Dicitur
14 præterea in d.l. Hę enim. §. fin. quòd tutores, qui ni-
hil gesserunt, suspecti non postulantur, verùm ob igna-
uiam, & negligentiam, uel dolum (si dolo fecerunt)
possunt remoueri. Illa enim parenthesis (si dolo fe-
cerunt) respicit non solùm uerbum illud (dolum) sed
& ignauiam, & negligentiam. Quid enim uoluisset Iu-
risconsultus dicere, ob dolum remouetur, si dolo fe-
cit? sed intellexit quòd si dolo simulata est ignauia &
negligentia, ea non leui culpæ, sed latæ ascribenda sit,
quia tamen ita callidè simulata est ut uerè dolus [illegible]
possit detegi (tunc enim dolus esset [illegible] uerè dolo
factum est) ideo recessum est [illegible] nomine doli, & incidi-
mus in nomine illud culpæ latæ uersutię, ut Zasius di-
xit, que [illegible] coniecturis, qualiter scili-
cet in rebus suis soleat se gerere, & huiusmodi indi-
ciis, quibus iudicis animus informetur, uersutam fuis-
se illam magis simplicitatem & callidam, quàm simpli-
cem inertiam & rusticitatem. Scio hanc inductionem
duarum illarum legum posse pati aliquas obiectiones,
quas poterit soluere unusquisque, qui diligenter ani-
mum adiecerit. Hinc fit, quòd culpa illa lata ignauię
non ęquiparetur dolo, quia quam maximę & longissi-
mè à dolo abest: animus enim ita iners & improuidus
non machinatur ad decipiendum & fallendum, ut in
dolo exigitur. l. j.§.ff.de dolo. sed illa lata culpa, uersu-
tię dolo æquiparatur, quia leges & iudices. qui non
possunt ueris indiciis dolum detegere, non possunt (ut
dici solet) positiuè recipere illam ut dolum, sed cùm
uideatur ita dolo proxima, ut non deficiat, nisi doli no-
men, eundem effectum habere uoluerunt, quem ha-
bet ipse dolus, quia re uera dolus est, sed ita calliditä-
te inuolutus ignauiæ & inscitiæ prætextu ac simplicita
tis, ut non possit penitus obiecta quędam caligo à uer-
suto illo homine disiici & abrumpi. Et hinc dicit tex.
15 in l. Magna. ff. de uer. signific. quòd † magna negligen-
tia culpa est: ecce dissolutam negligentiam, quę uera
negligentia est, culpę adscriptam non dolo: subdit tex.
Magna culpa dolus est. ecce culpam uersutię, nō quòd
appareat uerè dolus, sed quòd uerè dolus sit uelatus ue
lo culpæ, & hoc modo declarando dicta Zasii uidetur
mihi tota hęc materia intelligenda. Vnde in primis di-
co, quòd glo. nostra malè intelligit tex.in l. Impube-
ribus.§.Si fraus.ff.eodem quia ibi non tractatur, nun-

quid

quid tutor remotus in termiois illios §. fiat infamis, amò cùm per tex. nostrum non fiat iosamis, nisi ex dolo remoueatur, & io text. illo præsupponarur dolum abesse, ibi, Si fraus admissa noo sit: meritò dico, quòd quamuis remoueatur in terminis illis ob latam oegligentiam, ab qua fraus abest, nõ possumus dicere, quòd efficiatur iosamis, nec repugnant illa verba, Quia ista prope fraudè accedit. quia non possumus intelligere, quòd accedat prope fraudem habito respecto ad culpam & dolum, quia imò tuoc (vt dixi) loogissimè distant, cùm in dolo adsit animus oocendi & decipiendi, in hac lata negligentia adsit animus iners & ineptus, & qui oullo modo, etiam si vellet, sciret decipere, sed dicitur accedere ad fraudem respectu pupilli, cui par damnum infertur ex hac negligentia ac inferretur ex dolo: quòd si ponamus latam haoc oegligentiam in homine alias prudente & callido, ea lata negligentia oon aberit à fraude, & ita puto declarari posse, quod dicit glos. hic.

Retenta tamen generali interpretatione Doctòr. circa hanc materiam, & cooiungendo dicta glos. nostræ cum glo. sequen. in fioe. vt est necessarium, distingue secundum Axonem, quem sequitur glos. sequitur & Bar. in d. l. Quod Nerua. colum. 8. ver. Azo verò circa hoc processit distinguendo. quòd quando quærimna nuoquid ad iosamiam irrogandam lata culpa æquiparetur dolo, si loquimus de iosamia, quę infertur per sententiam, lata culpa non æquipararur dolo, si de ea quæ infertur ipso facto, æquiparatur. Sed hęc distioctio reprehenditur per Zasium, eò, quia videmus, quòd in actione depositi condemnatus per seotentiam diffamatur l. j. §. Qui pro socio. ff. de ijs qui oor. iosam. & tamen ita condemnatur ex lata culpa, sicut propter dolũ. l. Quod Nerua. ff. deposi. Intellige tameo de lata culpa versutiæ, vt dicebam, quod optimè probatur in d. l. Quod Nerua. oam qui ita ioers & ignauus est, vt in rebus suis [illegible] vtatur ignauia, qua io alienis vsus est, non condemnatur, quia in eo illa lata culpa noo est dolo proxima, cùm (vt dixi soperius) absit animus nocendi & decipiendi: quòd si [illegible] eadem ignauia ac simplicitate, tunc lata culpa prope ad dolum accedit, quia est quidã dolus p̃somptus, quem tameo lex non potest agnoscere vt dolum, cùm sit iouolutus & tectus huiusmodi negligentia & simplicitate: noo placet, tamen quod dicit Zasius, quòd sit expressum, quòd tutor non solùm ob dolum, sed etiam ob latam culpam dolo proximam fiat Infamis, per texto in d. l. Impoberibus. §. i. quia ibi nihil agitur de infamia, sed de remotione taotùm, qoemadmodum etiam in l. 3. §. fioa. Vnde puto distinguendum esse ex qua lata culpa remoueator, ao scilicet ex ea oegligeotia, quam tutor io rebus suis solet adhibere, quamuis dissoluta sit, & puto tunc iotegræ existimarioois esse, quamuis per senrentiam remotus sit, vt est texs. in d. l. 3. §. fioa. ff. eodem. aut ex tali culpa & oegligentia, quam in rebus suis adhibere minimè sit solitus, & tunc quia talis ignauia & negligentia dolo facta videtur iuxta rex. in d. l. Hę enim. §. fi. meritò puto hanc eaodem iosamiæ notam afferre, quam affert dolus, quia & dolo proxima est quinimmo & dolus est, deficit enim potius doli probatio, quàm ipse dolus, iuxta. l. Duo suot Titij. ff. de testa. tute. Dum ergo glo. dicit, quòd si tutor remouea-
16 tur propter latam † culpam, videtur infamis, declara vt supra: dum verò dicit eam latam culpam dolo comparari, dicas hoc verum esse in culpa lata versutiæ & calliditatis, non ignauiæ, quia culpa ignauiæ attenta qualitate personę, de qua tunc agitur, est potius leuis, quàm lata, cùm eandem in rebus suis negligentiam adhibeat, sed quia cùm recedimus ab illo homine, huiusmodi oegligentia excedit ordioariam hominum negligentiam, igitur dici potest culpa lata, hęc (vt dixi) non comparatur dolo, sed quando est culpa calliditatis, benè tunc comparatur, & habet eundem effectum per ea, quæ dicta sunt, & probat optimè text. in d. l. Quod Nerua. Retenta tamen communi opinione, quòd lata culpa dolo ęquiparetur, glo. limitat non habere locum in criminibus publicis per tex. in l. In lege Cornelia. ff. de fica. in quo tex. in primis aduertendum est, quòd exempla posita arguunt latam culpam ignauiæ, ooo versutiæ: excedit enim factum hominis, quòd ex versutia quis ex alto se præcipitet, vt alium mole corporis sui obruat & occidat, idemque dicendum est de potatore, qui ramum deiecit & uon proclamauit, oemo enim oegabit, quòd, si hoc putator dissimulaos fecisset, teneretur etiam L. Cornelia de sicariis, puta, quia viderit transeuntem iux. tex. in l. Si putator. & quæ ibi ootantur. ff. ad l. Aquil. quod etiam probatur in l. Eiusdem. §. Item is. ff. ad L. Corne. de fica. vbi punitur quis d. l. Cornelia, eò quòd dominus sciens passus sit, & dissimulauerit se scire, quòd famila eius vim alteri io possessione fecisset, quę sola scientia dolum oon arguit, sed latam culpam versutiæ tamen. De veritate huius receptè sententię, quòd io criminalibus, præsertim quando agitur de pęna corporali, lata culpa non æquipareretur dolo, videnda sunt quæ ponit Deci. io c. 2. in prima lectu. colum. 4. in glo. fina. de consti. & io l. Io actiooibus. io gl. in ver. Culpam. ff. de io litem iur.

Secundò limitat noo habere locum io delatiooe iurameoti io litem. l. In actionibus. ff. de in litem iur. &
17 ratio huius limitationis est, quia † in delatione iuramenti lex expressè exigit dolum, quo casu culpa lata oon æquiparatur, vt est communis opinio Doctor. in d. l. Quod Nerua. Post Bart. ibi colum. 3. & io l. j. §. Non autem. siquis testa. lib. sequitur Alex. in consil. 64. lib. i. per text. in l. i. in principio iuocto. §. Siquis autem. ff. oe vis fiat ei. & in l. 2. in princip. §. Hac actione. ff. vi bo. rapto. Sed hæc limitatio falsa est, si de lata culpa versutiæ & calliditatis iotelligimus, quippe ex tali culpa fidem corruptam esse non dubitamus in deposito, in quo propter fidem ruptam iuratur in litem, l. Ei apud quem. in principio. ff. deposi. & vt dicit Zasius, quid differunt an rem depositam vero dolo interuertam, vel coooiuentibus oculis simulata negligentia patiatur auferri, cùm in meis rebus sim diligens, igitur vtroque casu iurari io litem non dubitauerim, de quo tamen videnda sunt quæ latius attigit Deci. io d. l. In actionibus. in glo. in ver. Culpam.

Succedit glos. seq. quæ connexam habet materiam coniuoctam etiam ex verbis glo. quæ primò vult damnatum ob culpam & remotum non æquè fieri infamẽ, sicut qui dolo remotus est, quia remotus ex dolo fit infamis infamia iuris, remotus ob culpam, iosamia facti.

Circa hanc glo. mihi videtur, quòd non possit oegari, quin remotus ob culpam, quę deleui intelligenda est l. Quicquid. C. arbi. tute. saltem efficiatur infamis infamia, facti, idest, quòd existimatio eius & fama laboret apud probos uiros, quòd non eam diligentiam adhibuerit in rebus pupilli & fideicommissi, quam quilibet diligeos adhiberet, & ob quam, si pupillus aliquid detrimenti passus esset, ipse conuentus & condemnatus actione tutelę infamaretur. §. Ex quibusdam. j. de pę. teme. litig. Effectus autem huius in-
18 famiæ pro facti qualitate † ęstimabitur, licet alias infamis de facto repellatur à testimonio certis casibus, vt latè persequitur Deci. in c. Licet causam. col. 6. versi. Tertiò fidei testium detrahitur. de proba.

In ead.glo. ibi, Sed videtur quòd etiam ea culpa leuir. Dicas clarum esse, quòd remotus ex culpa leui non est infamis, vt hic, & l.fi. C.eod.& quamuis ignorantia iuris non excusetur quis faciendo actũ, ex quo lex vult infamiam sequi, vt in contrario, attamen hic non dicit lex, quòd qui fecerit tale quid, infametur, si in leuem culpam incidat, sed vult remotum ob dolum infamem fieri, non est igitur culpa illa, quæ facit infamem in contrario allegato per glo. sed lex ipsa, quæ vult infamiam sequi ex actu facto & ab ea prohibito, nõ potest igitur excusare se illo casu maritus, quòd nescierit tales nuptias prohibitas esse, si factum sciuit, sed benè in casu nostro non sequitur infamia, nisi ob dolum quis sit remotus, vnde non est remotio illa, quæ faciat infamem, sed remotio ob dolum, vnde remotio ob culpam non infamat, vnde non video quid commune habeat casus
29 contrarius cum §.nostro. Quod autem dicitur, †quòd ignorantia iuris latę culpę ascribitur, declarat Bar. in d.l.Quod Nerua. si ius sit certum & limitatum. Zasius distinctius declarat. Dicit enim, quòd aut quæritur an ignorantia iuris noceat, aut quæritur an incidat in latam culpam, de primo dicendum est in lucris nocere l. Regula.§. Sed iuris.ff.de iur.& facti ignor.in damnis non æquè.l. Iuris. ff. de iuris & facti ignor. ponunt Docto. in l.iuris ignorantia.C. qui admitti.si verò quærimus an culpæ latæ ascribatur, distinguenda sunt iura, quæ enim à naturali ratione proueniunt, quæ cuiusque animi insita sunt à natura, ignorari non possunt, quin incidamus in latam culpam, & hoc est quod
„ dicit textus in l.Venia.C.de in ius vocan.Nec in ea re-
„ rusticitati venia prębeatur, cum naturali ratione honor eiusmodi personis debeatur. Eodem modo siquis ignoret ea, quę naturali ratione suadentur nobis illicita esse, & idem dicendum est, quando est ius certum & limitatum, quod tamen declarandum est, vt per glo. fin.in l.Quod te.ff.si cer.pe.quam ibi reputant singularem Saly. & Roma.& etiam sequuntur.In cæteris tenẽda sunt quæ dicit Bar. quia communiter approbantur in d.l.Quod Nerua.col.7.versi. Iuxta prędicta quæro. & videnda sunt quæ ponit etiam Doct. in l. pen. in princi. C.de pactis.

## §. SIQVIS AVTEM.

1 *Delictũ post litem contestatam morte nõ extinguitur.*
2 *Tutori postulato suspecto interdicitur administratio, quod limita numero.4.*
3 *Status controuersiam siquis patiatur, non tenetur dare nomen militiæ.*
5 *Tutore postulato suspecto an ipso iure sit interdicta administratio vel exigatur vox iudicis.*
6 *Suspecti postulatio extinguitur morte tutoris: & an hoc sit verum, quando agitur criminaliter ibi nu.7.*

Diuiditur in duas partes, prout duo decidit, in prima ponitur qualiter suspenditur administratio postulati statim ac postulatus est, in secunda ponitur, quòd si super postulato sit lis contestata, si tutor vel curator decedat postea, extinguitur suspecti cognitio, secunda ibi, Sed si.

Postulato suspecto statim ĩterdicitur administratio, & eo suscepta lite decedente extinguitur postulatio.h. d.ex l.Eum quem.C.eo.

Casus ita figurari potest, quæsitũ uit, an postulatus suspectus durante cognitione possit administrare, & videbatur quòd sic, quia si agitur vt sententia remoueatur, ea expectanda videtur, non autem ea sola accusatione remouendus, ad quid enim sententia, si sola accusatio ipsum remoueret? argum. eorum quę habentur in c.Venerabili.de offi. delega.per illum tex. vbi administratori suspecto de dilapidatione adiungit alius coadiutor, sine cuius consensu non possit administrare, contrarium tamen dicitur hic fauore pupilli, cui in primis voluit lex prouidere: videmus enim alias fauore pupillorum similiter introductum esse, quòd exceptio non numeratæ pecuniæ minoribus non currat, ne dum in integrum restitutio expectatur, aliquod emergat obstaculum, per quod huiusmodi beneficio minor vti non possit, & ne eius interim substantia subuertatur.l.j. C.in qui cau.in integ. resti. non est necess. veretur enim lex, ne irritatus tutor vel curator ea postulatione minus etiam ea fide in posterum tutelam gerat: non ergo interdicitur ei administratio, neque ea priuatur de facto, sed suspenditur fauore pupilli. Quærebatur insuper, an tutore decedente post acceptum iudicium postulationis transiret iudicium ad hæredes, &
1 videbatur quòd †sic, quia post litem contestatam crimẽ morte non solet extingui.l.j.C.ex delic.defunc. tradunt Bar.& alij in l.i.ff.de priua. delic. cuius contrarium hic dicitur, & ratio est manifesta, quia cum hic agatur, vt tutor vel curator remoueatur, si mortuus est, nec remoueri amplius potest.l.Decem.§. Decem.ff.de verb.obligation.nec interest pupilli, qui suum actione tutelæ, vel negotiorum gestorum potest consequi, extat enim regula iuris & rationibus prędictis orta, quòd quoties finita est tutela, quoquo modo illa finita sit, extinguitur suspecti cognitio, si enim iam finitum est munus tutoris, si ageremus vt ei finis imponeretur, iam actum ageremus, sed morte tutoris finitur. §.Simili modo.suprà quib.mod.tutel.fini.igitur superuacanea postulatio est.l. Post finitam.C.eod.

2 No.primò, quòd †ei, qui suspectus postulatus est, interdicitur administratio, concor.tex.in l.Eum [illegible].C.eod. ad idem tex.in l. Quòd si forte [illegible].de solu. vbi dicit, quòd interdicta est administratio, & quòd quis sciens [illegible] postulatum ei soluat, non libera-
3 tur, sicut in simili † qui status controuersiam patitur non debet interim dare nomen militię. l. Qui status. ff.de re milita.

4 Alber.de Rosa.in d.l.Eum quem.& Barto.in l.Quòd si forte.§.primò.in fin.ff.de solu limitant tex. nostrum, vt non habeat locum, quoties postulatur suspectus tutor (puta) consanguineus vel patronus, nam dicunt, quòd ex quo in omnem casum hi non sunt remouendi, sed alius curator eis adiungitur, non debet interim interdici eis administratio, ne deterioris conditionis sit ante sententiam, & tempore quo dubium est an sit suspectus, quàm postea, quę limitatio non placet Saly. in d. l. Eum quem.tñ etiam ipse vult, quòd interim in illo casu non interdicatur administratio, sed quòd interim adiungatur ei alius, ne sit deterioris conditionis ex sola datione & porrectione postulationis, quã ex sententia.

Mihi videtur, quòd hæc sententia sit penitus falsa, videlicet, quòd tex. noster limitetur iuxta text. in d.l. Si tutor. ff. eod. nam vt dixi suprà in §. Ostendimus. quoties postulandus est suspectus tutor, qui aliquo necessitudinis vinculo iungatur ipsi pupillo, tunc humanius est, vt ei petatur curator adiungi, quàm quòd petatur remoueri, quòd si postulatur remoueri, adhibebit iudex temperamentum de quo ibi, vt eius famę parcatur, sed omnino remouebit, quinimmo, vt Barto. & alij fatentur ibi, & patronus, & coniunctus potuisset ita malè gessisse & dolosè, vt etiam ei non parceretur, quinimmo & puniretur, vt dictum est. Modò si quis etiam coniunctus sanguine postuletur suspectus,

decet

decet fauore pupilli, vt ei interim administratio interdicatur ad hoc, vt pupillo sit consultum, nec ratio Bar. & Doctor. valet, quia ante probationes factas non potest constare qualiter se gesserit verè, & an sit adiungendus curator, vel an sit remouendus d. l. Si tutor. ideo nimirum, si interim lex voluit pupillis prouidere, & quòd hæc generalis prouisio extenditur etiam ad huiusmodi tutores, & ita etiam vidi seruari in practica etiam in matre postulata suspecta forsan ex cautela illa, quam tradit Bart. in d. §. j. circa quam meminerit aduocatus qui ea vtitur eum teneri, si aliquod damnum ex tali interdictione pateretur pupillus, coram Deo, iden magis sibi & conscientie suæ consulat, quàm passionibus clientum.

5 Sed nunquid sit ipso iure †interdicta, an exigatur iudicis iterlocutio? & clarum est, quòd ipso iure. l. Quòd si forte. §. j. ff. de soluti. quòd si ipsi nolint abstinere, præses iubebit abstinere. l. Eum quem. C. eodem. Intelligitur autem interdicta à die litis contestatæ secundum Angel. in d. §. j. & dicit Ange. hic, quod & verum est.

6 Secundò nota, quòd †morte tutoris extinguitur suspecti postulatio, rationem assignaui in figuratione casus, nam post finitam tutelam, quæ morte tutoris finitur, cognitio suspecti cessat. l. post finitam. ff. eodem titu. Cùm enim mors impediret iudiciū inchoari, cùm non possit vt suspectus postulari iam mortuus, ita debet casus ille idem iam inchoatam causam tollere. l. Si diuerterit. ff. solu. matri. l. fina. ff. de actio. re amo. Ista enim actio non transit contra hæredes, nisi quatenus ad eos peruenisset d. l. post finitam. ff. eodem l. fina. C. de hære. tuto. & cura. sed tunc non hac actione tenentur, sed alia, quia hæc postulatio tunc contra eos non habet locum, sed iudicium tutelæ d. l. fin. in quo videtur malè sensisse Oldendor. dum de hac postulatione loquitur classe 7. actio. j. quando agit quid sit de hæredibus.

In glo. i. Circa argumentum de prelato dicas, quòd de hoc hodie est tex. vbi Abb. post alios in c. Venerabili de offi. deleg. circa. quę multa notanter considerat Andr. Sicul. ibi, non est materia quę pertineat ad vos, qui limina iuris ciuilis vix attigistis, ego non discederem à test. in d. c. Venerabili.

In glo. Suscepta. Susceptam cognitionem, & acceptam vel cognitionem vel iudicium. l. Vbi iudicium. ff. de iudi. quamuis hæc, quomodocunque incœpta sit, extinguitur, quia finita est tutela. l. post finitam. ff. eo.

7 In glo. fi. Bar. in l. post finitam. velle †videtur, quòd si agatur criminaliter, hoc non verum sit, quia tunc remaneat instantia propter pœnam arg. l. Vtique. ff. de rei vene. l. fina. C. si reus vel accu. mor. fue. cum simi. si verò agatur ad remouendum tantùm, secus sit. Ang. hic & benè dicit, quòd si agatur criminaliter vt puniatur personaliter, non potest verà esse ratio & conclusio Bart. quia morte omnis culpa extincta est, si verò vt pecuniariter, & pęna applicetur pupillo, verum sit quod dicit Bar.

Mihi videtur considerandum ad quid detur postulatio suspecti tutoris, & certum est, quòd (vt sæpins dictum est) potest postulari criminaliter & ciuiliter: si ciuiliter postulatur, talis postulatio non datur, nisi ad remouendum, vel vt gerere prohibeatur. l. Hæ enim. §. j. ff. eod. titul. vel vt ei alius adiungatur. l. Si tutor aliquo. ff. eod. titu. & illis casibus clarum est, quòd instantia & causa non potest durare cum hæredibus, quia iā habet quod postulabat actor, ut scilicet morte remot⁹ sit: quod enim voluerunt aliqui, vt in hac actione veniat redditio rationis, inter quos fuit Olden. classe septima, actio. j. per. l. Quidam decedens. in principio & l. Qui plures. ff. de admi. tuto. falsissimum est, quia non ue nit nisi remotio uel associatio, ut suprà, nam remoto tu tore agitur actione tutelę uel negotiorum gestorum, una enim actio non consumit aliam, cùm tendunt ad diuersa. Si verò agatur criminaliter, tunc pro qualitate admissi, uel in corpus punitur, si humilis persona sit. l. 3. §. Tutores qui repertorium. in fin. ff. eodem. si in aliqua dignitate positi sint, puniuntur pœna extraordinaria. d. l. 3. §. Tutor qui. in fin. ff. eodem iunctal. In eos. ff. de tute. quæ pœna cum non ueniat iure actionis, neque ad eam agatur iure actionis, sed accusationis & postulationis his casibus. §. Consequens. I. eod. ubi uocatur accusato. l. 3. §. Quęri. ff. eodem. sequitur ut omnis hęc extraordinaria pœna fisco ueniat applicanda, ut docet Bar. in l. Agraria. ff. de term. mot. & latè Deci. in rub. de iudi. in secunda lectu. colum. 7. & seq. ideo non cadit consideratio Ang. quare puto semper extingui, & indistinctè, ut hic tex. loquitur

## §. SIQVIS TVTOR.

1 *Alimentorum decretum totum est in arbitrio iudicis.*
2 *Alimēta pupillis decernenda sunt arbitrio iudicis, & quomodo.*
3 *Tutor qualiter remoueatur, nisi cōtumax fuerit ī decernendis pupillo alimentis.*

Diuiditur in duas partes, in prima ponitur qualiter sit immissio in bonis tutoris latitantis, quando decernenda sunt alimenta pupilli: in secunda ex hoc infertur, quòd tutor negans alimenta pupillo potest fieri suspectus: secunda ibi, Ergo ut suspectus.

Tutor, qui ne pupillo alimenta decernantur, latitat, potest remoueri, & in bonis eius pupillus mittitur, & dato curatore quæ seruari non possunt distrahuntur hoc dicit ex l. Impuberibu. §. Præterea. ff. eodem.

Casum ita figurare potes: quærebatur, cùm erant pupillo alimenta decernenda, si tutor copiam sui non faciat, ne decernantur, an ut suspectus remoueri possit, & quid agendum sit, & cùm totum hoc decretum alimentorum videatur spectare ad iudicem. l. Ius alimentorum. ff. ubi pupillus. edu. deb. non uidebatur aliquid imputandum tutori, etiam quòd latitaret: cùm enim iudex possit tutore inuito decernere, potest etiā & eo absente. l. Qui potest inuitis. ff. de regu. iur. cuius contrarium dicitur ea ratione, quia cùm alimenta decernenda fiot pro modo patrimonii. d. l. Ius alimentotum. & in hoc uersetur maximè officium tutoris, qui & uires patrimonii nouit, & æris alieni summam, merità quando tutor in hoc deficit officio suo iudex rerum seruandarum causa mittit pupillum in possessionem bonorum tutoris, & quę mora deteriora fierent, scilicet ex bonis tutoris, ea dato curatore distrahi possunt, quinimò ex hoc potest suspectus fieri & remoueri tutor, quia sua propria sententia & confessione latitando se suspectum fecit. l. Impuberibus. §. Prætetea. ff. eodem

Primò nota decernenda esse alimenta pupillis à iudice, si super hoc contentio, aut disceptatio oriatur, nam ius alimentorum decernendorum pupillis Prætori competit, ut ipse moderetur quam summam tutores & curatores ad alimenta pupillis vel adolescentibus præstare debeant, inspecto modo patrimonii & ita moderatè, ut semper aliquid supersit ea fructibus patrimonii, & quę seruare & circunspicere debeat Prætor

in illis decernẽdis, grauissimè differit Vlpianus in d. l. Ius alimentorũ.ff. vbi pup.educ.deb.ad illa tũ decernen da vocandus est in primis tutor, qui si negligens vel ab sẽs fit, euocatis affinibus atq; amicis tutoris, prętor edi cto proposito, causa cognita, etiam absente tutore, vel remouendum eum, qui tali cura indignus videbitur, vel adiungendum curatorem pronunciabit, & ita qui dsius erit expediret alimenta pupillo, ita ex tex.in l.fi.ff. vbi pupil.educ.deb.

Secundò no. φ si tutor latitet, ne alimenta pupillo decernantur, mittitur pupillus in possessionem bonorum tutoris rei seruandæ causa, & quæ mora deteriora futura sint, dato curatore distrahi iubentur, concor. tex. in l. Impuberibus. §. præterea. ff. eod. aduerte tamen, quòd in text. Norico deficiunt illa verba (curatore dato.)

Tertiò notetur consequẽtia, quam facit hic Imperator, ibi, Ergo vt suspectus. quasi velit ex superioribus hoc inferre, quòd non solùm si fuerit contumax (vt dictum est) sed etiam si tãtummodo non præstet, per hoc possit vt suspectum remoueri, ad idem tex.in l.fi.ff. vbi pup.educ.deb. vbi hoc reijcitur in arbitrium prætoris an f.remoueat, vel curatorem adiungat, ad hoc idem est tex.in l.3.§.Tutor qui.ff.eod.

In glo. in ver. Vt in possessionem. Puto ego vel remouendum, vel seruandum modum hic traditum, vel modum traditum in l.fi.ff. vbi pupil. educ. deb. vt.f.curator detur, cui⁹ interuentu decernantur alimenta. An

3 ge.hic post†Bar.in d.l.Impuberibus.§.fi. ponit ordinem remotionis, quando tutor est contumax, vt.f.post cõminationem iudex inquirat an latiet, & propter hoc remoueat, vnde erit necessaria alia citatio post primam con tumaciam, & putat Barth.φ possit etiam comminari in primis citationibus, quòd si non compareat, ipsum remouebit tanquam suspectum, & quia tunc videatur ad hoc etiam citatus, nõ exigitur noua citatio per iura al legata per Barth.ibi, quam practicam sequitur Imo. & Alex.in l.Si finita.§.Iulianus.ff.de dam.infec.& in l. j.in fi.ff siquis ius dic.oõ obtemper. Deci.in c.j.col.14.ver. Secundò limitatur.de iudi.

In glo.in ver. Eius .Intellige tutoris, aliàs enim non puniret cõtumaciam tutoris præterea ratio recti sermonis magis recipit hũc intellectum, qui etiam fuit Dyni & Alberi.in d.l.Impuberibus.§.Præterea.

## §. SED SIQVIS.

1 *Tutor, qui falsò negat alimenta pupillo decerni posse, conuictus de mendatio, punitur arbitrio iudicis.*

2 *Tutor quando remittendus sit, ut puniatur.*

3 *Corrumpens in iudiciũ ut tutor fiat, uel ut ministret punitur, & quomodo.*

4 *Ministeria pro ministris accipiuntur.*

5 *Libertus, qui fraudulenter tutelam filiorum patroni administrat, punitur criminaliter.*

6 *Tutor ob atrocia facta à Prætore remittitur ad præfectum.*

7 *Tutor non tenetur alere pupillum de suo.*

8 *Pupillo, cuius bonorum redditus non sufficiunt ad alimenta, qualiter sit prouidendum.*

9 *Bona pupillorum an possint distrahi pro necessitate ali mentorum.*

10 *Doctor non potest data pecunia quærere scholares.*

11 *Vsura an dicatur, si Doctor dat mutuo pecuniam scholari, ut ipsum audiat.*

Diuiditur in duas partes, in prima ponitur, φ tutor per mendacium negans pupillo alimenta decerni posse, remittitur puniendus pœna corporali, idq; probatur exemplo eorum, qui tutelam corruptis ministerijs redemerunt: in secunda idem disponit in liberto, qui ex fraude & dolo malo tutelam filiorum patroni administrat. secunda ibi, Libertus quoq;.

Tutor præsens per mendacium negans alimenta pupillo decerni posse punitur, sicut qui pecunia tutelam redemit, & libertus qui dolo tutelam administrauit h. d. ex l. 3. §. tutor qui. & l. 2. ff. eod.

Casus ita potest figurari: quæsitum fuerat quid si tutor præsens neget per mendacium pupillo alimenta decerni posse, non solum latitet vt in superiori casu: & vi debatur, φ eadem censura iuris locum habere deberet, vt.f. remoueretur, & pupillus in eius bonis immitteretur, siquidem latitatio illa cõtumacia in casu superiori pro præsentia haberi debet, tamẽ vlterius dicitur hic non solum remouendum, sed puniendum pro qualitate admissi, quia non interest an quis corrupta fide inquisitionis tutor deẽ, vt.f. per currumptionem iudex ne gligentius inquirat in dando tutorẽ, an verò si bona fide constitutus sit, tanquam prædo se gerat in rebus alie ois, ideo remittitur puniendus pœna extraordinaria ar bitrio iudicis. l. In eos. ff. de tute. ea enim pœna puniri debet, qua solet affici qui redemit tutelam corruptis prætoris ministris, qui indagare debent de vita & moribus tutoris l. 3. §. Tutor qui. in fin. ff. eodem. Pari ratione puniri debet libertus, qui, ita ingratè gerit se erga patronum, à quo consecutus est libertatem, vt dolo gerat negotia pupillorum patroni, remittendus enim est ad præfectum vrbi grauiter puniendus l. 2. ff. eodem.

1 Primò not. quòd†tutor, qui, dum Prætor alimenta pupillo vult decernere iuxta tex.in l. Ius aliment[illegible] ff. vbi pup. edu. deb. (cum plerunque [illegible] tur, vt arbitrio tutoris alimẽta [illegible] facultatum pupillis vel adoltis constituantur l. 2. in princip. C. de alim. pup. præst.) præsens est, & negat decerni posse propter inopiam pupillorum, si hoc falsò dicat, & de mendacio conuincatur, remittitur puniendus ad Præfectum vrbi, concor. tex. in l. 3. §. Tutor, qui. ff. eodem & in l. j. §. Item solent. ff. de offic. Præfec. vrb. punitur autem ea pœna à præfecto vrbi, qua solent affici, qui tu telam corruptis prætorijs ministerijs redimerunt d. §. Tutor qui. Ea autem pœna est, vt extra ordinem animaduertatur in eos pro qualitate facti. l. In eos. ff. de tut. Remissio autem facienda videtur iuxta formam, l. Diuus Adrianus. ff. de custo. & exhi. reo. vt scilicet remittendus sit cum plena informatione eorum, in qui

2 bus deliquit. Hoc autem fit duobus †casibus, vel quan do iudici, corãm quo causa suspecti agitur, videtur vt maiori pęna digni videantur, quàm sola infamia, quę ex remotione insurgit, tex. est in d. l. j. §. Item solent. ff. de offic. præ. vrbi. Alter casus est, quando coram iudice petitum est, vt decernantur alimenta, non autem vt remoueatur, quo casu cùm cognitio alimentorum tantùm coram eo controuertatur, nec fit aliquis, qui petat remoueri, remittit prętor ad præfectum puniendum, vt hic, & in d. §. Tutor qui.

3 Secundò not. quòd†qui data pecunia ministerium tu telæ acquisierit vel redemerit remittitur puniendus criminaliter, concordat tex. in d. §. Tutor qui. & est tex tus in l. Scire oportet. in fin. ff. de tuto. & cura. da. ab ijs. Aduertendum tamen est ad illa verba, Qui data „ pecunia ministerium tutelę acquisierit vel redemerit. „ quia verba illa itelligi possunt de eo, qui administratio „ nẽ ipsius tutelæ redemerit, vel, vt Theophilus hic dicit)

cit(qui data pecunia redemit,vt tutor fieret,quo modo
etiam intellexit Iurifcon. in d.l.Scire. in fi.ff.de tuto.&
cura.da ab :is.Poteft eriam intelligi,vt tutelã acquifie-
rit data pecunia minifteriis prætoriis,vt.f.fidem inquifi
tionis corrumpant,prout fenfiffe videtur Iurifcon.in d.
§.tutor qui. in fi.ibi, Qui tutelam corruptis minifteriis
,, prætoriis redemerunt, & paulò.s.ibi,Vt corrupta fide
,, inquifitionis tutor coftituatur.accipiunt.n.Iurifcon-
4 fulti fępenumero† minifteria pro ipfis miniftris vt in l.
Athletas in prin.ff.de iis qui no.infam.
5 Tertiò no.q†libertus, qui fraudulenter tutelam filio-
rum patroni geffiffe probatur, remittitur ad pręfectum
vrbi puniendus,ad idem tex.in l.2.ff.eod.Poteft.n.non
folũ de fufpecto accufari & remoueri.l.i.C.eo.fed etiã
corporaliter puniri,vt hic,& in l.Nifi.C.de admi.tutor.
Non.n.tantũ remittitur, fi quid durante tutela admifit
fe geffit, deponendo, fcilicet pupillares pecunias, vel
eas in commodum pupillorum in comparatione præ
diorum conuertendo, vt ibi, & in l.Si liberti.C. de
administr.tuto.
6 Quartò generaliter ex hoc tex.collige,q†quotiefcũq,
tutor ob atrocia facta cõuenitur,& accufatur apud præ
torem,prętor ipfe remanet à tutela, fed quia facta exi-
gunr maiorem animaduerfionem, remittitur ad præ-
fectum grauiter puniendus, ita eft tex.hic,& in l.i.§.fi.
ff.eo.in quo aduertendum eft, q nõ puniuntur ita gra-
uiter generalirer omnes tutores, fed ii tantummodo,
qui humiliores funt, vt eft tex.in d.§.fi.& in d.l.3.§.tu-
tores qui.ff.eo.ti.
7 In glo.in ver.Per mendacium. Veriffimum eft, q † tu-
tor de fuo pupillorum alere non tenetur.d.l.3.in ff.vbi
8 pup.edu.deb.fi enim pupillus ita pauper†eft,vt eius red
ditus non fufficiant ad alimenta,puto ego cum Iacobo
de Arena,vt ei debeant præftari alimenta ex uendicio-
ne mobilium, q fi etiam illa non fufficiant, Puto effe
ad diftrationem rerum immobilium veniendum:non
9 enim acced. fententiæ illorum,qui†voluerunt potius
oftiatim mittendum pupillum, vt quærat fibi uictum,
quàm q pro alimentis diftrahi debeant,quod multi &
maximi Doct. fenfere vt dicit Albe.in d.l.ius alimento-
rum.& hoc repeperitur decifum per decifionem Regis
Liutprandi in legibus Longobardorum.l.7.vbi expref-
fe difpofitum eft, q pro necefitate famis non folũ æris
alieni liceat diftrahere bona pupillorũ,quod & pro ve
ftitu extẽdit ibi gl.per tex.in l.1.ff.de alim.&.cib. leg.dũ
modo tutor ipfe non emat.

In glo.in uer.Remittendũ.Contrarium videtur uel-
le Ang.in glo.in d.§.tutor qui ubi ita uoluit glo.ibi,in
uerbo, Remouebitur. quæ eft huic contraria, & fuit
opi.Dyn.ibi, tamen ille tex.directe probat contrarium
,, ibi, Hic ergo non quafi fufpectus remouebitur. quæ
uerba exprefsè oftendunt turorem eo cafu non effe re-
mouendum, fed remittendum,quod ego exiftimo ve-
rum: arbitrio ramen illius iudicis, coràm quo alimen-
torum caufa verfatur,ut dicit tex in l.j.§.Item folent.ff.
,, de offi.præfec.vr.vbi, Solent ad præfectum remitti, qui
,, grauiore animaduerfione indigent, quam vt fufficiat
,, eis fufpectorum infamia,nifi fimus in plebeiis & hu-
milioribus perfonis, & in factis atrocibus, uel in cafi-
bus expreffis hic & in d.§.tutor qui. & in §. feq.his.n.
cafibus prætor non remouet, fed remittit, ut expreffe
dicit tex.in d.§.tutor cui. & clarius in l.j.§.fina.ff. eod.
ubi apparet, q tutor accufatus fuerat ob facta atrocia
in tutela coràm Prætore, & tamen dicitur eum remit-
tendum effe.

In glo. in uer.Remittitur.Iam dictum fuit fuperius,
q pœna imponitur extra ordinem arbitrio iudicis ex
qualitare facti.Qui enim extra ordinem de crimine co-
gnofcit,poteft grauiorem, alias leuiorem, fententiam
ferre pro qualitate delictorum l.Hodie.ff.de pęn. debet
enim pœna pro menfura cuiufque delicti conftitui l.Di-
uus.in princ.ff.ad l.Corne.de falf.Dum verò poftea glo.
10 fubdit ex hoc † tex. notari argumentum contra Doct.
qui data pecunia fcholares conquirunt honoris fui gra
tia,idem ponderauit glo.in d.l.1.§.Item folent.de offic.
præfec.vrbi.Turpis enim eft hæc datio, ita quòd non va
let etiam promiffio fcolaris promittentis fe auditurum
aliquem Doctorem,vt voluit Abb.in c.2.de magi. & de
hoc videndum eft quod voluit Ioan.Calderin.in ca.Na-
11 uiganti. de vfur. † vbi inter cętera ponit quæftionem,
an Doctore ex mutuo facto fcholarib⁹, vt vadãt ad eius
lectiones,vfuram dicatur committere,& tenetur, q fic,
fi ex frequentia fcholarium ea mutuo allectorum auge
tur fama,quæ caufa fit,vt augeatur falarium, vel fiquid
commodi aliunde fperat, fequitur Abb.in c.1.in 2.not.
de depofi.

In gl.vltima.Conclufio glo.eft, q libertus nedum pu
nitur,fed etiam in feruitutem reuocatur per tex. in l.Li
berti.C.de liber.& eorũ lib. quod ego exiftimo falfum,
nifi quid grauius in filios patroni commiferit, eft enim
hic ftatuta certa pœna.Alibi glo.in l.2.ff.eodem vult, q
tunc in feruitutem reuocetur,vt ingratus,qui feruili ne
quitia obduratus detractat tutelam filiorum patroni ad
miniftrare,per tex.in l.Ingratus.ff. de iure patro. & hoc
voluit etiam glo.in d.l.Ingratus. Ioan. Fabr. hic in vno
tantùm cafu videtur velle, q reuocetur in feruitutem,
quãdo puniendus eft ob denegationem alimentorum,
quafi tunc necare voluerit,quę fentẽtia probabilis eft:
dixi ego fuprà de capi.diminu.§.1.in gl.in ver. Libertis.
& ex ibi dictis fatis poteft defendi folutio huius difficul
tatis.

## §. NOVISSIME.

1 *Tutor, qui fraudulenter geffiffe probatur, remouetur etiam oblata fatifdatione.*
2 *Bono melius inuenitur.*
3 *Satifdatio non mutat animum.*
4 *Vxor non debet ad virum reuerti oblata cautione, fi magna fit uiri fæuitia.*
5 *Citatus ad locum non tutum non debet fe committere fragilitati cautionis.*
6 *Saluus conductus non fufficit, vbi uertitur perfonæ difcrimen.*
7 *Citatus ob delictum, quamuis citetur ad locum non tutum, quia id eft culpa fua, tenetur comparere.*
8 *Bannitus citatus ad locum, vnde exulauit, an teneatur comparere, & quando.*
9 *Cautionis fragilitas.*
10 *Lex nunquam debet præbere materiam delinquendi.*
11 *Delictis uia non eft aperienda.*
12 *Sufpitio quò ad tutores eft in moribus, non in diuitiys.*
13 *Fidelis hominis verbalis cautio habetur pro fatifdatione.*
14 *Mores magis, quàm diuitiæ attenduntur.*
15 *Paupertas non reddit tutorem fufpectum.*
16 *Nouiffimè quid fignificet.*
17 *Graffari quid fit.*
18 *Graffatores qui.*
19 *Emptor rei alienę, an teneatur foluere pretium, inuẽto q res fit aliena, oblata per uenditorem fatifdatione, & quare.*

Emptor

20 *Emptor rei, quæ non inuenitur libera, conuentus ad prætium potest excipere rem non esse liberam.*
21 *Redhibitio quid sit, & quando locum habeat.*
22 *Quanto minoris legendum, non quanti minoris, & quando locum habeat.*
23 *Suspecti diuersimodè iudicantur hæres & tutor.*
24 *Pauper potest remoueri non quia pauper, sed quia non satisdat.*

DIuidi posset in duas partes, in prima ponitur dictum & ratio, in secunda ratio confirmatur & declaratur. secunda ibi, Suspectum enim.

Satisdationis oblatio non impedit reremotionē, quia mores non fortunas inspicimus. h. d. ex l.Suspectus fieri.cum l.seq. & l.Suspectum.ff.eod.

Casus ita figurari posse videbatur: cum quærebatur an tutor, qui iam non ex fide tutelam gessisse repertus est, remouendus esset quasi suspectus, si satisdationem Rem pupilli saluam fore offerat præstet, & videbatur quòd non, cum enim conseruationem bonorum pupilli lex tantopere cupiat, vbi primùm rem eius saluam esse videat, non videbatur vlterius quid quærendum cum illis satis prouisum videretur, cuius tamen contrarium dicitur ea ratione, quia cùm hic agatur de fide præstanda in tutela aut cura minorum, animus tutoris est inspiciendus, non facultates, & an segnius aliquid vel fraudulenter gerat.l. In postulandis. C.de suspe. tut. & cum reperitur animus tutoris propensus ad fraudem isque durare præsumatur, nō existimauit lex, quod eius mutatio futura sit ob præstitam satisdationē, sed quòd potius hinc occasione nacta tribuat longiorem & securiorem facultatem grassandi in re pupilli, ut hic, & in l.Quia satisdatio.ff.eodem, quia (vt dixi) in cognitione huius postulationis mores atque animi institutum consideratur, non patrimonium dict.l.Suspectus.d.l.In postulandis.C.eodem.quo fit vt etiā si sit pauper, si mores eius probati sint & diligentia, paupertas non excludat aliquem à tutela, vt suspectum dict. l. Suspectum. ff. eodem.nec prouisio p satisdationem aliquid operatur: quia vtilius, ac commodius est pupillo res suas intactas habere, quam habere tabulas cautionis, quibus prosequatur damnum suum, quod vtilius est anteuertere, quàm habere modum quomodo resartiatur.l.Suspectus fieri.ff.eodem.

1 No.primò,† quòd tutor, qui fraude gessisse probatur, remouetur, etiam si satisdationem offerat, concur.tex. in d.l.Suspectus fieri.ff.eodem.ea ratione, quia cū leges sequantur vtilitatem pupilli, quamuis bonū sit habere satisdationem pupillo rē eius saluam fore, suprà de satisda.tuto.& curato. in principio, tamen melius est rem ipsius verè saluam esse, quam tabulas cautionis, & satisdationis habere post vulneratas fortunas suas quasi chirurgum quendam, qui vulneribus iam factis medea-
2 tur d.l.Suspectus fieri.†Vtili enim vtilius inuenitur, sicut bono melius l.Obseruare.§.Proficisci.ff.de offi. Proconsul.& leg.nam si ille, qui satisdedit, remouetur, vt suspectus.d.l.Suspectus in fi.meritò patet satisdationem nihil proficere post detectam fraudem.
3 Secundò nota,† q satisdatio nō medetur animo, nec animum iam exulceratū mutare præsumitur d. l. Quia
4 satisdatio.ff.eo.tit.& hinc est, †quòd quoties tanta est viri sæuitia, vt iam animus exulceratus habitu quodam videatur, non debet reuerti vxor ad virum etiam offerentem satisdationem & cautionem de non offendendo. cap.Literas.in fi.de resti.spol.vbi glo hanc rationem per istum tex.assignat, & volunt ibi Docto.& ego alias Ferrariæ latè consului & obtinui.Hinc etiam est, quòd cita-
5 tus ad locum non tutum non debet se † committere fragilitati cautionis, & comparere oblato saluoconductu & fide publica c.Accedens.el secundo. vt lite non con-
6 test.d.c.†Literas.de resti.spoli.in fi.& non sufficit saluusconductus, vbi est timor personæ, vt declarat Maria. Sozi.in tracta.de Cita art.18.q.5.Alexan.in l.Nam quod. §. Non omnis.ff.ad Trebel. Imo. in clem. Pastoralis de
7 re iud.† quod solent limitare Docto. quando quis citatur ratione delicti ab eo commissi, quia cum sua culpa factus sit locus suspectus, tenetur etiam sine fide publica comparere Bal.in l. Omnes.col.fi.C.de episc.& cler. Fely.in cap.Accedens.colum.3.versi.Secundò aduerte.
8 vt lite non contest.† Item solet limitari, nisi bannitus fuerit citatus ad locum, vnde exulauit, non ratione delicti, sed alia quauis causa, nam tunc tenetur comparere cum literis saluiconductus, vt latè disputat Nellus in trac.Banni. in prima par. pri. temp.q. 3.& Ang. in sua.q. incip.Bononiensis. versi. Super secundo.Maria. Sozi. in d.q.v.& arti. 5. q.26. quod declara ita demum, si duo concurrant: primò nisi bannitus fuisset propter bella ciuilia, odia, & simultates, nam tunc cum literis saluiconductus non tenetur quis comparere, nec eis se credere secundum Inno.in dict.clem. Pastoralis. & reperitur in quadam addi. ad Fely. in d. ca. Accedens.colum.4.non enim tenetur quis se credere inimico, & ita alias loquens de me ipso viuente Alexandro Medice Duce Florentiæ dicebam cum integerrimo viro. Dom. Gregorio Magalotto Episcopo Clusino, dum vnà Bononiæ præessemus (erat enim ipse ibi Vicelegatus, ergo autem a Paulo. III. Pont. Max rerum capitalium iudex factus) & reperi postea ipsum hæc eadem posuisse in suo illo tractatu Securitatis ac Saluiconductus in secunda par.in fi.vbi addit etiam illud, quod inter nos dicebatur necessarium esse, etiam q ille, qui huiusmodi literas fecerit, consuetus fuerit eas seruare secundum Imo.in l.pen.§.Ad crimen. ver. Tertio casu.de pub. iud. tradit Fely.in d.c.Accedens.colum.3.vers. quarta con-
9 clusio.Maria.Soz.ar.18.q.5.† Et de fragilitate cautionis est bonus tex.in l.Qui ita.§. Sed dicendum. ff.ad Treb.
„ ibi, Non esse hæredem, qui suspectam dicat hæreditatē,
„ adire cogendum, quamuis ei caueatur, propter cautio-
„ nis fragilitatem.
10 Tertiò notari potest, † quòd leges nunquam debent præbere occasionem delinquendi, non enim debent permittendo satisdationem offerri præbere materiam spoliandi pupillum, facit tex.in l.Oratio.ff. de sponsali. vbi sponsalia prohibentur, ne perueniatur ad matrimonium prohibitum, ad idem text.clarus in l.prima. §.Ille autem nouissimus. versicul. Sed ne furandi. C. de lati.lib.tol.§.Illud. in proœmio.ff. vbi glo. l.secunda.
11 C.de ind.vidui.toll. Non enim debet † via delictorum aperiri per leges, quæ delicta puniunt, vt ibi dicitur, ad idem est optimus text. in l. Conuenire. ff. de pact.
„ dotali. ibi, Quia altero pacto mulieres inuitantur
„ ad furandum.glo.in l.1.in glo.magna.ff. de dote præleg. cum similibus.
12 Quartò nota.†quòd suspitio, ex qua tutores, & curatores remouentur, consistit in moribus non in diuitiis, concor. text. in dict. l. Suspectum. ff. eodem & ratio est, quia cum ad gerendam tutelam fides exigatur, & ille dicatur suspectus, qui tutelam non gerit ex fide. §. Suspectus autem. suprà eodem. fides autem in animo consistat, non in fortunis, meritò sequitur, quòd mores inspiciendi sunt, quia, vt dicit text. in l. Scire oportet. §. final.ff. de tutor. & curator. da. ab ijs. facultates, neque dignitas est tam sufficiens ad fidem, quàm bona electio & benigni mores, & hinc dicit texr. in l. Si quis stipulatus sit Stichum. ff. de verborum obligation. quòd plerunque

idonei

idonei non tam patrimonio quàm fide quoqne existi-
13 mantur. Et hinc videmns,† quòd quando quis est pro-
batæ vitæ & integræ fidei, simplex eius cautio verbalis
habetnr pro satisdatione, glo. est nota.io l.1.§.His autē.
ff.de ripa muni. quam dicit singularem Bald. in rubri. ex-
tra de eo qui mitti.in poss.& io cap.2.colum.5. de iudi.
de qua latè per Ias. in di. l. Siquis stipulatus sit Stichum.
in primo nota.& in l.1.colum penult. versic. Primò fa-
cit. ff. qni satisda. cogan.& in l.Diuortio. §.penult. co-
lum.3. ff solu.matri. Marsi. in l. 1. §. 1. ff.de quæstio.co-
lum.3. & seq. vbi ex glo. prædicta inferunt ad multas
14 quæstiones, facit † quod inquit Grego. io cap. Nos qui
præsumns.40.distinct. quòd ij qui præsunt alijs, oon ex
oobilitate aut dignitate, sed ex moribus metiendi sunt
facit tex. in l.Nec ei. §. Interdum.ff. de adoptio. vbi glo.
vbi propter fidei sinceritatem & sobrietatem permitti-
tur pauperiori ditiorem arrogare.

15 Quintò not.† paupertas non reddit tutorem suspe-
ctum, ad idem text. in d.l.Suspectum. ff.eodem, quod
verum est concurrentibus iis, de quibus in tex. scilicet,
ꝗ & fidelis & diligens sit, ita disloquitur etiam in l.Nó
nulli.ff.de accus. quæ remouet pauperes ab accusatio-
oe, ut scilicet si fideles sint & diligentes admittantur,
glo. in d.l.Nonnulli.ff.de accusa. de qua latè Hippo. in l.
1.§.1.colum.4.ff.de quæstio.

16 In glos. in ver. Nouissimè. Significatio huins verbi cla
rissima est, idem enim significat, quod vltimo loco, &
dum allegar.l. Nonissimè. ff. de insti. benè dicit nouissi-
mè, quantum est ad tractatum Vlpiani, qui verba illa
necessario posuerat in vltima parte illius tractatus, cùm
enim tractaret de institoria noo eo ordine, quo nunc
Docto. nostri, scribere debuit, sed vt oportet, ut ante
omnia authorem actionis, & ex qua causa descenderet,
poneret, quibus, & contra quos daretur, quid in ea ve
niret, tandem quandiu, & an hæredibus, & contra hęre
des: hic enim est modus declarandi materiam actionū,
,, ad idem tex. in l.per fundum.ff.de serui.rusti.prędi. ibi,
,, Et nouissima demum editione omnes superiores con-
,, firmabuntur. & l.pacta nouissima. C.de pact. & est tritissi
mum apud Latinos authores.

17 In glos. in verb. Grassandi.† Exponit prius, idest, de-
linquendi vel animandi ad delinquendum per tex. in l.
Capitalium.§.Grassatores.ff.de pęn. circa, quod aduer-
tendum est, quòd hoc in loco (grassandi) idem im-
portat ac impetu quodam ferendi se ad oocendum, si-
quidem verbum (grassari) medium est, vt ita possit in
bonā, sicut in malam partem accipi, accipitur enim pro
incidere, & in bonam partem accipit Salust. in Iugur.
cùm inquit, Qui vbi ad gloriam uirtutis via grassatur
idest impetu quodam fertur, tamen frequentius in
malam partem accipitur, vt inde grassari dicamus eos
secundum Nonium, aut qui supra modum sæuiunt, si-
ue (vt Sestus voluit) impetu quodam gradiendi adori
ri, & ita grassari in tutela dixit Iurisconsultus in l.tutor.
ff.eodem. ibi, Si forte grassatns sit io tntela. & in dict.
l. Quia satisdatio. & hic. Eodem modo loqnendi uti-
,, tur Suetonius cùm inquit: Nec minore liuore ac mali-
,, gnitate, quàm snperbia sęuitiaque penè aduersus om-
,, ne genus hominum grassatus est. hoc est, vt Budęus
interpretatur, improbum ac maleficium se exhibuit,
18 & in dies nocentiorem.† Hinc grassatores, viarum ob-
sessores suot in d.l.Capitalium.§.Grassatores.ff.de pœn.
quamuis olim Romani grassatores eos vocarent,
qui conuiuiis aut poeticę sese dabant, ita inquit M.Ca
to in lib. qui Carmen de moribus inscribitur, vt est
apud Gellium lib. 11.cap.2. Et quamuis pro furibus sim
pliciter acceperit Accur. io l.Apud Labeonem.§. Item
apud Melam.ff.de præscrip.ver. quomodo eo in loco ac
cepit etiam Alberi. tameo pro obsessoribus uiarum, in
quibus mulæ exercebantur, accipiendum est, sunt plu
rima exempla apud canonistas, apud quos cùm pro-
prietas verborum parum obseruata sit, prætermittam,
in cap. Militare. 23.q.j. cap. Non satis. 86. distinc. io clem.
j.§. Ne super. de pœn.

In glo. in uer. præstat. infert glo. ad q. si emi librum,
& antequam soluam pretinm, reperiam vel alienum
vel vitiosum, quòd non teneatur soluere pretium, cùm
expediat potius non soluere, quàm cautionem de red-
dendo in casu euictionis vel vitij recipere, cùm non
debeat quis se committere fragilitati cautionis. Hæc
quæstio est satis impertinens in hac materia, & Ange.
hic se extendit, habet tamen hæc q. duo capita: pri-
mum, quòd si ematur liber, & antequam soluatur pre-
tium, inueniatur alienus, emptor non teneatur solue-
re prætium: secundum caput est, si reperiatur vitiosus
aut mendosus.

19 †Circa primum conclusio gl. falsa est, quia ante solu
tionem pretij si detegatur, quòd res est aliena, & mo-
ta sit lis, tunc noo tenetur emptor soluere pretium, ni-
si sibi satisdet de euictione, sed præstita satisdatione te-
netur pretium soluere l. Si post perfectam. vbi Docto.
C. de euictio. & eo casu non sufficit satisdare pro ista li-
te, quæ tnnc mota est, sed necesse est satisdari pro qua-
cunque euictione in futurum sequenda, vt est tex. oo
tab. in l.fin.ff.de rescin.vend. ubi ita tenet Bar. & idem vo
luerunt Imo. & Anto. Burgos in cap. Si venditori. de
emptio. & venditio. licèt de hoc dubitauerit glo. in l.
penulti. in §. j. ff. de periculo & com. rei vendi. si verò
oon sit mota lis contra ipsum, non potest agere de eui
20 ctione,† sed si conueniretur, potest excipere rem non
esse liberam secnndum glo. in l. Qui rem. C. de euictio.
facit quod notat Bal. io rubri. de contra. eme. & 22. quæ.
cum simi. vt per Deci. in consi. 119. in principio, de qua
materia latè tradit Saly. post alios in d.l. Si potest perfe-
ctam. & in d.l. Qui rem. & in l. Si fundum. C. de euictio.
Circa secundum caput dicit Ang. quòd habet locum
21 redhibitio vel Quanti minoris, est enim redhibitio re-
trotranslatio rei venditæ. l. Redhibere. ff. de ædili. edict.
22 l. Quia. ff. de alie. indi. mutan. cau. fac.† Qnanto minoris
(ita enim dicendum est, non quanti minoris) datur
quotiescunq; quis uitiosam rem ignoranter emit, nam
qui intellecto uitio rei emptę, si non fuisset empturus,
si d. vitium sciuisset, habet actionem redhibitoriam, si-
oautem empturus, sed minoris, habet actionem Quan
to minoris. Modò dicit Ang. se etiam solitum dicere,
quòd habeant locum huiusmodi actiones per l. 1. in
princip. cum glo. in ner. Quæ mobiles. ff. de ædi. edic.
quæ exemplum ponit in libris, quo casu non dantur di-
rectæ actiones, sed utiles, nt declarant ibi Docto. & illa
ponderatio, quam sibi uidetur attribuere Ange est cō
munis Docto. ibi, ut patet ex dictis Saly. ibi, qui ponit
hanc quæ. Quamuis enim edictum AEdilium habeat pro-
priè locum in re, quæ uel corporis uel animi uitium
habeat d.l.j.§.fin. cnm legibns seq. tamen extenditur ēt
ad ea, quæ sensum non habent utiliter per Doctores, vt
optimè declarat Ange. io d.l j. in princip. quemadmodū
etiam datur pro rebus immobilibus. l. Etiam in fundo.
ff. de ædi. edic. cum simi.

23 In glo. in ver. Suspectum.† Ponit differentiam inter
hęredem & tutorem, quæ inde pronenit, quia credito
res nihil aliud agunt cum hęrede, nisi vt eis satisfiat de
eorum creditis, & ut primum suis facultatibus satisfe-
cit hæres, nihil aliud prętendere possunt: at tutores
non pecuniam præstare debent, sed fidem, igitur ex mo
ribus pendendus est tutor & fide, & ideo benè dixit
Vlpia. in d.l. Si creditores. ff. de priui. credi. quòd suspe-
ctus hęres non æstimatur ijsdem modis quibus tutor,
siquidem tutorem nō facultates, sed fraudulenta in re-
bns

bus pupillaribus, vel callida conuersatio suspectum facit, heredem facultates.
In glo. in ver. Remouendus in princip. Dicebam alias veram esse solutionem glo. & probari per tex. nostrum, qui dicit pauperem non remoueri, vt suspectum, sed
24 quio possit remoueri ex alia † causa, tex. oon obstat, vnde si tali inopia laboret, vt secundum iuris formam & præceptum iudicis satisdare ooo possit, remooetur à tutela, nõ vt suspectus, sed qa oõ satisdat, & cũ remoueatur ob inopiá propter satisdationẽ nõ prestitã, nõ incurrit iofamiam, quam incurreret, si fraude remotos esset d.l. 2. C. de tuto. vel cura. qui non satisde. Si ergo tutor pauper sit, & sit diligens & fidelis, ooo remouetur, nec ei curator adiuogitur, oisi eo casu, quo pupillorum substantia ob egestatem periclitaretur, & hoc aibitrio iudicis l. pietatis. C. eodem. Ex quibus ad laudem omnipopoteotis Dei sit expeditus hic primus liber.

F I N I S.

# R E G I S T R V M.

a b c   A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z Aa.

Omnes sunt Quaterniones præter, A a Terniones.



VENETIIS, Apud Lucam Antonium Iuntam.
M D L X X X I.